




17. a. B. 7.

Caja  
A-20





**DILVICIDARIUM**  
Quaestiorum super quinque universalia  
Porphyrii iuxatres vias in scho-  
lis receptissimas: una cū text?  
ipsi' explanatiōe a Ma-  
gistro Martino ab  
Eyalacom-  
positū.



MAGNIFICO ATQ VE ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO IESV

Patri. D. Conuentus Vclensis ordinis Militiae diu iacobi Antistiti dignissimo. requisitq cū primis  
obseruandis fratribus & collegis suis. Martinus ab Ayala eiusdem congregationis colle  
gängenuarum artium apud Garnatenses professor. S. & obseruantiam in eo qui  
est verasalus.



Vm eo sim natus ingenio magnifice pr̄sul & patres admodum obseruans  
di, vt ap̄ primis (q̄ aiunt) vnguiculis illud mihi semper in animo fuerit, vn  
decunq pro mea virili mihi anima cultum & bonarum litterarum discipli  
nas comparare. idq̄ pro meo modulo seruatore ieu dante: vestris sumptu  
bus impensissimo q̄ fauore ip̄ publicis nostris hispanie gymnasij sub doctissi  
mis preceptoribus nonsine fœnere fuerim affectus, quo usq; te pater ob  
seruande annuēte in hoc nuperrimo Garnatensi liceo cathedralium in hos  
nis artibus munus vocatus professor stabirem, nulla in re magis elaborans  
dum esse duxi, q̄ vt ab animi nobilitate: per desidiam atq; secordiam nullo  
pacto degenerarem, sed communī utilitati inserviens me quoquomodo hu  
mo extollerem, ac pro viribus cœtu iuvestro (cui omnia & meipsum debo)  
aliquo honoris emolumento forem. Eo prefertim tempore quum per  
florentem cratem, Viget ingenium. Abundat memoria. Conualecit exerci  
tium. Accdenq; robur corporis, & latera ipsa duris laboribus minime sucs  
cumbunt. Nam reliqua tempora primū videlicet & caducum (ea est miseria hominis vicissitudo) alterū, lege qua  
dam naturæ stricti, non satis nostri compotes, eidem naturæ belluarū more impendimus. Alterum vero diutinis &  
studiosis laboribus crebrisq; huius vitæ grumniis lassi, honesto inotio corporis & animæ incolumitati inservientes  
transfigere licet, tunc enim per decurrentem ætatem oīa atq; secessus nostrinon desidijsed tranquilitatis nomen ac  
cipiunt. Decet ergo, et par est, vt politicus homo medium suū vitę tempus in publica utilitate consumat, ac se totum  
conciubus & proximis suis dedit, ob quorum gratiam diuino Platone referente & natūsumus atq; creati. Accessit  
etiam huic rei magna spes quæ pro vestr singulari virtute indulgentissimoq; vestro in me amore a vobis de me ha  
bebatur, q̄ nec frustrari nec differre debueram. Quia propter apud me tacitus saepe numero reuoluebā inter bonarū  
artium plurimq; herculea exercitamenta, quod nam officij genus in re litteraria presentibus impenderem, qđ posteris sal  
tem me vixisse testaretur. Succurrit autē imprimis introductorius quidam Porphyrii phoenicis libellus, qui vniuersa  
lium nomenclaturam obtinet, ad categorias Aristotelis atq; ad totam logicam q̄ veterem appellant, præludium  
apprime necessarium. Venitigitur in manus agogicus ille liber, atq; p̄ viribus arduis ordinateq; digestis questio  
nibus, varijsq; antiquorum & neothericorum vltro citroq; collidentibus opinionibus enucleauimus. Adnisiq; su  
musei cōmentaria non incissa; nec bracteata, sed ordinata, ac plane digesta apponere, quo magis ipse phoenix euol  
uatur, atq; studentium manibus teratur, opus quidem (doctorum iudicio) huic tempore valde accommodum, ne di  
cam necessarium. Fateor me non esse in hoc albo vt p̄ ceteris huius facultatis viris doctissimis huic tam dure p̄rouin  
cie possum sufficere, sed q̄ aliorum negligientia in bonorum conatum perniciem cedat iniustum est. Nam q̄ ad mei  
nominis extimationem attinet, nihil de me preclarum ac magnificum sencio, nisi q̄ me cupidum bonarum littes  
rarum & doctorum virorum amatorem cognosco. Et qui fieri potest vt docti nomen mihi arrogem, cui semper  
in vdo est non possem in doctrinam esse qui se doctum esse predicat. Testis enim mihi est deus q̄ vbi cunctq; veritatis  
sum, plus fui in litterario negotio aliorum (quis forsitan infra me essent) cädidus admirator, q̄ mei nominis apud im  
perium vulgus cui proprium errare decipiq; semper fuit & nihil sapere, vanus affectator. Nec ab hoc laudabili  
instituto remouere potuit malevolorum & blaterorum maledicentia, quos noui esse q̄ plurimos & quidem  
perniciosissimos, qui candida in nigrum semper vertentes cum nihil reperiant q̄ in aliquo opere nouiter scripto  
male subsarent, atq; pro sua famelica mordacitate dilaniare possint in hoc maledicendi genus deuenerunt, vt opus  
illud quod nouiter editur, adulterinum esse falso predicent, nec ab eo cuius nomine inscribitur esse factitatum, quod  
ipse nostris temporibus de quibusdam nostris tempestatis viris doctissimis & quidem amicis qui composite & erudi  
te super aliquot Aristotelis partibus cōmentaria ediderunt ægre ferens auditui. O mentem impudicam & pernicio  
sam & nullo seminario virtutis præditam. O lingua mortis abundam, & amarulentam atq; perpetuo silentio  
dignam. Siccine laudabiles conatus in litterario profectu cohibus? Sic publicam utilitatem funditus euertere cona  
ris? Sed perge vt facis, frustra tentas q̄ nunq; perficies. Nihil enim hoc tu perniciosissimo ingenio proficis. Nam  
si equalance particulatim tua maledicta pensentur, potius tibi q̄ bonis artibus detrahis atq; incomodum facis. Nā  
qui bene ac docte premeditat capessimo murmur subuertere conatur, potestatem sibi adimit maledicta succen  
di. Adeo etiam q̄ hæcta malevolentia doctorum virorum ingenia plus excitat q̄ obnubilat, quippe qui certo  
sciant a turpibus & maledicis hominibus vituperari, plus habere laudis & famæ q̄ dedecoris. Sed redeamus unde  
digredi sumus. Libello non sine magna genit mei fraude peracto, sepiusq; ame & a doctis amicis reuso, ab quidis  
discipulis & studentibus candidissimisq; amicis sepiissime a me instanter flagitabatur, vt in lucē abi resinerem

librum

librum quicquid opere desiderabatur. Renuebat ego quasi e' loginquo prospiciens, quanto se in periculo exponat qui res magnas pertinet in re litteraria molitur. Elanguebat et conatus parca ipsa pauperie, quae ab infatia comes milium diuidit, & adhuc mecum laborat, quae bonis artibus frequenter obvia esse solet, maxime his quae expensas rursumptibus (ut in cuditib' libris) in communem utilitatem cedunt. Contra illi publicum cōmodum omnibus esse pferendū aiebat; nec maledicorū suspiris a bono opere desistere ingenui & liberalis animi esse, eo vel maxime ubi res huius conditionis esset, quae in ususimis (scilicet aiebant) vel sumo mane posset prospectari, scilicet hac parte (ut in fausto fidere) obtentū est. Paupertate vero quae huic re maximo impedimento erat; tu ipse humanissime pater, simul atque tuus venerabiliscessus, propulsasti; vestris sumptibus ad hanc rem peragendam calcaria adieci, neciā vobis a liud supererat, quominus nullum mei ornati locū prētermitteret, nisi postquam me in publicis nō ē Hispaniae gymnasij vestra larga almonia souistis, & litterarīs honoribus cumulatissime affecisti, nūc demū hāc meā qualēcūq' foetus rā (quae vestra virtus est) tam benigno fauore, ut in lucē prodiret, p' sequemini, quo factū est, ut mihi bēs elabēdi viē p' cluderetur. Calchographis igitur opus cōmisi, quod vobis dicatū tāq' meārū vigiliarū primitias esse volui, nō q' tā paruo officio, tantū debitū quodex magnitudine vestrorū erga me beneficiorū ac reuertit, solutū iri putem, quod nec vires meā suppeditunt, nec ipsa possibilis facultas sufficit, sed vtrī symbolū meā erga vos imp̄fissimā voluntatis p̄stē ac subinde cognoscatis nō esse ingratiū, q' charae m̄fīsuā quicquid p̄stat, maiora si posset p̄staturus, non enim in officiis repetēdūtatum debet p̄sari cēsus, q' affectus. Q' d' si quae retaliāda manent (restat quidē multa & quidē magnifica) sat erit impiātātāsper dū ad difficiliora īre litteraria accingor, ingenue faterime nō posse modo, p' vīa larga in me munificētā quā in litterarī, p' seūtū semper expertus sum gratias referre, verū nō agere, tātū abest, ut hoc meū qualecūq' officium, vestris in me collatis beneficijs equilibrii possit, Accipite ergo hilaris fronte hoc cartaceum munus, quod vere vīm est, ac vīa doctrina & auctoritate a maleuolorū mortibus liberū redite, q' si has nō ē mes simi primitias tumultuarie & subcīssiuishoris collectas benigna facie suscipitis, cum ne sciat inicitata virtus stare, vībes riores & matuiores fructus vestris aris aliquando imponere nō verebor, nā eo animo sum, ut si in hoc litterario ocio quoad vita sup̄sit p' manere a superis mihi datū fuerit, p' clare atque benigne actum esse meū putē, quippe quisca superstitē vita, seriosas magis me posse addere lucernas, Valete atque p'ientissimū iustum p' me imprecemini, ex hoc Garnatē & regio lycæo, Anno a partu virginēo trigelimo sexto supra sexquāmillestimum nonarum septembrium,

### AD C A N D I D U M L E C T O R E M A U T O R I S . P R O L O C U T I O .



Iuini Platonis sententia est lector candidissime sapientis munus esse, scire numerare, Nō quidē mercatorū more requintū nos sepe numero in suam perniciem suppūtare non ignorant, Quibus vix cōmune, aliquid cum vere sapientib' est, Sed hoc voluit sua sententia sapientes ad monere, ut in quo cūq' factō cuise autores īseruerint, omnia recenseant, omnia pensent, iusta & libriliperpendant; quae factū peragendum circumstant, Ita ut si gubernauerit sapiens & leges condat, eorum quibus institutū in mare regestit, ingenia consideret, vnius cuiusq' merita in exequendis legibus profunde coniectet, futura omnia prēvidens, p' reteritorū memor, transacta atque futura cum presentibus conserat, & ad perpēdiculum (quod aītū) examinet, si vero scribendo aliquid coponat quod in cōmune utilitatē cēdere debeat, aliorū dicta fideliter tradat, & opinione p' retertim per celebritū doctorum inter se collidētū alte digerat, & speculetur, ut omnibus vel saltē nobilioribus, ad iustū examen adductis quod bonū, quod veritati magis cōsonū visum fuerit, animo lectoris sedeat, & ab audiētis intellec̄tu amplectatur, hoc enim sicut retroactis tēporibus a prīcis atque disertissimis autoribus obseruatū, vt a Platone, a nō Aristotele, & a multis alijs quibus pro instituto sicut nullū līcitorum genus p' retermittere quod ipsi nō euoluerint, nec id immerito, nam si seniore Plinio teste nullus autor vell liber est tā aridus & insulsus quā aliqua ex parte lectio non possit prodesse, propensiū id fieri in autorū lectione quos certo scimus stuisse doctissimos & bonarū litterarū rūrefactissimos atque veritatis disquisitores acutissimos, quo sit vanū & per ridiculum fore illorū institutū qui doctorum nomēlaturam in republica sibi vendicare cupientes & veritatis īdagatores se p'edicātes per vnius dūtaxat vīa doctrinā ambulant reliquiasq' doctōrū classes flocipendunt, Quippe qui persimiles sunt ihs qui rem p'ciosam putat veritatem anxie querentes, quam hac illac p' reteriſse penitus ignorat, p' vñū solū trāmitē reliq' spretis vñis facultatē inueniēdi sibi occidunt, quare sic vellē omnes in scholis & litterarīs exercitamēti versari, vtnō in vnius ducis doctrina periculū facerēt, sed per omnes celebres philosophiae & theologiae magistros se funderēt & quocūq' validae rationis tēpestas veheret, illic omnes hospites deferrentur, scio non omnes eadē amare atque admirari īmmo frequēter quae nonnulli admirantur alij vilipendūt, & quod peius est & magis dolēdū synceram veritatē corruptus affectus metitur, nemo tñ sane mētis negabit hoc vix posse aliquālīcū autoris recte sibi viā diligere quā in oībus imitetur, nā si prius oēs autores insignes familiariter adnouerit, adde ēt q' in vnaquaq' via est aliqd in signe & nō cōmune cū alijs ut in diuo Thoma, robur doctrinarū solidū, in Ioanne Scoto subtilitas & rōnis vigor, in Guillermo Ochā stilus placidus & amabilis veritatis & succiplēns, in Gregorio ingenij acrimonia & difficultatū ad vnguē exactio, in Durando

## PRO OEM IV M

magistralis & resolutius ordo in Petri aliacensi claritas & doctrinalis nitor, quibus profectibus iure sua culpa priabitur; qui vni via tantum strictus iure iurando fuerit, quem ob causam in omnibus nostrae hispanie gymna fisi presertim in nostra complutensis academia iam pro instituto cessit. ut in secundo anno quadriennij laboris quas dovetius Aristotelis dialectica solet interpretari, multa ex logicalibus & philosophicis tri*n* classis videlicet, sancti Thomae & Scotti & nominalium studentes prelibent: quibus ingenia delinita idonea sint ad libere & sine offendiculo aedendum in unoquoque trahite, alioqui si in unica sola via ingenia versarentur, oportet vel alios autores in Theologia alimine salutare; vel per rudimenta logicalia talis doctrinæ iterum retrocedere, ad quod facile asequendum inter omnes veteres logices libro hic quem premanibus habemus est, ubiliter se fundit opinionum campus quippe de principiis in complexis tractat in quibus tanquam firmissimis basibus tota dialectica & metaphysica ac denique omnis sapientia superponitur, & veluti super cardines voluit, iquo principia vniuersitatisque viae licet haud difficulter capere, alioquin captu difficultima, hunc nosfer eruditus Coronel (qui primus apud parisenes hunc laborem omnes vias recensendi subiit) vtpotuit non sine a plausu & aliqua studentium utilitate enucleavit, ne qui uitatem ipse tamen exacte omnium sectarum fundamenta digerere, quin postea veluti pumice aliqua superducta non possent haec magis ac magis perpolirivel additionibus aliquot innouari, maxime in doctrina sancti Thome de qua nullatenus confusam mentionem facit, additque Aristotelis & antiquorum patrum super unaquaque questiones sententias omisit; quod potissimum in causa fuit ut presens minus mihi destinarem, nam cum in scriptis Aristotelis & antiquorum plurimum insudauerim, a quorum perennis fonte quicquid ad veram sapientiam attinet maximo cum scire hauriri licet, non poteram summo opere non dolere quod doctrina grauis, ferax, syncera, atque Aristotelis principiis nostro affectis tanta temporis intercedente delitesceret ac prope sepulta iaceret. Non hic damno neotericorum instituta; sed ingenuitate et multa ab his inuenta publice utilitatim agnoscere, diffitendum tamen non est multas eorum subtiles ne dicam tenue doctrinas superfluo & magna cum ingeniorum iactura reuirescere; si Aristotelis & antiquorum patrum lectionis frugifer frequentius insisteretur; sed.

Tempus edax rerum tuq; inuidiosa vetustas  
Omnia destruitis: viciataq; dentibus æui  
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

**C**Accessit etiam illi stylus scribendi incultus, horridus, incensus, incompositus ac plane barbarus quo etiam & multi parisensium visunt, qui ut excultum ingenium processu incomposito & incultis verbis exasperat ita ad ipsam veritatem amplectendam male preparat & disponit. Habet enim humanus intellectus hoc sibi ab ipsa parente natura inditum, ut sicut auditus sonis proportionis expertibus, ita ipse incepit ac inconcinne dictatis non parum offendatur, haud ignoro in disquirenda veritate exquisitum orationis leporem non esse perendum, non me præterit matronam nobilem non egere fuko: sed nec me latet verbis barbaris veritatem multum occultari: ita ut quantum veritas ipsa ex se humanis intellectibus amabilis & exoptanda est; tantum ipsa verborum inconcinnitate execretur atque eadem aspernetur, obid igitur lector optime habes in hoc nostro libello opiniones Scoticæ, Thomisticam & nominaliū proprijs fontibus & exemplaribus præcoulis allegatis deriuatas, & presertim sancti Thome quæ verè peripatetica est, super quæ nimirum laborauimus ut tibi innotesceret & peruvia fieret, habes in super in omnibus ferme difficultatibus Aristotelis antiquorum sensum quo ad fieri potuit bona fide reportatum atque declaratum, habes pro modo nostro multarum opinionum discordia in concordia (ut veritas ipsa patitur) cōmutata, habes textus ipsius Porphyrii exacta intelligentia, habes stylum non horridum, nec barbarum, nec sublimen, aut piperata eloquentia fulgentem, sed comptum, planum, atque detestum, qui nec difficultatem intelligentie, nec horrorem aut fastidium prese fert, denique stylū non excogitatum nec aliquo affectu expressum sed qualiter ipse deus optimus maximus mihi conferendignatus est, Cōmutauimus etiā illā relationū questione tanquam ab hoc instituto alienā, nā ad ea que de relationibus obiter in hoc libro solent pertractari sufficereratus sum que in questionibus super librum perhierimenias de relationibus practicatur in eo presertim libello quē amicus noster Iacobus à naueros nō minus cōposite quam eruditæ cōfecit, cuius quidem questionis loco, quādā præcursorias questiones ad hunc locū pertinentes adiungimus, si ergo p̄ tua humanitate multorum scripta vbi vetera in peius atque cōfusius mutantur tātū quia nouis chartis tradūtur legis, plege hæc cōtracta fronte vbi vetera nouiter & noua ipsa in melius cōmutatur, velsalitatem anteque legeris nō dānes, cariora forsitan scripta hæc postquam legeris futura, quare boni consule labore nostrū; nō enim hue defēdimus inanis gloria vel vulgi fauore illeci, sed publice utilitatis gratia quā si non attingimus pro gloria voluisse sat esse duximus, Vale atque bonarum litterarum autores dilige.

**C**Ad inuidum,

Rumpatur quis quis rumpitur inuidia.

PRIMA QVAESTIO Q VID  
SIT SVBIECTVM ATTRIBV.  
tionis totius Dialecticæ, & pecu-  
liariter quid sit huius libri  
subiectum.



**ROPRIA**  
hui⁹ questionis  
sedes hic esse vi-  
detur. siquidem  
tractat⁹ hic oēs  
logice ueteris  
tractatus merita  
to antecedit. que  
si in libris qui  
in anno quem  
sumularium uo  
cant a magis-  
tris non diluci-  
datur. recto con-

silio fit propter in capacitatem rudium. omnia enim (ut in  
quit Quintilianus) suis temporibus discipulis sunt traden-  
da ne forte propter in tempestiuam traditionem ingenia  
discipulorum potius confundatur q̄ poliantur. More scho-  
le complutensis que nullius in uerba magistri iurat. sed  
illum sequitur qui uerius & probabilius uidetur opinari  
questionem dilucidabimus. quam in tres articulos libet  
partiri. in primo principalem questionem declarabimus  
iuxta tres vias in scholis receptissimas sancti Thome Sco-  
ti & nominalium. in secundo ad particularēm questionē  
ad hunc librum pertinentem descendemus haud dissimili p-  
cessu. in tertio dubia pertinentia mouebimus & absolu-  
mus.

**A**ntequam principale institutū aggregriamur. quia ques-  
tio hec principalis presupponit dialecticam esse scientiam.  
(Proprium n. est scientiarum habere subiectum) uidendum  
est succincte de eo qđ presupponit. pro quo notāda sūt que-  
dam ueterosa licet non ab incepto aliena. q̄ scientia pro-  
prietate ut condistinguitur alijs habitibus. est habitus cō-  
clusionis necessarie productus ab intellectu per demonstra-  
tionem sive per premissas applicatas ei in discursu sillogis-  
tico. ut assensus huius cōclusionis omnis argumentatio est il-  
latura cōsequētis ex antecedēti. in presenti sciētia. q̄ hac de-  
monstratione produci potest in intellectu. omnis explicati-  
o argumēti per orationē: est illatura consequētis ex an-  
tecedēti. sed omnis argumentatio est argumēti. per orationē  
explicatio. ergo &c. in qua demonstratione diffinitio sub-  
iecti conclusionis est medium. maior extremitas est passio  
ipsius: que in conclusione concluditur subiecto competere  
secundum quod fieri solet in demonstratione propter quid.  
Per habitum intelligo qualitatem existentem in aliqua po-  
tentia inclinans eandem potentiam ad producendos similes  
actus eis a quibus ipsa est genita. ut habitus citharizandi.  
sed de his in posterioribus uel in morali philosophia quia  
hic non est propria sedes. sint ergo due conclusiones.

**P**rima est. Dialectica est proprie scientia. conclusio patet.  
Primo autoritate omnī sapientiū id vñanimitate afferētū.  
sed ratione sic. Vbiq; est aggregatio plurium habituum  
multarum conclusionū que demonstrantur per syllogismū  
demonstratiūm habētū ordinem ad vnum primū subie-  
ctū ibi est vera ratio scientie. sed in modo procedendi quo  
procedit dialecticus inueniuntur multi assensus & habitus  
cōclusionū producti per demonstratiōes. vt patet inductiue  
in quoq; libro. ergo processus dialectici est scientificus. &  
per consequētis ipsa est sciētia. Prēterea vbiq; sunt diffinitio-  
nes quid rei & diffinita q̄ diffiniatur ibi est suo modo repe-  
rire pprias passiones: ac subinde tota materia demōstratio-  
nū. sed in dialectica hec reperiūtur. ergo i dialectica possunt  
confidē demonstrationes ex proprijs terminis. quare ibi est  
vera ratio scientie. nec obstat q̄ ipsa sit erroribus plena: nā  
hoc non est respectu scientiū que in ipsa versantur. vnde  
nullus error nec opio est circa istam propositionem. vniuer-  
sale est predicable. nec circa hanc. omnis argumentatio est  
illatura consequētis ex antecedēti. nec circa alias multas  
cōclusiones de quibus habetur sciētia in dialectica quas enu-  
merare possem. sed est error circa multa opinabilia que cir-  
cūstantiā scientiā.

**S**ecunda conclusio. Dialectica est vna scientia especialis.  
Conclusio probatur quoniā unius subiecti una est scientia  
iuxta illud philosophi primo de anima secantur scientiae  
quemadmodum & res de quibus sunt. & habetur primo  
Posteriorum. sed dialectica habet unum subiectum cui  
tribuit ea que considerat. puta ut sillogismus uel ens ra-  
tionis uel argumentatio. ut infra patefiet. igitur est una sci-  
entia. dicitur una. non quia sit unus habitus numero uel  
unius tantum conclusionis. sed est una per aggregatio-  
nem & ordinem eo qđ colligit multitudinem habituum di-  
uersarum conclusionum habentium ordinem ad aliquod  
unum subiectum. ita ut sicut exercitus dicitur unus per  
ordinem quem habet aliqua multitudo ad unum ducem. sic  
dialectica & quacunq; alia sciētia est una proprie prop-  
ter attributionem quam habent habitus particularium con-  
clusionum scibilium ad unum subiectum attributionis.

**N**ec sum opinionis illius qui pro quacunq; scientia po-  
nit tantum unum numero habitum quicquidem. habitus  
augescit & intenditur per particulares assensus alia-  
rum conclusionum que in tali scientia considerantur. Sed  
q̄ dialectica sit scientia specialis patet. Quia habet specia-  
le subiectum & non transcendens ut Metra. ergo est spe-  
cialis scientia. consequētia patet quia sicut ab unitate sub-  
iecti capit unitatem scientia. ita a subiecto speciali spe-  
cificatur scientia. q̄ si aliquando dicitur esse communis:  
intelligi debet hoc sub alia ratione. Pro quo aduerte q̄  
dialectica solet dupliciter considerari. uno modo ut do-  
cens id est ut sua principia tradens suasq; conclusiones p-  
bans. & sic est scientia specialis quia habet speciale subie-  
ctum cuius naturam non pretergreditur dialectice con-  
sideratio. alio modo consideratur ut utens in quantum uti-  
musrūs p̄ceptis & applicamus ea alijs scientijs. ut quā  
do diffinimus in philosophia diuidimus in Metaphysica: de-

## PRAECURSORIA.

monstramus in mathe. & modis arguendi dialecticis in talibus utendo, qua ratione solet appellari communis ab autore summularum. inquit enim de dialectica loquens. ad omnium methodorum principia uiam habens. Aristoteles etiam quarto methaphysics eam inter scientias communes enumerauit atq; ob id dialecticus, artifex generalis nū cupatur, qua acceptione dialectica solet modus sciendi nun cupari. & negari solet esse scientiam. ergo ut utens erit scientia communis & modus sciendi sine quo aliæ scientie nequeunt attungi. ut docens uero. erit specialis scientia. Nec obstat q; ab autore summularum appelleatur ars. solet enim uocabulum illud multipliciter accipi apud uiros graues. uno modo pro collectio-ne multorum præceptorum ad unum finem tendenti= um. qua acceptione uititur Cicero. Alio modo pro re=cta ratione dirigente nos in factibilia quali acceptio = ne uititur Aristotele. vj. Ethicorum. in prima acceptio = ne que uidetur esse larga & nimis communis. omnes scientie appellantur artes quia in omni scientia sunt regule & precepta ducentia nos in cognitionem unus scibilis. ut patet in nostra dialectica. Atq; hoc pacto he nostre scientie vulgato nomine artes liberales appellantur. Quare non ualeat consequentia, est ars primo modo. ergo non est scientia. bene tamen ualeret. se= cundo modo accipiendo illud uocabulum, quia sunt membra diuidentia unius bona divisionis.

Sed quia sermo incidit de artibus, illud est obiter no= tandum. q; artes sunt in duplice differentia, quadam sunt liberales: quedam mœchanice. Artes liberales ab antiquiori bus septem numerantur: grammatica, que de congruo. re=torica, que circa sermonis ornatum tota uersatur. dia=lectica, que uerum & falso circuit, atq; ha tres triuiales appellantur quia tres unum idem sequuntur & circa unu uersantur, puta sermonē. Aliae quattuor que quadriuiales appellantur (quia quattuor omnes circa idem uerfan= tur puta quantitatē) sunt: Arithmetica, que quantitatē dis=cretam, hoc est naturas numerorum speculatur: Geome=tria, magnitudinem & passiones eius. Musica, que con=centus sonoros. Astronomia, que motus astrorum. Un=de carmen priscis seculis iam uersum. Gra.loquitur. Dia=uera refert. reth uerba colorat. Mu.canic. Ar.munerat. Geo=pōderat. A.t. colit atra. Sed nescio quid priscos autores mo=uerit nō conuincere Physicam & moralem scientiam inter liberales disciplinas, cum sint proprie & uere scientie, & ratio quare ille appellantur liberales currat etiam & in his, presertim cum explodere possint grammaticam que proprie scientie nomine minime gaudere debet. cum nullo p̄to per media scientialia procedat in suis ostendis conclusionibus: sed tantū usi & autoritate constet.

Sed age, nominemus eam scientiam ne forte grammaticos in nos concitemus. suspicor tamen autores antiquos eo tempore diuisionem hanc fecisse: quo nondum Physica & Ethica opera dabantur. Quippe qui si historijs credimus non sunt tam antique ethica & Physica sicut aliae liberales scientie. sed a Socrate & Pythagora processu sci=entiali deriuatas fuisse. sed quicquid sit, si uis omnes

has scientias numero comprehendendi, notato hanc diuisionem.

Triplex est philosophia seu sophia. ut Platonii placet. Ra=tionalis, moralis, & naturalis. Rationalis philosophia est illa que rationi subseruit, atq; ea perfecta reddit. & hoc mediate uel immediate. Mediate, ut gran.retho. immedia=te, ut ipsa dialectica. Que pro tanto scientie rationales pos=sunt appellari quia subseruunt rationi. uel quia tractant de secundis intentionibus que proprie effectus ipsius ratio=nis sunt. Quas scientias beatus Augustinus libro primo de doctrina Christiana signorum scientias appellauit. Na=turalis autem, cum de rebus tractet aut tractat de rebus se=paratis a materia. & sic est scientia meth. que pars philoso=phie naturalis nuncupari potest. Aut tractat de rebus con=junctis materie. & hoc dupliceiter. quia uel considera=tur res coniuncta materie ut est coniuncta qualitatibus agibilibus & passibilibus. & sic est physica scientia uel consideratur res pro ut est coniuncta materie cum quantitate tantum. & de hac est mathe.. que iterum ad hoc po=test dupliceiter considerari: uno modo ut est res coniuncta materie cum quantitate discreta. uel cum quantitate con=tinua. si cum quantitate discreta. hoc dupliceiter, uel con sideratur res cum quantitate discreta absolute. uel contra=ete. si absolute, tunc est Arithmetica. si contracte puta ad numeros sonoros, tunc est musica. Si de re ut subiect=et quantitatē continuo hoc potest contingere dupliceiter: aut consideratur ipsa absolute & sic est scientia geometria aut contracte. & sic dupliceiter. aut consideratur quantitas ut contrahitur & determinatur per motum, & sic est astrologia: que considerat corpora cœlestia quo ad suos motus. uel consideratur quantitas contracta ut dicit ha=bitudinem ad aliquem sensum & sic est perspectiva: cuius subiectum quantitas uisualis est. & ha due ultime mixte scientie nuncupantur. quia subiecta earum ad mix=tam connotationem habent pertinentem ad physicum & per=tinentem ad mathema. de quibus Arist. secundo physico rum. Ulterius Moralis philosophia cum sit directiva hu=mane uite. ita ut eius adminicculo diriganur ut secundum rationis dictum uiuere possimus. aut dirigit hominem in suis actibus ut bene & moraliter possit uiuere ubique; si uie in politia siue non. & sic est scientia Ethica. de qua Arist. in x. libris Ethicorum. uel dirigit hominem ad bene beato; uiuendum & conuersandum cum pluribus in politia. & sic est scientia librorum Politicorum. uel dirigit hominem ad bene uiuendum in domo & sic est Oeconomica. de uita solitaria que dicitur monastica nulla tradita est à philo=sophis scientia, quia illa (ut inquit Arist.lib.Politico.) uel dei=st, uel beluarum. scientie igitur liberales si generico no=mene eas uelis appellare non sunt nisi tres: si autem specie=co plures sunt q; septem. uocantur autem he liberales sci=entie multis de causis: uel quia sunt de his que libere se of=ferunt intellectui. uel quia efficiunt homines liberos: qui enim harum scientiarum ueri cultores esse desiderant. libe=ri debent esse à seculibus & forensibus negotijs con=templationi tantum ueritatis insistentes. Aegipti enim qui primi has scientias coluere ex crario publico reficiebant

sacerdotes ut ueræ contemplationi uacarent. Vel quia homines ingenui & liberi ut reges & sacerdotes homines; claris stematibus insignes & non seruiliis nature olim his studijs insudabant. Vel potest reddi causa nostris temporibus, teaquia qui modo his litteris sese accommodant liberi sunt à pecunijs & à magnatum & prelatorum iusto fauore.

Mœchanice autē artes sunt in genere sex, quas si uelis numero comprehendere cassus erit labor cum pene innumere sint. quae in genere h.ee sum. Lanifitium, Armatura, Nauigatio, Agricultura, Medicina, Theatrica. Per nam siue lanifitium, intelliguntur omnes artes futoriae, uel textoriae, cuiusvis materiæ sint, siue panacea, siue co*ri*acea, uellinacea, uel sericea. armatura habet sub se duas species: Architectonicam & Fabrilem. Architectonica habet sub se Cementariam. & carpentariam & graphicam. Sub duabus primis iterum continentur omnes artes dolandi lapides. & ligna. Fabrilis, diuiditur in ma-leatoria, & fusoriam: sub maleatoria continentur omnes artes que per extensionem que fit per maleum aliquod artificiatum in materia dura componunt. sub fusoria inclu-duntur artes quibus fictilia uasa conduntur. sub graphicam continentur omnes artes depingendi & lineandi. per nauigationem, intelliguntur species mercatoriae & mutuato-rie. domesticarum & peregrinarum mertium: que pro inde sub nauigatione continentur quia per nauigationem exercētur inter homines. Sub agricultura, continentur omnes artes colendi agros ut ars arandi fodiendi, ferendi, inferendi arbores, plantandi & putandi &c. Sub uenatione continentur immediate ars aucupandi aves & ue-nandarum ferarum & piscandorum piscium. ad quas iterum reducuntur omnes artes que hijs exercicijs deseruire poterunt: quibus addere potes omnes artes condimentorum & apparatus comedibilium. ut ars pistoria, car-nifacia, cupedinaria, fartoria, coquinaria &c. id ge-nus. Sub medicina continentur Chirurgica & reliqua omnes artes que ordinantur ad bonam ualeitudinem conseruādam. quorumcūq; animalium, ut ars inspiciendi uiranam, ars sanandi apostemata & uulnera, cui iungi potest ars apothecaria. sub sexto deniq; continentur omnes artes per-tinentes ad ludos corporales & ad robur membrorum ex-ercendūsine in militia siue in pugna. ut ars luctatoria, ars equitatoria, ars concursoria, ars lanistarum. & multe alie species que usitato nomine carent. quibus addere potes artes que hijs exercicijs deseruiunt, ut ars frenefaciua, ars conficiendisellas quibus equis insideamus &c. Appellantur autem h.ee omnes artes quia in quacunq; ista rum sunt precepta & regule. quibus suum finem unaque q; ars consequi possit. Vocantur autem mœchanice à mœ-chia quod adulterium sonat: quia respectu liberalium artium adultere sunt, liberalibus enim liberatur intellectus atetico ignorantie carcere. nec quando his se accommodat intellectus mœchatur. quia semper serbit in contemplatione ueritatis. ad quam & natus est & creatus: mœchanicas autem exercetur intellectus. ut subueniat corporis de-fectibus. ideoq; mœchatur intellectus quando in his uersa-

tur: quia quodammodo distractabitur a fine sibi a deo pre-tuto. quemadmodum & mulier uir iuncta mœcha est. quando distractabitur a fine et fide coniugij. Atq; hec de presuppositis ad questionem.

¶ Iam principale huius questionis institutum ordiamur uidelicet de subiecto logice. anteq; tamen opinionum diuer-sitatem referam uidendum est quid princeps noster Aristoteles super hac questione senserit. Par enim est cum male uexentur ingenia super inquisitionem sententiæ Scotti & aliorū, ut sciamus quid super questione mota princeps phi-losophorum senserit. Maxime in questionibus quas ipse ex professo tractat atq; persecutur. Qui quarto metha-text. comm. iij. pretendit hanc conclusionem: uidelicet ad philosophiam primam pertinere de omnibus speculari in communi, ad quod probandum inter alias rationes adducit hanc. que iuxta Argiropili translationem sic habet. proba-do propositionem assumptam esse ueram ait. hoc esse in di-cum ueritatis illius. quia artifices diserendi. atq; sophis-tæ munus primi philosophi subeunt. Sophistica enim fa-cultas apparens est tantummodo sapientia. & ars diserendi de omnibus diserit: Commune autem omnibus est id quod est. dehinc uero propterea diserunt. quia h.ee philo-sophiae proprie sunt. circa namq; genus idem sophistica & diserendi facultas & philosophia uersantur. sed ab alte-ra quidem modo facultatis differt ab altera autem elec-tio-ne uite differre uidetur. quibus uerbis in uirtute uidetur habere dialecticum artificem & sophistam cum sapiente cir-ca idem laborare: Sed dialecticus & sophista: circa omnibus uersatur & de omnibus tractat. ergo & philosophus primus: differenter tamen inquit: quia philosophia pri-ma est proprie scientia de his de quibus tractat: dialectice uero modo differt: quia illa per principia demonstrativa circa omnia entia in communi precedit: h.ee uero probabi-liter sophistica aut apparens est scientia circa ea: philoso-phia uero existens & ideo dicit q; differt philosophia a so-phis. electione uite: & quia dialectica per principia com-munia & extranea subiecto philosophie procedit dicitur tentatrix: ex quibus uerbis appetet q; id de quo considerat logicus principaliter: quod nunc uulgadicitur attribu-tionis subiectum, uersatur circa ens: quia uersatur circa omnia scibilia que continentur sub ente cum in omnibus doceat diffinire. argumentari. & sillogizare &c. Et quia omnia ista opportet q; reducantur ad unum: siquidē dialectica scientia un*i* est, ut dictum est. Sanctus doctor ue-rus Aristotelis sectator super prefacto textu: reddit illa ad ens rationis: & probat illud quodammodo esse de men-te Aristotelis: quia cum ipse dicat q; subiectum logice ad omnia se extendit de quibus ens predicatur, non uidea-tur quomodo id posset fieri nisi secundum q; omnia entia na-ture sub consideratione rationis possunt cadere. ergo de ente secundū quod cadit sub consideratione rationis tractat dialecticus & sic concludit q; de ente tractant isti artifi-cies metaphysicus & dialecticus sed differenter. quare pos-nitur h.ee conclusio ex mente. San. Tho. & suorum se-quacium. q; ens rationis ut est commune omnibus en-tibus rationis, est subiectum in logica. Pro cuius decla-

## PRAE CURSORIA:

ratione est notandum ut habet sanctus Thom. part I. q.s.ar. viij. q subiectum se habet ad scientiam sicut obiectum ad potentiam. Vnde sicut obiectum potentie proprie dicitur illud sub cuius ratione omnia obiecta materialia reducuntur ad potentiam: ut homo & paries & tabula: que sunt obiecta materialia referuntur ad visum secundum q. participant naturam coloris. sic illud sub cuius ratione reliqua considerantur in scientia erit subiectum in scientia. ex quo concludit deum esse subiectum in theologia. quia omnia que considerantur in theologia. uel est ipse deus. vel creaturæ secundum ordinem quem habent ad deum. & sic consequenter poterit dici. q. ens est subiectum in metha. quia de omnibus de quibus tractat metha. est in quantum sibi competit entitatis ratio. quod est dicere si nominaliter loqueremur. q. de omnibus de quibus tractat aliqua scientia debet verificari id quod dicitur subiectum in recto vel in obliquo. Ad propositum igitur descendendo eo ens rationis erit subiectum in logica. quia de omnibus de quibus tractat logicus verificatur vocabulum supponens proente rationis in recto uel in obliquo. tria ergo requiruntur iuxta hanc scholam ad hoc q. aliquid sit subiectum. uniuersalitas quo ad predicationem. principalitas attributionis. & distinctio i.q. ratione illius scientia que de ipso est distinguatur ab alijs. per ens rationis nunc intelligitur in communi quoddam ens diminutum derelictum ex intellectus opere cōparatiuo sub proprietate logica grāmatica. v. reth. de hoc enim ente intelligit sanctus Thomas suam conclusionem quod an sit secunda intentio (vt Scotus loquitur) an sit conceptus obiectiuus hoc est res ipsa cōcepta sub tali vel tali modo in questione uniuersalium videbitur.

¶ Notandum etiā p declaratiō conclusiōis & sue defensionis (est. n. multū pbabilis) q. ut uidetur Herueus Brito notare. entia rōnis sunt in duplii differētia. aliqua enim sunt entia rationis que consequuntur ipsas res non ex natura sua. sed ex placito instituentium. ut q. hæc uox homo significet hominem apud latinos & non apud grecos ex institutione latinorum est. & de istis entibus rationis proprie & per se non tractat logica. sed grammatica. aliae sunt que consequuntur naturam rerum non simpliciter sed supposito actu intelligendi. & non ex placito instituentis. que iterum bifariam diuiduntur. quedam enim sunt que sunt communia omnibus generibus entium uel pluribus. vt genus. Species. generalissimum &c. quedam vero sunt que sunt appropriata determinato enti scilicet differentia rationis que reperitur inter sapientiam & bonitatem in deo. & in puncto considerato ut est principium & finis respectu diuersorum. quando ergo loquimur in conclusione de ente rationis. intelligatur de ente rationis quod consequitur rem ex natura rei. & non de quocunq; sed de entibus rationis que communiter versantur & consequuntur omnia genera entium uel plura. quod intellige sub comparatione proprietatis logice.

¶ Nunc probatur conclusio breui ratione. Illud est subiectum in logica per quod ipsa logica distinguitur ab alijs

realibus & sermocinalibus scientijs. sed ens rationis isto modo acceptum est id mediante quo distinguitur dialectica ab alijs scientijs. ergo illud est subiectum in dialectica. discursus est notus & maior est philosophi distinguentis scientias per obiecta. sed minor probatur. nam quia ens rationis est de quo logica tractat. distinguitur logica a rea libus scientijs. & quia illo modo determinatum distinguitur ab alijs sermocinalibus scientijs. quare &c.

¶ Sed insurget aliquis quia ex textu philosophi nuper alegato conuincebatur dialecticam non esse scientiam. dicebat enim philosophus. ponendo differentiam inter philosophiam primā & dialecticam. q. de his de quibus est scientia cognitiva philosophia. dialectica est tentatrix & sophistica est apparenſ scientia. ergo uidetur dicere q. dialectica non est scientia sed tantum tentatrix. quare inaniter fatigatur logici super subiecti acquisitione. Rursus de subiecto attributionis est demonstrabilis aliqua passio. sed cum non sit aliquid quod sit minus ens q. ipsum ens rationis. ergo illud non erit subiectum in logica.

¶ Respondetur ad primum. q. philosophus non negat dialecticam esse simpliciter scientiam. sed tantum dicit non esse scientiam circa id quod uersatur prima philosophia. & hoc uerissimum est. nam secundum q. comparatur dialectica omnibus scientijs realibus non est scientia sed modus sciendi. tunc enim (ut diximus) capitur ut utens. sed si ipsa capiatur ut docens & secundum se considerata tunc non est tentatrix. sed per propriam viam procedens. quare autem appellatur tentatrix diximus super expositionem textus.

¶ Propter secundum quidam peritus Thomista formidat concedere ens rationis esse subiectum de quo possit demonstrari aliqua propria passio. sed tantum esse subiectum predicationis. dicitq; ens rationis nullam habere propriam passionem. quia uel esset inquit ens reale. & hoc non quia perfectior esset passio q. subiectum. uel esset ens rationis. & tunc idem demonstraretur de se ipso & consequenter dicit dialecticam non esse scientiam & ad hoc adducit analogiam de ente in metha. sed præter hoc q. similitudo quā adducit (ut patet) nihil ualeat. expresse repugnat sancto Thomæ qui loco citato quarto Metaphysices apertissime ens rationis subiectum attributionis appellat. dialecticam q; proprie esse scientiam. q. si proprie scientia est. aliquæ passiones debent demonstrari de subiecto. quare contra ueritatem & sanctum Thom. erat illa responsio. que proprius fuga dicenda est.

¶ Respondeo igitur. de ente rationis esse demonstrabilem aliquam propriam passionem (atq; per ens rationis intelligo quoddam ens diminutum derelictum & fabricatum ex opere intellectus quod habet esse per actum intelligendi eo modo quo limitatum est in principio huius opinionis) non enim possum mihi persuadere q. aliquid pertineat ad determinatum genus entium etiam si diminutissimum. & q. eo modo quo pertinet ad speciem determinatam non habeat propriam passionem. que & si difficulter possit venari & cognosci ppterentis rō

nis diminutissimum essentiam possumus tamen illa circumloqui. qualis erit hec (iudicio meo) posse consequi communiter ad omne ens reale per actum intelligendi. que hac de monstratione de subiecto poterit demonstrari. omne quod habet esse in intellectu supposito actu intelligendi sub logica proprietate potest consequi communiter ad omne ens reale ratione actus intelligendi. sed ens rationis quod est subiectum in dialectica est huiusmodi. ergo ens rationis potest consequi omne ens reale supposito actu intelligendi. nec obstat quod secunda intentione sive ens rationis non possit intellectum mouere ad sui cognitionem. cum mouere sit proprium entis realis. sed sat erit quod potest suo modo noticiam seu modum cognoscendi terminare et hoc de primo in via sancti Thome et c.

### Secundæ partis quæstionis decisio.

**D**e secundo scilicet quod sit huius libri subiectum. non videor mihi indubium a quoquam perito esse vertendum. quin uniuersale sit huius libri subiectum licet differenter in via quam quod via de uniuersali sit loquendum. quod aperte probatur tenendum esse ab omnibus in calce huius questionis. auerito tamen ut extensus in questione de uniuersalibus manifestabitur. quod ex verbis Sancti Tho. Opus. terio. lcc. i. subintelligi potest. tripliciter posse capi uniuersale uno modo pro ipsa natura secundum se. et hoc dupliciter. vel secundum quod naturaliter est in materia naturali. physicis qualitatibus affecta. quae a priori ipsa res naturalis aparte rei est. alio modo pro ut habet esse in intellectu. quod est metaphysicum diciatur. quod est esse intellectum et cognitionem. Potest et capi per ipsa natura considerata et cognita secundum comparationem quam habet ad sua inferiora. que non differt ab alia natura que habet esse absolutum. nisi secundum modum intentionalem. non quod ille modus intentionalis sit quedam secunda intentione distincta quodammodo ab illa natura que habet esse cognitionem ab intellectu. sed est ipsam et sub tali modo intentionaliter. quod amplius corroborabitur esse de mente Sancti Tho. in questionum uniuersalium contra multis Thomistas qui in his secundis intentionibus parem faciunt secundum Thomam cum Scoto. Vbi soluentur istorum rationes et Scoti que contra hoc sunt. ob quarum credo timorem: hos in hanc sententiam suspicor ad luctos fuisse. sint ergo conclusiones membris distinctionis correspondentes.

**P**rima conclusio. uniuersale consideratum ut habet esse in individuo physicis qualitatibus affectum. non est huius libri subiectum. conclusio patet. quia de illo ut sic. habet tractare physicus. ergo non habet tractare logicus. probatur consequentia quia sicut idem obiectum secundum eandem rationem non potest pertinere ad diuersas potentias ita. id est subiectum secundum eandem rationem non potest pertinere ad diuersas sciencias.

**S**ecunda conclusio. uniuersale captum pro natura ut habet esse consideratum. et præcissum ab intellectu absolute sine aliqua comparatione non est subiectum huius libri. conclusio patet. quia de illo ut sic. tractat meba. ergo non logicus consequentia est nota. Item quia de illo ut sic. non

predicatur ens rationis eo modo quo cepimus in hac uita quia tale ut sic. nec est genus nec species. nec aliqua secundarum intentionum logicalium. ergo non est id de quo tractat logica. quare nec liber presens.

**T**ertia conclusio. uniuersale captum pro conceptu obiecti non habenti esse per actum intelligendi intellectus. quodammodo comparative adea que representat est subiectum huius libri. conclusio patet. quia cum scientia huius libri sit pars integralis dialectice. subiectum huius libri debet esse pars subiectiva et inferior ad subiectum totius dialectice. quare debet esse ens rationis. et non uidetur quid sit nisi uniuersale. igitur. Nec obstat quod predicable sit ens rationis quia cum dicat apertitudinem. potius habet rationem propriæ passionis quod subiecti.

**P**reterea. noticia uniuersalis intenditur in toto isto libro et in eius partibus. ergo est subiectum eius. non enim tractatur in hoc libro de natura predicabilis in quantum talis. Item Porphyrius in initio huius libri proponens ea de quibus tractatur erat. abstinet se a quibusdam questionibus altissimis modo questiones suas ipse mouet. uel a quibus se abstinet circa uniuersale sunt. et non circa praedicabile. nam questionem Platonis de uniuersali ibi uidetur tangere. et postea dicit quod de his quidem tractabit humili modo et insimo stylo et maxime ut peripathetici. ergo et de uniuersalibus promittit tractare. quare et uniuersale erit huius libri subiectum. hec ratio si bene notetur multum uigoris habet ad probationem conclusionis in qua euangelia. et sic hoc idem dicetur in via Scotti et nominatum.

**V**num tamen uolo te non latere. siquidem sermo incidit de subiectis partium totius dialectice. quod sicut est triplex actus rationis. simplicium apprehensio. compositio seu diuisio. et discursus. ita entia rationis sunt in triplici differentiatione. quedam que consequuntur ipsas res supposito actu intelligendi incompleto. et de talibus entibus et intentionibus est hic liber uniuersalium et praedicamentorum (nam a huiusmodi libri sunt. qui deseruunt primæ operationi intellectus) ut esse uniuersale. esse genus. esse speciem. esse superius. esse inferius. Alia sunt entia rationis que consequuntur res supposito actu intelligendi compositivo. uel diuisivo. ut esse subiectum. esse predicatum. esse affirmatum. esse negatum. esse contrarium et cetera. Et de talibus est liber perhier. qui propter hoc dicitur correspondere secundæ operationi intellectus. alia sunt que consequuntur ipsas res supposito actu intelligendi discursu de uno complexis in aliud. ut sunt esse illatum. esse sillogizatum. et de istis est tota noua logica ex quibus sequitur quod logica tractat de primis intentionibus sed non absolute sed ut fundant in se secundas. quare principalius de secundis. et hec de sancti Tho. positione.

### Opinio Scotti.

**S**ententia Scotti pendet ex quid nominis declaratione subiecti attributiois. qui in primo sententiarii. q. iii. insinua-



## PRAECVR SORIA.

at subiectū attributiois in quacūq; scientia id esse quod cōtinet virtualiter oēs veritates illi⁹ scītē cuius est subūm. p cuius diffinitiois breui declaratioē notato. q. vñ aliud virtualiter cōtinere pōt intelligi dupliciter vno modo physi ce. alio modo metha. physice causa dicitur cōtinere suū esse & i. quia pōt ipsum in esse reali pducere. exempla sunt clas ra. vñ tamē aliud metaphysice cōtinere dicitur. quod sic se habet. q. ex cognitione pfecta sui faciliter deuenitur in cognitione pfectā & distinctā illius quod cōtinetur vel pprī⁹ q. ex quidditate seu formalitate cōtinentis quodāmō pullū let & originetur formalitas illius qđ dicitur contineri. q̄ liter formalitas pprīe passionis pullulare & originari videretur ex ipsa hōis quidditate. hoc secūdo mō dicitur subūm alicuius scītē continere virtualiter ea que tractātur in tali scītē. atq; p hoc rescindes innumerās Gregorij & ceterorū nominalium argutias.

**S**ed aduerte secūdo q. p veritates intelligit Scot⁹ habitudinē subiecti ad p̄dicatū. demāq; ppositiones ipsas in tali scītē cōsideratas. de quibus talis scientia per se tractat. queādem veritates in tali scītē in duplice sunt differentia. quēdam enim sunt ex terminis note. vt ppositiones in quibus idem de se ipso. vel diffinitio de diffinito p̄dicatur. quedā autē dicuntur note ex his. i. queā inferūtur in bona cōsequētia ex q̄ se notis & immediatis. vt sunt ppositiones in quibus enūciatur aliqua passio de subiecto. hec autē queā ex terminis note sunt. adhuc bifariam diuidūtur. quedā enim sunt cuius p̄dicatū essentialiter cōtinetur in subiecto. i. cuius quidditas p̄dicatū significata continetur in quidditate significata per subiectū. vel est ipsamē quidditas. vt in hac omnis homo est rationale. omnis homo est homo. Quēdam vero sunt cuius p̄dicatum. non contineat essentialiter sed tantum virtualiter ad sensum datum vt propositiones in quibus p̄dicatur propria passio de diffinitione. quo sit non esse idem propositionem per se notam & subiectum continere essentialiter p̄dicatum.

**S**ed ex his declaremus diffinitionem. subiectum attributionis est id cui⁹ quidditas includit essentialiter vel virtualiter qđ ditatem p̄dicatorū ppositionū que per se cōsiderātur in tali scītē. velex cuius quidditatis perfecta cognitione deuenimus in cognitionem eorum que in tali scītē considerantur. vel proprius ex cuius essentia vel quidditate fluunt & pullulant formalitates per p̄dicata propositionū in tali scītē significatē. vel sunt formalitates contentē metha. in quidditate talis subiecti. vt si ponamus de homine esse scientiam. homo erit subiectum attributionis quia quidditas hominis si cognoscatur perfekte. inueniemus eā includere essentialiter animalitatem & rationalitatem ex quibus metaphysice componitur. que sunt p̄dicata que componunt veritates in tali scītē consideratas. & quia si perfecte cognoscatur. cognoscemus formalitatem propriae passionis pullulare & fluere metaphysice a quidditate hominis. quod subiectum illius scītē est. Hanc diffinitionē subiecti hac via probat ibidem succinctē Scotus esse bene datam. quia subiectum in ordine ad scientiam habet se sicut obiectum in ordine ad habitum. quod iterum se habet sicut causa ad effectum. sed non dicitur causa aliquid proprio alterius nisi in virtute continueat ipsum es-

fectum. ergo subiectum debet continere scientiam cuius est virtualiter & per consequens veritates illius. sicq; concludit deum esse subiectum in theo. hoc habito ponitur conclusio responsua ad questionem. que videtur esse de mente Scotti in logica sua. q. ij. que talis est.

**S**illogismus est subiectum propriū totius dialetice. pro cuius veritate probanda. supponit Scotus loco prefato tria requiri & sufficere ad hoc q. aliquid sit subiectum jat tributionis alicuius scītē. primū q. sit notum de eo qđ est & quia est. secundum q. per eius q. quid est. i. per eius diffinitionem demonstrantur passiones de subiecto. tertium q. ad ipsum omnia alia que tractantur in tali scītē reducantur. hanc conditionem probat. quia scientia non est vna nisi propter unitatem subiecti. sed non potest saluari unitas subiecti nisi omnia alia consideraretur propter ipsum. igitur. Duas primas conclusiones probat per Aristote. prōc. Poste. dicēte de omni subiecto duas cognitiones presupponi. vna quia est & alia quid est. si enim nesciremus quia est. non possemus scire an de eo sit scientia. & opus est cognitionis quo ad quid est. quia sine p̄ quid est non possunt demonstrari passiones de subiecto. quare non erūt proprie demonstrationes in tali scītē. & sic non erit de ipso proprie scientia. cum sit necessarium medium demonstrationis esse diffinitionē quidditatiā. Propter defactū duarū conditionum. refellit opiniones circa hanc materiam videlicet q. subiectū dialecticē sit ens rationis vel aliquis conceptus formatus ab intellectu. cum nec secunda intentio aliqua nec ens rationis in tota dialectica ab Aristotole dissi- niatur. atq; ob id videtur etiam deficere opinio ponēs argumentationem esse subiectum. que in nullo dialetices libro ab Aristote. diffinitur. sed tantum a Boetio in Top. suis. Etiam deficit tertia conditio & secunda. Sed iam probatur conclusio per conditiones subiecti quia competit sibi prima. quia sillogismi habet diffinitionē primo Priorū & primo Top. & mediante eius diffinitione demonstrabiles sunt de eo aliqua passiones vt habere tres terminos. esse in modo & in figura. de cuius prima proprietate poterit fieri hec demonstratio. Omnis oratio in qua quibusdam positis necesse est aliud accidere per ea que posita sunt. habet tres terminos vel ordinatur in modo & in figura. sed sillogism⁹ ē huiusmodi. ergo sillogismus habet tres &c. Conuenit ē ei tertia conditio. quia propter ipsum in veteri logica determinatur de eius partibus integralibus vt de in complexis & de ppositionē. & de ei⁹ p̄tib⁹ subiectiis in tota noua logica. vt in libro T. O. Priorū. Poste. Elenchorū. & d' alijs specieb⁹ argumentatiōis que virtualiter ī ipso sillogismo cōtinetur. ergo ppter hāc cōditionē sillogism⁹ ē subūm attributionis. Itē si applies diffinitionē subiecti repies p̄ ex pfecta cognitōe sillogismi faciliter cognoscētur ea queā in tali scītē tractātur cognoscēs. n. qđ sit termin⁹ qđ copula qđ ppositionē cathe. qđ hippo. qđ enthi. & igitur ē subūm toti⁹ diale. **I**n surgūt tamē cōtra hāc positionē subiliē multa difficultia. Primū ē qā cū sillogism⁹ sit subūm libri priorū qđ patet cū ibi diffiniatur sillogism⁹ & liber priorū sit ps integralis toti⁹ dialetices. ergo non erit subūm toti⁹ dialetices. cōsequētiā clara. cū nō possit vñ & eidē esse subūm toti⁹ & p̄tis.

¶ Preterea si ipsum esset subiectū totius Dialetices. de ipso esset scientia. sed cōsequens est falsum. ergo ipsum nō ē subiectū. probatur minor quia maior necessaria est cū cōsequētia. nā sciētia habetur de eo. per sillogismū debet causari. cum debeat causari per demonstrationē quod iterum est falsum. quia bene sequitur. sillogismus ī cōmuni est ignotus. quia suppono nihil de eo esse demonstratū. ergo quilibet sillogismus in particulari. ergo hic sillogismus per quem sit demonstratio est ignotus. quare non potest generare notitiā cōvidētē conclusionis. et per consequens de ipso subiecto nihil pōtē demonstrari. Et confirmatur qā vel ille sillogism⁹ per quē habetur sciētia de sillogismo qui est subiectū sciatur vel nō. si nō. ergo nec sillogism⁹ ī cōmuni. sī sic. cū op̄ porteat sillogismū ēsse bonū per quē fiat demonstratio ergo scio p̄ alium sillogismū et iterū querā de illo et sic abibis infinitum.

¶ Rursus sillogism⁹ nūq̄ fuit in sensu. quia suppono sensu nō discurrere. ergo nūq̄ fuit in intellectu. pbatur cōsequētia ex Arist. lib. de sensu et sensato. Demū qd dicem⁹ ab Aristot. qui in loco supra citato dicit logicum et metha. circa idē laborare. rbi videtur innuere dialecticā versari circa ens ut in principio declarauimus.

¶ Ad primum horū respondetur. q̄ sillogismus potest dupl̄ citer cōsiderari. vñomō quo ad p̄prietates ipsum formaliter cōsequētes in q̄tū sillogism⁹ ē. alio mō scđm p̄prietates ipsū cōsequētes formaliter et partes integrales eius ex quibus cōflatur. primo mō est subiectū libri Priorū. scđ o mō ē subiectū totius dialectice. quare nō scđm eandem consideratio nem est subiectum totius et partis.

¶ Ad scđm respōdetur cōcedendo sequellā negādo falsitatē cōsequētis. et ad p̄bationē eius cōceditur iterū sequella et nego iterū falsitatē cōsequētis. et ad p̄bationē quando dīcis q̄ ille sillogism⁹ per quē fit demonstratio de sillogismo ī cōmuni est ignot⁹ distinguo. vel q̄ sit ignotus in se. et sic nego illud. quia notū est quo ad veritatem p̄missarū et quo ad bonitatem illationis. est enim p̄fectus et in prima figura. nec eget alio sillogismo per quem notificetur. vel intelligis q̄ sit ignot⁹ quo ad passionē que ibi demonstratur d̄ sillogismo ī cōmuni et sic cōcedo. mō scđm hāc cōsiderationē. non notificabat cōclusionē. sed scđm q̄ vere erāt p̄missa et cōsequentia est nota. quare argumētū ē dilutū.

¶ Haud aliter poterit respōdere ad confirmationē. qā quādo quāris. aut ille sillogism⁹ q̄ quē demonstratur passio de sillogismo ī cōi est scīt⁹. vel nō. dico tibi q̄ aliquo mō ē scīt⁹ in se. quia scio cōsequētia ēsse bonā et p̄missas veras. nō est tamē scīt⁹ p̄ticulariter quo ad passionē sillogismi ī cōmuni sibi ī adequate cōpetētē. et si p̄cedas vlt̄r⁹. querēdo p̄ quē sillogismū sciatur ille. dico q̄ p̄ se ipsū. est enim p̄ se not⁹. et sic cōsequētē dico q̄ sciētia dialectica ē de sillogismo p̄ quē causatur sciētia de subiecto cōmuni saltē inadēq̄te. et cū iterū queritur p̄ quē sillogismū. dico q̄ p̄ se ipsum quia in q̄tū p̄ ipsū ostēditur passio de sillogismo ī cōi. ostēditur de se ipso tāq̄ de aliquo cōtēto sub tali subiecto.

¶ Ad tertium respōdeo illā auctoritatē sic debere intelligi. Nulla quidditas rei materialis ē in intellectu quāp̄pri⁹ fuit in sensu. nam multa alia sunt in intellectu. quae sunt in

telligibilia et intelligūtur per se. que non fuerūt ī sensu ut patet de his quae intellectus intelligit per reflexionem ut suā notitiā speciem intelligibile. et ipsam animā. et nullē horū fuit sub sensu. Ad aliud quod adducitur ex Arist. Res pōdeo q̄ Arist. nihil aliud voluit habere. nisi q̄ dialectica ut utens applicatur circa omne scibile. et p̄ rōnes cōmunes quodcuq̄ ens pōtē cōsiderare. pōtē enī pbare in philosophia moralis q̄ nolitio et volitio sūt nata fieri in voluntate p̄ hoc mediū cōscilicet. cōtraria habēt fieri circa idē. et p̄ illud ēt pōtē pbari. in philosophia naturali caliditatem et frigiditatem ēē in corpe phisico. et hāc credo secluso quocuq̄ affectu es se intentionē philosophi. et nō q̄ ibi vellet assignare ens ēē subiectū dialectice. atq̄ hoc de primo questio iuxta Scoti sententiam.

¶ Verūtamē qd sit hui⁹ p̄ticularis libri subūm apte iſinuat Scot⁹ esse uniuersale. sed quia de omni subiecto oportet presupponere si est ens. et si sit p̄ se intelligibile breuiter p̄bat Scot⁹. et in sequēti questioē exact⁹ videbitur. oportet tamen hic supponere q̄ uniuersale ut nō de ipso loq̄mūr. nō est nisi quedā scđ a intētio que cōsurgit ex opere intellect⁹ comparatis aliqd cognitionis sub aliqua p̄prietate cōtenta in diffinitione vñiuersalis. ut nostriā aliquo mō ex questione illa de veritate in hac via. probatur igitur q̄ illa scđ a intētio sit ens aliquo modo auctoritate Arist. i. per hier. ipsum dīfinitiētis sed non entis non est diffinitio ergo vñiuersale est ens. Item Boetius in predicamento substantie. inquit. secunda substantie applicatur primis substācijs. sed uniuersale est secunda substantia. ergo uniuersale applicatur primis substācijs sed qđ non est ens non est applibabile verē rei. ergo vñiuersale est ens.

¶ Ad hēc. sub ratione nō entis nihil intelligit. sed multa intelligūtur sub ratione uniuersalis. et maxime ea que scientialiter considerātur. ergo uniuersale est aliquid. Nec obstat q̄ uniuersale sit ab intellectu fabricatum. ut subinde possit dici figuramentum. illud enim vere figuramentum est. cū nihil ire ad extra correspondet. vñiuersali autem aliquid correspondet in re. a cuius specie tanquam fundamento originatur. videlicet. natura cōmuni. de qua in questione uniuersalium tractabitur. sed q̄ uniuersale sit intelligibile. sic probat Scotus. primum obiectum intellectus est quidditas que intelligitur sub ratione uniuersalis. sed ratio illa uniuersalitatis non est idem essentialiter cum quidditate. sed modus eius accidentalis. Cum possit esse in intellectus sine ratione uniuersalitatis. Tunc sic intellectus intelligit illa differre. ergo intelligit utrumq; differens. et alterum illorum est uniuersale secunda intentio. ergo secunda intentio intelligitur. monstratum est igitur. vñiuersale ēē ali quo modo ens et ēē intelligibile. quare competit sibi prima conditio requisita ad hoc q̄ sit subiectum.

¶ Sed quia secunda conditio subiecti presupponit q̄ habeat aliquot passiones id quod dicitur subiectum que de ipso possunt demonstrari. breuiter id p̄batur auctoritate Porphirij secundo libro huius tractatus assignantis conueniētias omnium quinq; uniuersalium. ergo manifestum est q̄ in aliquo cōueniunt. et cum illud insit eis uniuoce. in erit eis per rationem communem. Sed ratio communis illorum est uniuersale. ergo illa propria passio inerit pri-

## PRAECVRSORIA.

mo vniuersali. Erit igitur passio id quod conuertibili liter se habebit cum vniuersali. non dicens aliquid de eius quidditate. Vnde si teneamus predicable esse passio nem uniuersalis. et per consequens diffinitiones Porphyrii esse descriptivas (vt ego suspicor esse verum) prædicabile de pluribus erit propria passio uniuersalis. Sed si consequenter cum Scoto loquamur. qui tenet diffinitionem generis & vniuersalis esse quidditatiam (quod non est ad meam opinionem) erit passio esse in multis & præter multa. Tandem non sit digladiatio in hoc. vocetur a. brevi loquij gratia. Fiet hoc modo demonstratio in hac uia. Omne qd est prædicabile de plurib⁹ est. a. vniuersale est prædicabile de pluribus. ergo vniuersale est. a. Vbi in maiori subiectum diffinitione quidditatiam subiecti. Si aut prædicabile sit passio: assumes sic. Omne quod est in multis & de multis est. a. &c. Tertia etiam conditio conuenit ei ppter id quod adduxim⁹ ex Porphyrio in opinione sancti Tho. Applicare etiam poteris diffinitionem subiecti prout exposita fuit secundū Scotū. ¶ Subdubitas autem sic. Vniuersale illud est. quod est ens rationis. passio de eo demonstrabilis debet esse minus ens ut constat inductio. Sed minus ente rationis non est nisi nihil. Ergo nulla est passio. Quare doctrina Scotti est insufficiens. ¶ Rursus cum omnis passio sit cum suo subiecto conuertibilis. & subiectum sit vniuersale. passio. a. erit vniuersale. ergo haec erit vera. a. est vniuersale. Sed consequens est falsū quia subiectum non dicitur denominative de propria passione nec etiā in prædicatione essentiali. igitur. Pro materia primæ p̄tis dubijs. Respondeo qd sicut in esse nature & reali sunt gradus & latitudo perfectionis ita in esse rationis suo modo est latitudo perfectionis in ipsis qua ab intellectu proficiuntur. Est enim in his aliquid quod per se aliquo modo intelligitur. Et mod⁹ ē quo intelligitur. utrūq; sed a int̄ētio & ens rōnīs. sed mod⁹ ille quo intelligitur qd ē ē sed a int̄ētio inq̄tū est mod⁹ minoris perfectionis est. qd sit scd a int̄ētio cuius est modus. quanto perfectior est res qd modus ei⁹. Est igitur propria passio minus ens sed infra latitudinem entis rationis. Si aut assumeres ultimum gradum entis rationis. Tunc illud quod esset minus illo. esset nihil. Ad aliud dicitur qd bene potest subiectum si capiatur vt modus denominare propriam passionem si capiatur vt quid. Sed de his modis prædicationum radicibus in sequētibus disseremus & haec de Scotica imaginatione.

### Opinio Ocharni.

¶ Venerabilis nominalium instaurator mediomodo (q̄ va-rie) pcedit in hoc. Vnde ipse in logica sua ca. xxxi. assignat multiplicatatem huius vocabuli subiectū. & notat qd præter acceptiōnē realem qua potest accipi hoc nomen subiectum pro illo videlicet qd accidentibus substat realibus. ad hoc logice capiendo ipsum videlicet pro subiecto propositionis. multipliciter accipitur. Vno modo largissime pro subiecto cuiuscunq; propositionis siue vere siue false sint p̄positiones. Secundo modo stricte pro subiecto propositionis qd est prædicatio directa ut haec homo est animal vbi ly homo est subiectū. Tertio modo strictius pro subiecto conclusionis scibilis. & sic accipiendo subiectum tot sunt subiecta

in aliqua scientia quo sunt conclusiones demonstrabiles in ea. & sic inquit qd in logica multa sunt subiecta & in philosophia & metha. Alio modo accipitur subiectum strictissime: vel pro aliquo primo primitate aliqua inter subiecta alicuius scientie. & sic aliquando vocatur subiectum in aliqua scientia quod inter subiecta talis scientie significat re perfectiore. Et in hoc videtur tangere quod Scotus sentit de fillogismo. Aliquando vero inquit illud dici subiectum. quod est cōmune prædicatum omnibus consideratis in tali scientia. & in hoc complectitur sancti doctoris sententiam. Sed quam naturam & conditionem debet habere aliquis terminus ad hoc qd dicatur subiectum alicuius scientie. ipse declarat in prologo sententiārum questione tertia in quadam questiuncula annexa tertie principali. Inquit enim de ratione subiecti scientie non esse aliud. nisi qd subiectatur respectu prædicati in propositione scibili scientia proprie dicta. Ita qd vniuersaliter idem est subiectum scientie & conclusionis scibilis in tali scientia. & sic capitur ab eo subiectum in tercia acceptance. hoc probat ipse rationibus plurimis. quarum principales sunt h.e.

¶ Quia aut subiectum conclusionis & subiectum scientie cuius talis est conclusio sunt idem simpliciter. vel non si primum habetur intentum. Si non sunt idem arguitur sic. Impossibile est habere scientiam sine cognitiōe perfecta sui subiecti. Sed scientia non potest haberis sine notitia premissarum & conclusionis subiecti. Ergo de subiecto conclusionis scitur qd scitur in tali scientia. Ergo illud est subiectum scientie. Item subiectū alicuius scientie debet esse incomplexum. & id de quo scitur. Ergo est id de quo demonstratur. Haec duæ rōtiones solum probat qd subiectum conclusionis est id quod scitur in demonstratione vbi talis cōclusio est pars. Item illa est ppria & prima rō subiecti in aliqua scientia qua posita omni alio circūscripto. aliquid potest esse subiectum & qd no posita quoq; alio posito non pot est subiectum i alia scientia. sed hoc solo posito qd aliquid sit subiectum cōclusio nis pprie scibilis. omni alio circūscripto vere erit subiectū. & clarū est qd nullū erit subiectū nisi subiectū cōclusionis & quacunq; alia conditione posita si hoc deficiat nullū erit subiectū quia nullum erit de quo demonstrantur passiones. igitur.

¶ Rursus subiectū est illud in alijs scientiis de quo cōsiderantur proprietates vel passiones. sed subiectū conclusionis vel cōclusionis est tale. igitur. Ex quibus ipse concludit (vt paulo post ipse refert) tot esse subiecta in aliqua scientia. quo sunt subiecta conclusionis demonstrandarū in tali scientia. & in hoc credo qd veritas questionis cōsistit. nā eo mō habet esse subiectū vnu quo est scientia vna. sed scientia nō appellatur vna ab unitate numerali vnius habitus sed per ordinē & aggregationem. ergo non erit vnum subiectū unitate numerali. sed plura. Attamen sicut in habitibus cōclitionis in aliqua scientia est ordo. quia vnu est alio pfector. ita etiā inter subiecta talia opportet quod sit talis habitus. ordo enim habituum pcedit ab ordine actuū. & ordo actuū ab ordine obiectoru. sic inquit ipse qd inter subiecta & liciuius scientie est multiplex ordo. est enim ordo prædicatio nis. i. qd vnu illorū obiectoru de alijs prædicetur directe & essentialiter. quā primitatem credo. San. Thom. consideras. Jſe. Potest

**S**e potest etiam inter illa considerari ordo perfectionis secundum quod unum illorum significat rem nobiliorē ceteris subiectis: et sic poterimus dicere quod sillogismus demonstratiū est perfectior ceteris. Alio modo potest considerari inter illa ordo totalitatis, quod in hoc stat, quod unum illorum subiectorum sit totum, et alia subiecta sint partes eius: et sic dicit Ochā quod sillogismus ponitur subiectum in logica: et sic declinat quodammodo ad Scotum: et tandem concludit non minus docte quam pulchre: qui diuersi diuersam primitatem considerarunt requiri ad subiectum, diuersum assignarū subiectum attributionis. Atq; hinc oritur tanta diuersitas super inquisitionem subiecti attributionis. Quo fit ut inter hos opinantes questio quodammodo sit de nomine super inquisitionem subiecti attributionis: nam pentres ex consideratione primitatis: quam si uniformiter considerassent, uniformiter opinarentur. Vnde quia sanctus Thomas habuit rationem ad primam primitatem, ut suo loco monstrauimus, tenet eus rationis esse subiectum. Et quia Scoto placuit non debuisse considerari illa, sed alia primitas, discessit a S. Thoma, in suis n. prædicabilibus questione tertia in responsione ad secundum argumentum inquit, non oportet subiectum scientie prædicari de omnibus consideratis in tali scientia: sed esse id propter quod alia considerantur in tali scientia, ut patet de subiecto naturalis philosophiae quod est corpus mobile. Nec habent isti reales negare quod Guilielmus Ocham tam aperte probauit, uidelicet, non esse aliquod unum subiectum in scientia, sed plura, ut in scientia naturali adhuc ipse Scopus probat, nec ipse Ocham negat, immo concedit in omni scientia aliquod unum primum esse subiectū, quod habeat aliquā primitatem inter omnia alia subiecta. Omnes igitur opiniones haec uere sunt (si ueritati obstat contrarietas) cum non sint contrarie nisi in primitatis consideratione, Ocham tamen magis uidetur approbare primitatem Scotti quam S. Thomae.

**T** Sed de subiecto huius libri secundum hanc materiam, haud dissimiliter sentito sicut in alijs opinionibus, ut conclusum est ratione sumpta ex Porphyrio. Item quia poteris applicare ad istū terminū uniuersale definitionē subiecti quam hic dat doctor. Sed de hac opinione hactenus.

### Opinio Alberti.

**A**lbertus Coloniensis cognomēto Magnus post Alpharibium Auicenam et Algazel, et post eum nominales tenent argumentationem esse subiectum in logica, et certe non sine apparentia, quod his rationibus ntititur probare. Prima ratio est. Illud est subiectum in aliqua scientia: quod docet id ad quod ordinatur consideratio talis scientie, sed scientia dialectica docet nos qualiter ex notis ad ignota procedamus, quod fit per argumentationem, igitur argumentatio est subiectum in logica.

**P**reterea quandounque aliqua scientia per se tractat

de aliquo toto uniuersali, et de parte subiectua eius: proprius tractat de toto quam de parte: sed sic est quod logica tractat de aliquo toto uniuersali: scilicet de argumentatione, cum omnia que considerantur, considerantur ut ordinantur ad argumentationem: et illius pars subiectua est sillogismus, ergo argumentatio est subiectū et non sillogismus. Rationes haec militare uidentur cōtra Scotum potius q; contra S. Thomam, atq; haec secunda ratio reflecti potest cōtra Albertum ut concedat id quod. S. Thomas concedit. Ex hac tamen opinione et probatione oritur Scrupulus contra Scotum: nam si Scopus concedit (ut uisum est) sillogismum esse subiectum logicæ propter primitatem totalitatis, manifestum est (ut probat ratio) quod sillogismus est pars argumentationis, et sic talis primitas prius reperitur in argumentatione q; in sillogismo: quare ex suamet consideratione sequitur contradictionem sue opinionis.

**V**ideor mihi, ut sub censura sapientum dixerim, quod isti etiam non discrepant nisi in consideratione primitatis: nam ut ex his rationibus apparet, uidetur ad hoc q; aliquid sit subiectum in aliqua scientia, oportere q; sit finis quodammodo illius scientie. i. gratia cuius cetera considerantur: uidetur etiā q; debeat habere primitatem totalitatis, ut patet ex secunda ratione, et haec cōditiones manifeste coueniunt argumentationi, quas si Sco. et s. Tho. cōsiderasset idem omnino opinati fuissent. Nec sibi repugnat Scopus quando dicit requiri primitatem totalitatis ad hoc q; aliquid sit subiectū, quia coepit ibi totalitatē p toto integrāli, non autē pro toto siue totalitate logica, sillogismus. et si sit pars subiectua et inferior respectu argumentationis, et argumentatio totū in ordine ad illud hoc est superior terminus, nihilominus tamen sillogismus compositionis est ac perinde magis totū q; argumentatio: eadē considerationis est secundum Scotum in homine et in animali: Ex omnibus his sequitur Albertū magnum p̄ prius usum fuisse uocabulo subiecti attributionis q; reliqui: quia cū ponat ipsum esse finē considerationis in scientia, et finis sit cui oīa attribuūtur, et ad quē reliqua ordinantur, ideo subiectū attributionis dicitur: sed de secunda questione cōcordat Albertus decisioni prius datae.

### Opinio vulgaris nominalium.

**N**ominalium uulgas non multum ab Alberto discedens nescio quas conditiones assignat ad hoc quod aliquis terminus dicatur subiectum attributionis, quas ad præcedentes poteris reducere. Inquit enim cuibet subiecto attributionis triplicem primitatē debere cōpetere. Primitas cōsiderationis. i. quod principaliter cōsideretur in tali scientia ad hunc sensum quod acquisita perfecta cognitione talis subiectū sit status in tali scientia. Secunda primitas attributionis. i. q; omnia que cōsiderantur in tali scientia considerentur gratia illius, et attribuantur illi. Tertia est primitas ad equationis. i. quod sit ad equatum in tali scientia, hoc est quod sub tali ratione vel concepsit in tali scientia consideretur, et sub nulla alia, nec ipsa scientia circa aliud ueretur.

**T**un correspondet secundum hoc ad questionem propria-

sitam ab Alberto minime discedentes, q̄ ille terminus argumentatio est subiectum in logica : probatur hoc per primitates assignatas.

¶ Secunda conclusio: hoc nomē uniuersale est subiectū huius libri: quā eadē uia pbabis sicut in principio huius questionis probatū est. Item quia hoc nomē prædicabile non potest ēē subiectū cū sit ppria passio ipsius uniuersalis, tēste Cōment. & nō uidetur quid aliud sit nisi uniuersale: igitur. Et sic est finishulus questionis.

### Secunda quēstio præcursoria.

#### De qualitate dialectices penes practicum & speculatiuum.

**Q** Via principalis nodus & difficultas huius questionis consistit in cōsideratione practici & speculatiū, more solito secundum tres famosas opiniones illud aperiemus: & sic tota questio tribus articulis absolvetur, ubi apponemus in unaquaq; uia multa que a proposito non erunt aliena.

¶ Sequaces igitur sancti Thome (ut uidetur habere Heraclius Brito quolibet primo, q. i. & q. iiij. quem imitatur Pleriq; Thomistarum) sic in uirtute diffiniunt praxim. Est operatio agentis per intellectum aut uolūtatem a uolūtate obiective uolita, & ab intellectu & uolūtate effectiue causata inclusa per se in obiecto intellectus practici, in qua diffinitione quatuor ponuntur requisita ad rationem praxis. Primum est, quod sit operatio agentis per intellectum & uolūtatem, quod requisitū probatur autoritate Commentatoris, inquit enim: Praxis esse operationem intellectus secundum electionem, sed electio est habētis intellectum & uolūtatem, igitur. Secundum est, q̄ sit obiective uolita a uolūtate. Pro quo aduerte quod operatio presertim uoluntatis potest se habere in ordine ad ipsam ueluti actus quo mediante aliquid uult, & hoc modo non oportet quod uolūtio sit semper uolita: nam sic abeundum esset in infinitum in talibus uolitionibus. Alio modo se potest habere ueluti obiectum terminans actum ipsius uoluntatis, ut a mare deum potest esse actus ab intellectu dictatus & a uolūtate imperatus, sic ipsamet uoluntatis actio est terminus imperij uoluntatis: amare enim ad uoluntatem pertinet, istud ergo amare deum sic imperatum, est actus qui habet se ad uoluntatem obiective, & in quantum sic, proprius est in nostra uoluntate, quam si esset actus ellicitus: quia actus in quantum ellicitus non est uolitus in rigore, & sic cum illud sit in nostra potestate proprie quod est uolitum, placet in his talem appellare praxim. Hec eadem conditio suadere potest ex eodem principio Commentatoris. Nam si praxis est secundum electionem, ut dictum est, presupponit ipsam electionem: & si quodammodo imperatur ab electione, uidetur quod sit operatio uolita.

¶ Tertium quod requiritur est, talem operationem effectiue produci ab intellectu & uolūtate: nam praxis

presupponit electionem ut dictum est, electio autem liberum arbitrium: sed liberum arbitrium est quo possumus actiue in aliquem actum uel eius oppositum contrarie uel contradictrorie, igitur producitur a libero arbitrio, sed liberum arbitrium includit uoluntatem & intellectum, ergo producitur ab utraque potentia: sed quod electio utraque potentiam presupponat, ex hac uia facile patet: quia ponit electionem non tantum ad uoluntatem pertinere, ut habet Scotus: sed ad intellectum & uoluntatem.

¶ Quartū requisitū est: quod praxis includatur per se in obiecto intellectus practici. Cuius declaratio patet potest ex probatione que sic habetur apud Heraclium prefato loco. Scientia dicitur practica ab obiecto intellectus, & scientia dicitur practica a praxi, ergo praxis includitur in obiecto intellectus. Rursus quia aut scientia dicitur practica: quia attingit suum obiectum mediante actu elicito: aut mediante imperato: non primum, quia tunc omnis scientia posset dici practica, cum possit attingere suum finem mediante actu elicito. Si secundum, debet cognoscere obiectum cum tali actu imperato. Probo consequentiam: quia eo modo debet cognosci: quomodo obiectum per uoluntatem debet attingi: nunquam enim dicitat cognitio practica de suo obiecto absolute, sed prout obiectum debet operatione attingi: ut deus est diligendus, pauperi est subueniendum. Sed quando dicatur intellectus practicus, respondent isti quod habitus erit practicus, quamdiu inclinat ad cognoscendum aliquem actum: & ipsum esse effectiue causandum: concurrente tamen ipsa uoluntate: non quidem ad causandum ipsum elicitiue, sed obiective, ut dictum est, ut quando intellectus habet inclinationem ad dictandum & cognoscendum amorem dei esse amandum & prosequendum.

¶ Ex qua diffinitione & eius declaratione in fero corollarie, quod ad hoc quod aliqua sit cognitio practica, oportet quod dicitur de aliqua operatione presupponente actum uoluntatis & intellectus, quod conuenit cum prima particula diffinitionis quam declarabimus ex Scoto. Ex mente igitur istorum pono hanc probabilem conclusionem ad questionem responsuam. Scientia dialectica habitualis est scientia speculativa. Conclusio patet: quia non inclinat intellectum in aliquod opus necessario presupponens electionem eo modo quo dictum est: quare non inclinat in praxim, quare non est practica: & sic erit speculativa. Probari poterit etiam hoc ex philosopho sexto Ethicorum qui distinguens practicum & speculativum, distinguit ipsa ex parte obiecti, quare si in praxim non inclinat, non est practica. Itē tertio de aīa assignat philosophus obiectū scītiae practice esse bonum & non quomodocunq; sed bonum agibile: sed dialectica de nullo tali considerat, ergo non est practica nec partim practica: inclinat igitur habitus dialecticus in speculacionē, & mediante tali elicit speculari: nec obstat quod doceat formare sillogismos & enthymemata, quia formare sillogismos actus est intellectus. Nec

necessario

necessario prærequirit uoluntatis actum, quare speculativa est, at p; hoc sit de tali opinione.

## Opinio Scoti.

¶ Scotus tenere habet, quod ad hoc quod aliqua dicatur practica scientia, oportet quod dirigat in operatio- nē alterius potentie ab intellectu. Praxis n. ab eo sic dif- finitur in prologo sententiarum. Est actus alterius po- tentie ab intellectu, naturaliter posterior ipsa intellec- tione, natus conformiter elici rationi recte ad hoc ut rectus sit. In qua definitione tria ponuntur requisita ad hoc quod aliquis actus dicatur praxis. Primum requi- situm est quod sit operatio alterius potentie quam sit intellectus: quod probatur illo disto communi Aristote- lis tertio de anima. Intellectus sola extensione fit pra- eticus: oportet ergo quod se extendat intellectus ad hoc quod sit practicus, sed non se extendit nisi extra se tēdat, nec extra se tēdit propriè nisi respiciat actus alterius poten- tie. igitur, Nec sufficit, inquit Scotus, quod dirigat in- tellectus seipsum ad alium actum, quia licet intellectus mediante habitu dialektico dirigat se ad discursus fillo- gisticos formandos: non tamen ille actus est practicus: nec illa operatio est praxis: quia illa non extra se ten- dit intellectus: & sic fatetur ibi expresse Scotus dialekti- cam esse mere speculatiuam. Secundum requisitum est: quod sit naturaliter posterior ipsa intellecione, hoc est q; presupponat ipsam intellectus cognitionem: quare actus potentie vegetatiuæ non erunt praxis, quia dictamen in- tellectus non presupponunt tanquam regulam. Similiter nec actus appetitus sensitui quatenus precedunt actum intellectus sunt praxis: quia non habent illum respe- ctum posterioritatis, dicit quatenus precedunt intellectus, uel quatenus ipsum intellectum non presupponūt, quia hoc modo sunt nobis communes & brutis: secus ta- men est si accipiatur ut imperatur a uoluntate: & diri- guntur ab intellectu: potest enim per intellectum uoluntas eos moderare & cohíbere, ut constat. Ex quo infert Sco- tus quod solus actus elicitus uel imperatus ipsius uolun- tatis potest dici praxis: quia omnis talis cum sit liber pre- supponit actum intellectus: eo quod uoluntas non uult seu imperat nisi cognitione supposita, non enim est ali- quis actus aliarum potentiarum qui secundū se uel sibi si- milē specie non possit produci ante actum intellectus, ut patet si discurras per omnes. Ex hac declaratione po- test descendī secundum Scotum ad probationem huius re- quisiti, cuius probationis uirtus in his uerbis consistit. Omnis praxis est actus qui est in potestate cognoscen- tis, sed nulla operatio que sit alterius potentie ab intel- lectu est in potestate cognoscētis, nisi illa que est na- turaliter posterior ipsa intellecione: ergo omnis pra- xis naturaliter est posterior ipsa intellecione. Discur- sus est clarus, & conclusio est assumptum requisitum: & minor est clara: quia est corollarium iam probatum: Sed probatur maior ex Philosopho sexto Ethicorum, in- quitenim, quod artifex indiget uirtute uel arte ad re-

ete agendum. Ex qua autoritate iterum arguit Scotus ad probationem majoris: nemo indiget uirtute illorum que non sunt in potestate sua, ut patet intuiti, sed artifex indiget uirtute respectu eius quod debet fieri ab eo, ut habet prefata autoritas, ergo illud tale est in sua potestate. Tunc ultra: sed prudens est uerus ar- tifex, ergo prudens habet suam operationem qua stu- diosus fit in sua potestate, & nihil est in sua potesta- te preter actus ellicitos uel imperatos qui solum natura liter sunt posteriores ipsa intellecione, ergo assumpta conditio uera.

¶ Tertium requisitum est, q; sit natus eliciti conformiter rationi recte, hoc deduci potest ex probatione precedentis requisiticum adiutorio primi corollarij prime conditio- nis sic, non est praxis aliquis actus nisi elicitus uel im- peratus a uoluntate: sed omnis talis actus si rectus de- bet esse, prærequirit rationem rectam ad quam confor- miter elicatur: ergo praxis presupponit rationem rectā tanquam regulam: consequentia est nota: maior iam pro- bata, sed minor ostenditur ex Augustino. xv. de trinitate cap. vii. inquit enim q; intellectus intelligit sibi & alijs, er- go sicut est regula respectu sui actus, ita etiam respectu actuum potentiarum ipsam presupponentium, quare si recti sunt, oportet quod illi conformatur. Ex hoc infert Scotus, quod actus elicitus est primo praxis, & ac- tus imperatus est secundario praxis: hoc patet: quia co- modo est praxis actus aliquis quo est posterior intellec- tione, sed actus elicitus cum presupponatur ab impe- rato est primo posterior ipsa intellecione quam sit actus imperatus: igitur.

¶ Ulterius declarat Scotus quomodo scientia practica extendat se ad praxim, & dicit quod talis extensio que est sicut regula & regulatum, consistit in duplice respe- ctu uel relatione aptitudinali, prioritatis scilicet & con- formitatis. De prioritate patet per illam autoritatem citatam: ex qua ellicebatur quod electio recta presup- ponit rationem rectam. De conformitate etiam clarum est, quia communiter conceditur notiam practicam ex- tendi ad praxim ueluti directuum ad directum: ut az- mor proximi eo bonus est, si est bonus p; quia con- formatur & regulatur huic dictamini pratico uero proximus est diligendus. Declarat insuper Scotus qua- re isti debeant esse aptitudinales respectus, & dicit ex eo esse, quia non oportet quod ad hoc quod aliqua cognitio uel scientia sit practica quod sint praxes i- pse actu posteriores ipso habitu: nec per consequens quod sint tales actualiter ipsi noticie practice con- formes, quia tunc nulla scientia esset necessario practica sed modo esset practica quando sunt actus ei conformes, & postea definit esse practica aribus rectis desinenti- bus esse quod uidetur ridiculum.

Ex quibus sequitur, quod practicum & speculatiuam non sunt differentiae essentiales scientiæ uel noticie, cum dicunt respectus, & ipsa scientia & notitia sint quedam absoluta; eo quod nullus respectus est de essen- tia absoluta.

### TERTIA QVAESTIO

**S**equitur etiam quod diuisio in qua diuiduntur scientie in practicum & speculatum est diuisio generis in proprias passiones specierum, ut si diuidas animal in risibile uel hinnibile uel rudibile &c. uel numerus in par & impar, & linea in rectam & curuam.

**S**equitur tertio: quod haec predicationes. a. scientia est practica, & similes, ubi predicatur aliquid istorum predicatorum: pertinebit ad secundum modum psemitatis: quia si necessario competit illud predicatum subiecto, & non est de essentia eius, habebit se uelut proprium: & sic dicit Scotus, quod illa predicatione oritur ex causa intrinseca.

**S**equitur quarto, quod speculatum dicit negationem horum duorum respectuum, & sic speculationi dabitur opposita diffinitio, unde eius diffinitio erit haec. Complexa intellectus operatio ad nihil aliud quam ad intellectionem ordinata: ut assensus huius: omnis triangulus habet tres angulos.

**S**equitur ultimo: quod actus uel habitus intellectus & nullius alterius potentie potest proprio dici practicus.

**A**d questionem igitur respondetur, quod scientia dialectica est mere speculativa. Conclusio patet, cum non sit practica, ut constat ex diffinitione praxis & conditionibus precedentibus. Hanc conclusionem non impugno: quia multa moralia intempestive hic interserentur quod non est nostri instituti, sat enim est scire quid autor senserit: sed si hanc uelis opinionem tutari, adverte, ut idem Scotus notat, hoc nomen praxis nunc accipi pro qualunque operatione, siue libera sit, siue non: & haec est largissima acceptio. Alio modo pro operatione existente in libera hominis potestate: & sic actus intellectus large potest dici praxis. Alio modo ut definita est: nec huius multiplicitatis ipse fuit primus invenitor. Commentator enim super primo Ethicorum licet cum Scoto non omnino conueniat, totidem membrum huius vocabuli ponit. Sed de Scota sententia haec tenuis.

**A**lia est opinio que Commentatori tribuitur: cui suffragari uidetur Petrus Aureoli, tenens logicam esse practicam. Sed quia eorum rationes sunt debiles & procedunt semper in equivoco, missam facio positionem hanc, ad nominales me conferens.

**Q**ui per proximam intelligent operationem que est in potestate liberi agentis: & sic practica scientia secundum eos erit ea que dirigit in operationem: & que est in potestate nostra, quod fiat uel non fiat, siue sit operatio alterius potentie ab intellectu, siue non conformiter ad Commentatorem, qui in Ethicis ponet acceptiones huius termini praxis, intentio & propria acceptione accipit, ut isti accipiunt.

**S**it ergo ex mente eorum haec conclusio. Quod dialectica scientia est partim practica, partim speculativa. Conclusio patet: quia in quantum docet formare sillogismos, & docet diuidere, & diffinire; dirigit in operationes que sunt in potestate uoluntatis. Nam sillogizamus

cum uolumus & diffinimus cum uolumus, ergo in quantum talis est practica, quia dirigit in operationem que est in potestate uoluntatis: sed quod sit speculativa in parte. probatio: quia ipsa includit multos assensus scientiales: qui concluduntur, & de quibus habemus scientias in libro praedicabilium, & posteriorum: Quiquidem assensus naturaliter causantur, & non libere: atque hoc de hac secunda questione iuxta omnes vias.

#### Tertia questio praecursoria.

**Q**via autor huius libri in omnibus diffinitionibus quas signat uniuscuiusque universalis, ponit hoc uocabulum praedicari uel in quid uel in quae non abs re erit, ne per ignora procedamus, aliquid de praedicationibus designare: que questio (ni me falsit opinio) non est multum difficultis in opinionum varietate: cum fecerit idem sentiant reales & nominales, praeter hoc quod diuersimode loquuntur de his que subiiciuntur & praedicantur. Nominales enim nominibus tribuunt principaliter subiecti & praedicationem ob quod nominales dicti sunt: hoc tamen non quomodo cunq; sed pro rebus tentis: iuxta illud Aristoteles in libro Elechorum, quia res ad scholas ducere non possumus: utimur terminis pro rebus. Adducere etiam possunt & se illud quod Aristoteles assertit in antepredicamentis: uidelicet Eorum que dicuntur, quedam cum complexione, quedam sine complexione, Vbi Aristoteles loquens de praedicationibus, inquit illis competere, que cum complexione & sine complexione dicuntur, modo haec passio quod est esse complexum uel incomplexum terminorum est. Reales uero, & si concedant terminos proprii subiici, & praedicari, non tamen primario & per se, sed ratione quorum ponuntur in praedicamento, & non quomodo cunq; sed secundum esse cognitum quod habent in intellectu. Adducentes per se multis passus Aristotelis, ut illud dictum antepredicamentorum. Eorum que sunt, quedam praedicantur de subiecto. Vbi Aristoteles praedicationem rebus attribuit. Item quia illa proprii praedicantur que proprii ponuntur in praedicamento, sed res ponuntur proprie in praedicamento, ergo res praedicantur: minor potest probari ex Aristotele in praedicamentis ubi proprietates praedicamentorum rebus attribuit. Item quia illa praedicantur & subiiciuntur quibus contingit esse uniuersale uel singulare, sed rebus competit hoc, ut patet ex ipso Aristotele primo Periherme dicentis. Res quedam sunt uniuersales &c. Has omnes autoritates uel rationes facile uel mediocriter eruditus in utraq; via dissoluet: quare in hoc non amplius trahendo, hoc solo contentus discrepantium harum opinionum ostendisse.

**P**artietur ergo questio in tres breues articulos. In primo dicemus membra & diffinitiones praedicationum. In secundo agitabimus per ordinem nonnullis difficillimis argumentis diffinitiones datas. In tertio dubia mouebimus & absoluemus.

**P**Logicis huius temporis predicationem capiunt, ut convertatur cum cathegorica propositione. Cathegorica enim praedicativa propositio sonat ab agoreo sive agoreuo uero gr̄co quod est predico, occasione sumentes (ut reor) ab illa diuisione autoris summularum, qui postquam difiniuit quid sit cathegorica propositio, indicauit triplicem esse materiam propositionis, naturalem, & contingentem, & remotam, quasi alludens ad quandam Aristotelis diuisionem in praedicamentis, de qua in inferius.

**S**i ergo diffinitio propositionis cathegoriae, quae simplex enunciatio apud Aristotelem dicitur praedicationis sic adaptatur. Est enunciatio in qua aliquid dicitur de aliquo, uel aliquid ab aliquo remouetur. Per quam divisionem inclusit Aristoteles in prefata diffinitione negatiuas & affirmatiuas, utrēq; enim sunt praedications. Per hoc quod dicit aliquid & ab aliquo, ostendit quod prædicatum debet esse terminus simplex, & non plures, ut in hypotheticis propositionibus, Ex qua diffinitione si uis hanc poteris colligere clariorem diffinitionem prædicationis, scilicet. Prædicatio est enunciatio in qua alterum extreum tanquam pars principialis de altero extremo tanquam de parte principali prædicatur. Quae diffinitio clarior est q̄ quae expositione cgeat.

**D**ividitur nunc prædicatio prima & ordinata diuisione in idēpticam & non idēpticam, & ulterius nō idem p̄tca, in disparatam & non disparatam, que iterum subdividitur in essentialē & accidentale, & utraque istarum diuiditur in prædicationem indirectam & directam. Et si uolumus iterum diuidere directam (ut cuidam Parisiensi placet) diuidetur in prædicationem directam tanquam directam, & directam tanquam indirectam. In qua diuisione, ut omnis facessat calumnia, membra harū diuisionum quae datur per negationem accipias illa loco terminorum incomplexorum, supponentium pro omni illo pro quo non supponit aliud membrum diuidens. Sed iam diffinitiones membrorum ordine supraposito aggrediendum est.

**P**rädicatio idēpticā est illa in qua prædicatur synonimū de synonimo secundum significationem secundum quam sunt synonima, ut Plato est Plato, homo est homo. Additur in diffinitione illud additum propter hanc, ly homo est homo, subiecto tēto materialiter, & prædicato personaliter, non idēpticā opposito modo diffinies.

**P**rädicatio disparata est in qua prædicatur disparati de disparato, & terminos disparatos appellant, qui de se inuicem non possunt uere affirmari exclusa ampliatione, quod intelligendum puto tam intrinseca q̄ extrinseca, quantum est ex parte sua significationis. Vnde licet ex parte acceptiois aliqui termini possint uerificari de subiecto, non subinde sequetur illos non esse disparatos. Quo fit hanc esse disparatam prædicationem, album est nigrum, & has non esse disparatas, chimera est chimera, sortes omnis homo est: fitetiam ut h̄c sit disparata prædicatio, homo est mortuus: quia sine ampliatio in trinseca uel extrinseca non possunt competere uni & ei-

dem rei, nec sibi inuicem competit: sed de hoc inseritus dicetur longiuscule. Fit etiam imperitens esse ad prædicationem disparatam propositionem esse falsam uel ueram.

**P**rädicatio essentialis sic diffinitur a communiter loquenteribus. Est prædicatio in qua nullum extremon connotat extrinsece supra reliquum: uel si connotat, connotatio unius est superior ad connotationem alterius. Primum membrum ponunt propter essentiales prædicamenti substantie. Secundum propter essentiales aliorum prædicamentorum accidentium. Exemplum primi: ut homo est animal. Exemplum secundi: ut album est coloratum: & earum cōuertentes quae etiam sunt essentiales: sed hec diffinitio ultra hoc q̄ parum explicat diffinitum: eo q̄ per negationem datur, quod Aristoteles uerat. vi. Top. aduersatur menti antiquorum. Nullus enim antiquorum cōcedet h̄c esse essentialē, animal est homo: ut ex Cōmentatore mō strabimus: Ergo prædicatio essentialis erit in qua prædicatum est de essentia subiecti, hoc enim sonat uis uocabuli: atq; hoc modo fere superfuent essentiales prædications & directe. Sed loquamus ut plures, secundum quos prædicatio essentialis in plus se habet q̄ prædicatio quidditatua: ut patet de hac: homo est rationalis, que est essentialis & non quidditatua, quia ad quidditatua requiritur q̄ prædicatum non connotet, uel si connotet, formale significatum unius, sit superius ad formale significatum alterius: sed essentialis potest fieri ex connotatio in intrinseca & absoluto: ex quo patet diffinitio clara prædicationis quidditatua: que sic habet. Est illa in qua prædicatum nullo modo connotat supra subiectum: uel si connotat, connotatio unius est superior ad connotationem alterius.

**P**rädicatio accidentalis est illa, in qua aliquid extremon connotat extrinsece supra reliquum, & connotatio unius non est superior ad connotationem alterius. Per primam particulam includuntur ista: homo est sapiens, homo est bonus: & similes. Per secundam particulam excluduntur ista & similes: album est coloratum: pater est relatum: per primam etiam excluduntur ista: homo est rationalis: capiendo ly rationale ut connotet animam rationale, sed quid sit connotare extrinseca ex terminis euadet notum. Quando audis p̄ in hac prædicatione, album est coloratum: & similes, prædicatum connotat extrinsece supra subiectum, intellige supra materiale subiecti.

**P**rädicatio directa est in qua prædicatur superius de suo inferiori, uel connotatiuum de absoluto, uel eque connotatiuum de eque connotatiuo, uel magis de minus: dī modo id quod minus uel eque connotat non sit superius ad id quod magis connotat: Prima particula comprehendit hanc, homo est animal & sibi similes: secunda includit hanc: homo est rationalis: homo est albus: tertia comprehendit hanc: album est dulce: quarta comprehendit hanc: album est coenans. Per limitationem ultimo loco positā, excluduntur ista & similes: comedens est coenans, in qua licet prædicatur magis connotatiuum de minus connotatio, est tamen inferius magis connotatiuum. Qo fit ut

non sit idem in connotatiis terminis esse superiorē & esse magis connotatiū, immo habent se quodāmodo in pertinenter: sed qualis requiritur superioritas, dic ad præsens q. in significando. Ad hoc autem q. unus terminus dicitur magis connotatiū q. alias requiritur & sufficit q. connotet plura copulatiū q. alias: & æque distincte: ut iste terminus cœnans respectu istius termini comedēs, dicitur copulatiū non sine ratione: quia cum terminus cōnotatiū ad sui suppositionem in quantum talis requiriat significatiū formale conuenire materiali, sic merito terminus magis connotatiū dicitur, qui plura significata formalia competere denotat suo materiali ad suppositionem, quod uidetur habere terminus cōnotans copulatiū & non disjunctiū. Dicitur distincte, quia non sufficit cōfuse: unde si ly A. imponatur ad significandū albedinem & motum: & ly B. ad significandū albedinem & cursum, non dicitur ly B. magis connotatiū: quanquam confusē uideatur importare id quod importat ly motus & cum hoc uelocitatem. Sed in quo stet superioritas unius termini ad aliū: dico breuiter in hoc stare, q. terminus supponens pro significato formalī superioris sit superior ad terminum significatiū signif. catū formale inferioris: ut color & albedo in his terminis coloratum & album.

**P**redicatio indirecta est, in qua predicatur inferius de suo superiori: uel absolutum de connotatiū, uel minus connotatiū de magis connotatiū: modo connotatio minus connotatiū non sit superior ad connotationē magis connotatiū. Exempla sunt clara, & iam posita in diffinitione prædicationis directe. In his diffinitionibus semper intellige genus, scilicet predicatio non disparata nec idemptica: quod breuitatis causa subticeo.

**E**x sano intellectu harum duarum diffinitionum, sequitur quod si aliqua est prædicatio indirecta, cōuertē illius est directa. Corollarium est clarum, quia per conuerſionē incidit in oppositas conditiones: non tamen oportet q. si aliqua sit directa, q. conuertens eius sit indirecta: ut patet de hac: album est dulce: quam si conuerteris, semper prædicatur æque connotatiū de æque connotatiū: ratio huius diuersitatis est: quia prædicatio directa abundat hoc membro, scilicet prædicari æque connotatiū de æque connotatiū supra indirectam. Sed si fuerit prædicatio directa propter aliquā diarum conditionum, par ratio est quod ex conuertente directe fiat indirecta: sicut ex cōuertente indirecta consurgat directa: ut intuenti patet.

**S**ed quia conditiones harum duarū diffinitionum solēt aliquando misceriū una & eadem prædicatione, quidam Venerandus Parisiensis subdiuisit directam in directam simpliciter, que appellatur tanquam directa: & in prædicationem directam tanq. indirectam sive mixtā: & tūc dicitur q. est directa simplex: quando ratione alicuius conditionis positae in diffinitione prædicationis directe est directa, & nō habet ad mixtam conditionem prædicationis indirecte: ut haec prædicatio: homo est animal & similes: cum autem contrario modo sit, tunc censetur directa tanquam indirecta: ut risibile est animal: que eo q. prædicatur superius de inferiori, directa potest appellari: & quia

predicatur absolutum de cōnotatiū non erit directa simpliciter: sed tanq. indirecta: & licet ad nomē sit hæc distinctione, nō tamen caret utilitate: iuuat enim ut sciamus q. nō quelibet prædicatio directa sufficit ad generis nec speciei prædicationem: ut postea uidebimus.

\* Solet assignari (sicut in materia propositionum) in materia hac prædicationū triplex interrogatiū: que, qualis, quantā. Ad interrogationem factam per que, solēt respondere cōmunes per directam uel indirectam: ad qualis, per essentialē uel accidentalē: ad quantā, per quidditatē uam & non quidditatū: crediderim tamen prepostero ordine id fieri. Nam cum prædicatio directa uel indirecta non consurgat ex determinata materia propositionū, sed accipiuntur & uerſentur potius circa modū prædicationis q. circa substantiam (manēt enim eadem substantia propositionis: mutatur prædicatio de directa in indirectā & econtra) potius cum ly qualis sit interrogatiū accidētis, ad qualis debuisset adaptari responsio per directā & indirectā: & non ad questionē per que: cum, que, que rat substantiam, ergo ad questionē que: potius responderē ego per essentialē & accidentalē, & ad questionē qualis indirectam uel directam: sed loquere tu, ut plures.

¶ Si uero quis dubitet cum prædicatio hic capiatur tam communiter sicut propositio categorica, quomodo diuersimode diuersificatū considerationes elementarij logie & magni in hoc tractatus?

¶ Respondeo dupliciter posse considerari propositio: uno modo quo ad res significatas a quibus ueritas & falsitas in ipsa propositione pendet, & secundum hanc considerationem considerat de propositione elementarius logicus. Alio modo potest considerari secundum extremorum habitudinem, & hoc modo consideratur in presenti opere: & hec de primo articulo.

### Secundus Articulus.

¶ Nunc impugnanda sunt (ut pollicitum) singula mēbra diffinitionum: & primo contra diffinitionem prædicationis idemptica sic arguitur: sequeretur q. ista esset idēptica: mortuum est mortuum: sed consequens est falsum. igitur: sequela est nota ex diffinitione: probo falsitatem cōsequentiis: potest uere negari de subiecto ipso supponente, ergo non est idemptica: probatur antecedens in casu q. Adam resurgat: quia bene sequitur: Adam nō est mortuū, & Adam est uel fuit mortuū: ergo mortuum nō est mortuum: consequentia est expositoria in tertia figura, & antecedens est uerum, ergo & consequens.

¶ Secundo sic: hæc est prædicatio idemptica: Sortes est sortes uel Plato, tamen nō predicatur synonimū de synoni mo: ergo solutio est nulla, consequētia est nota cum minori: sed probatur maior: una pars illius disiuncti facit prædicationem synonimam cum subiecto: ergo & totū disiunctum: consequentia est bona per locum a similitudine: nā si ad uerificādum talem propositionem sufficit quod una pars disiuncti supponat, & conueniat subiecto: ergo ad constituendam talem prædicationem. Si negaueris simili-

tudinem, sic arguo: sequeretur q. hæc predication, Sortes est sortes uel sortes: non esset idemptica quod est falsum: sequella probatur: quia qua ratione excludis aliam debes hanc excludere.

Tertio sic: sequeretur q. hæc propositio homo est huma nitas esset idemptica: sed consequens est falsum: ergo et antecedens: q. sequatur patet cu conueniat diffinitio: quia cum illi termini sint sicut denominatiu et denominans et non differunt nisi in uoce tantum in terminatione: se quitur q. sunt synonima in significatione (procedo secundum nominales) sed iam probo falsitatem consequentis: de aliquo uerificatur ly homo de quo non uerificatur ly humanitas et ecōtra: ergo no sunt synonimi: antecedens probatur de filio dei: uerū est dicere q. sit homo, tamen fal sum est dicere q. sit humanitas: similiter de eiusdē humani tate uerificatur ly humanitas et non ly homo. igitur.

Quarto sic: in hac predicatione: iste homo iste homo est: per primum pronomen demonstrando sortem: per secundum Platonicū: predicatur synonimum de synonimo: et tamen non est idemptica: igitur: minor est nota: cum illa huic æquualeat, sortes est Plato: quæ nequit esse uera: sed iam probo maiorem: quid ubi nullum pronomen demonstrativum fiat pars extremi subiectum et predicatum sunt termini synonimi: et si fiat, eodem modo nec ualeat recursus ad acceptancem dicendo: quod si considerantur termini ex parte acceptancei non sunt synonimi quod sufficit: quia iam diximus diffinitionem predicationis idempticæ debere intelligi de significatione et non de acceptance, alias enim hæc predication non esset idemptica: homo omnis homo est: quod si argumenti gratia concesseris illam esse idempticam: sequitur q. dabuntur due propositiones æquivalentes in cōsequēdo, et una esset idemptica et alia non, sed disparata quod inconuenit.

### Contra secundum membrum.

Arguitur primo sic: sequeretur q. hæc esset predication disparata, homo est differens ab homine: consequens est falsum: igitur, sequella est nota: cu ibi predicitur disparata de disparato, scilicet differens ab hoie de ly homo: sed minor probatur: hæc predication, homo est ab homine differens non est disparata: ergo nec alia: antecedens est notum, sed consequentia probatur: quia illi duo termini sunt synonimi: ergo si unius non constituit predicationem disparatam respectu unius tertij, ergo nec aliis: cum de similibus idem sit iuditium. Sed q. sunt synonimi patet: nam illi duo termini sunt complexi, et componuntur aequaliter ex partibus synonimis, ut constat, ergo illi sunt synonimi: antecedens est notum: cu no sit differētia inter partium synonimitatem et ipsa tota cōplexa: si recurras (ut uidetur recurrēdum esse) ad modū unionis quem illæ partes habent qui est diuersus in ambobus, et neges hanc ultimam consequentiam dando analogiam in his: fortius animali et animali fortius, ubi est simili distributio sicut in alijs duobus: et de his etiam: Animal omnis homo est et omnis homo est animal: ubi modus unionis obstat si non imitati illorum complexorum: esto q. partes illorum sint synonime. Cōtra, ille modus unionis non variat ueri

tatem nec falsitatem propositionis in illa propositione in argumento assumpta, ergo discrimen est nullum: antecedens patet, sicut illa in qua præcedit ille ablatiuus est uera ita et alia. igitur: probo antecedens, et facto prius ascensu, ut debet fieri sub subiecto. Arguo sic, probando illam ueram ex parte predicati: bene sequitur: sortes est differens ab isto homine uel ab isto homine: per primum pronomen demonstrando Platonem et sic de reliquis: ergo sortes differt ab homine: consequentia est bona: quia licet ly homine sit determinatio unica et distribuatur, bene permittitur ascensus disjunctus: sed probo antecedens: iste homo differt ab isto homine: ergo ab isto homine uel ab isto homine: consequentia est bona a parte disjuncti ad totum, sed antecedens est uerum si per predicatum demonstrarem Platonem, ergo et consequens.

Secundo sic, imponatur istud elementum a. ad significandum se cōnotando q. sit predicatum huius propositionis, hoc est a. cuius contradictorium, uidelicet, hoc non est a. sequitur ex ista propositione a. significat iuxta impositionem ne facta, sic ut totum hoc sit cōnotatio, quo facto, assumo hanc propositionem a. significat iuxta impositionem factam, de qua sic argumentor, illa prædicatio est disparata: tamen prædicatum non potest conuenire subiecto, ergo diffinitio est mala, maior est nota: cum illa proposition sit uera et affirmativa: sed minor probatur: quia da oppositum: predicatum competit subiecto, et non habet reflectionem supra suam ueritatem, ergo illa est uera, tūc sic: bene sequitur: hoc habet significationem iuxta impositionem factam, ergo a. non est a. probo consequenti. in primum impositionis, et semper demonstrando per illud pronomen illud elementum a. et antecedens est uerum, ergo et consequens. Ultra a. non est a. ergo a. non est significans se. et c. probo consequenti. in a. synonimis: quare sequitur contradictione q. a. est significans et non significans: et hoc ex negatione minoris: quare intentu. Alia uia deducitur hæc consequentia est bona a. habet significationem iuxta impositionem factam, ergo non est a. ut probauimus ex impositione, ergo oppositum consequentis repugnat antecedenti, sed oppositum consequentis uidelicet a. est a. est uerum cum in illo sicut uis consequentie a. teconcessere, quia ex hoc q. est a. contradictorium eius sequitur ad hanc. a. si significat iuxta impositionem quod siebat in prefata consequentia. Ultra, antecedens et oppositum consequentis repugnant et oppositum consequentis est uerum, ergo antecedens est falsum, uidelicet. a. significat iuxta impositionem factam, ergo quomodo conueniebat predicatum subiecto?

Tertio sic: imponatur ly a. ad significandum se, cōnotando q. no est aliquid si uerificatur de se: quo habito, hæc est predication disparata: hoc est a. demonstrando per primum oppositum, predicatum posset competere subiecto, ergo diffinitio est mala: consequentia est nota et probatur maior. Nam dato opposito, predicatum posset competere subiecto cum res non possint se haberi meliori modo q. modo se habent, si potest competere, competit subiecto, ergo no est a. Consequentia est nota ex impositione: sed iam probo

minorem primæ consequentiæ: quia si cōpetet subiecto, cū res non possunt se habere meliori modo q̄ nunc: ergo non potest competere & sic est disparata cum non poterit uerificari: tunc ultra, ergo hec est uera, hoc est. a. Probo consequiam: quia imposition fuit facta cum conditio ne, & conditio adimpleteur, & per consequens proposi-  
tio est uera, & predicātū cōpetit subiecto, & sic cōpetit & non competit, quod est contradic̄tio.

**P**lura huius generis addidisse ex impositionibus & insolubilibus, nisi compertū habuisse his tricis ingenia potius cōfundi. & sine utili profectu male uexari q̄ libe-  
raliter institui: quare ista sufficient.

**Q**uarto sic: hec est predicationis disparata: pater est fi-  
lius: tentis terminis incomplete: tamen non prædicatur  
disparatum de disparato. igitur. Maior est nota, cum ex  
parte significationis & acceptioñis illi non possint sibi in  
uicem competere: sed probatur minor cum ambo uerifi-  
centur de essentia diuina adhuc sic tentis. quare non sunt  
disparati.

#### Contra diuisionem prædicationis in essentialē & accidentalem.

**A**rguitur primo sic: sequeretur q̄ eadem esset predica-  
tio essentialis & accidentalis adhuc in eodem sensu, con-  
sequens apparet falsum: igitur. Sed probo sequellam: ca-  
pio hanc predicationem, homo est animal rationale le-  
gens, que non habet nisi unum sensum, illa est essentialis,  
quia unum extremorum connotat intrinsece supra reli-  
quum, quia ly rationale connotat animam rationalē, er-  
go est essentialis: sed secunda pars probatur. Prædicatum  
connotat extrinsece & subiectum non est terminus con-  
notatiuus sibi inferior cum sit absolutus, ergo illa est ac-  
cidentalis. Si dicas q̄ ad hoc q̄ aliqua predicationis sit essen-  
tialis, non sat est quod ex significatione partiali unum ex-  
tremorum connotet intrinsece supra reliquum, sed opora-  
tet q̄ ex significatione totali. Contra hoc arguitur: seque-  
retur quod hec non esset essentialis, homo est qualis: con-  
sequens est falsum, igitur. Sequella est nota, cum ly qualis  
de significatione totali non connotet intrinsece, ut notum  
est de se: & consequentis falsitas est nota: quia hec est es-  
sentialis, homo est rationalis: ergo ista homo est qualis.  
probo consequiam: quia ly rationale est terminus præ-  
dicamentaliter inferior ad ly quale, quare si essentialiter  
dicitur de predicato, essentialiter dicitur de subiecto, per  
regulam antepredicamentalem. Si negaueris sequellā &  
dederis pro discrimine, q̄ prædicatum primæ predicationis assumptæ sine disunctione importabat duas connota-  
tiones, & ly qualis importat sub disunctione quadā qua-  
le esse essentialē & accidentale, sequitur q̄ propter candē ra-  
tionem debes concedere illam esse predicationem acciden-  
talem, & sic reddit in pedibus difficultas, eo quod in si-  
gnificatione totali extrellum qd̄ est prædicatum cōnotat  
intrinsece.

**S**ecundo sic, sequeretur q̄ hec esset accidentalis homo est  
mortuus, consequens est falsum igitur, Sequella probatur  
illa est in materia contingentī, igitur est accidentalis, con-  
sequens uidetur esse bona ab inferiori ad suum superi-

us affirmatiue. ut patet intuenti materias propositionum  
autoris summularum. Sed probo antecedens. Ad hoc q̄ ali-  
qua propositio sit in materia cōtingēti. Requirit & sat  
est q̄ predicātū possit adesse & abesse ipso subiecto sup-  
ponente seclusa ampliatione que prouenit a copula uer-  
bali quam uocant extrinsecam. Sed sic est in proposito ut  
patet materias propositionum callenti, Sed falsitas conse-  
quentis probatur est disparata. ergo non est accidentalis,  
antecedens patet, quia ambo non possunt simul de eodem  
predicari. nam cum ly mortuus dicat corr: unctionem ho-  
minis, non uidetur quomodo sit accidēs respectu eius, ha-  
bitudo enim terminorum ad inuicem non debet p̄sari pe-  
nes hoc q̄ unum de alio prædicetur, nisi penes hoc q̄ am-  
bo de eodem possint predicari uel saltim non repugnant.

#### Contratertium membrum.

**A**rguitur sic, Datur aliqua predicationis non idemptica  
nec disparata, tamen non est directa nec indirecta. ergo  
illa diuisio est insufficiens. antecedens probatur & uolo  
q̄ a conuenientia essentiali que reperitur inter equum &  
hominem (quos suppono inter animalia plus essentialiter  
conuenire) abstrahatur unus conceptus qui appelletur. a.  
Item posito q̄ inter bruta equus et leo plus essentialiter co-  
ueniant q̄ reliqua cum altero ipsorum, abstrahatur aliis  
conceptus illos representans, b. tunc huic prædicationi. a.  
est. b. conuenit diuisum cum non sit idemptica, (non enim  
sunt synonimi ut constat) nec etiam est disparata, cum  
illa propositio sit uera & affirmativa sine ampliatione,  
& tamen non conuenit aliquod membrum diuidens, non  
enim est directa, cum non prædicetur superius de inferio  
ri, nec connotatiuum de absoluto. cum ambo sint absolu-  
ti ac perinde nec magis connotatiuum de minus connota-  
tio, nec æque. Sed q̄ nō sit indirecta patet, si singulas par-  
tes diffinitionis percurras, igitur assumptum.

**S**ecundo sic, hec predicationis sortes est omnis homo. non  
est idemptica nec disparata. & tamen non est directa nec  
indirecta. igitur. maior est nota cum nō sint synonimi ter-  
mini. et talis propositio possit uerificari sine ampliatione,  
Sed q̄ non sit directa ubi maior uidetur esse difficultas  
patet si discurras per partes diffinitionis. (Et supponitur  
semper q̄ ly omnis fiat pars extremi) si dicas q̄ prædicatur  
connotatiuum de absoluto eo q̄ si ly. a. imponatur ad  
significandum aliquid de materiali cōnotando q̄ sit omnis  
homo. ly omnis homo & ly. a. essentialis synonimi, et  
tunc sicut hec esset predicationis directa sortes est. a. ita &  
illa, contra hoc arguitur, si illa predicationis esset directa  
propter illam rationem assignatam, esset alicuius prædia-  
bilis predicationis, Sed non pertinet ad prædicabile que  
est differentia, cum non connotet intrinsece. ergo pertine-  
bit ad prædicabile accidentis (postq̄ prædicatum est termi-  
nus connotatiuus & non est proprium) ultra, ergo præ-  
dicatum pertinet ad prædicamentum qualitatis, & non  
tanq̄ generalissimum nec tanq̄ individuum (ut constat)  
ergo tanq̄ species subalterna sive specialissima, sive ut diffe-  
rentia. Sed consequens est falsum, quia tunc esset uniuersa-  
le. & esset ei dabilis terminus quidditatiae inferior &  
quidditatiae superior quod iterum est falsum. quia maxi-

me esset sibi superior ly. b. si imponatur ad significandum aliquid connotando q. sit omne animal, sed ille non est superior, cum haec consequentia non valeat affirmativa, hoc est. a. ergo hoc est. b. quod opportuisset. Quare nullum potest assignari sibi superiorius quod uidetur mirabile.

¶ Tertio sic. Hec prædicatio omne animal præter Plato nūm est animal. non est idemptica nec disparata cum superior de inferiori predicitur. (supposito q. ly præter Platonē fiat pars subiecti) & tamen non est directa nec indirecta. q. non sit indirecta claret. Sed q. non sit directa patet. quia cum sit affirmativa prædicatum posset competere subiecto. Sed illa prædicatio est impossibilis. ergo non est directa.

¶ Ultimo contra totum processum sic arguitur. Autor sū mularum non posuit nisi tres series propositionum secundum q. triplex est materia. hic ponuntur plures. ergo uel hoc negotiū sup fluit. uel illud est diminutū. uel detur causa tā diuersi pcessus. Item qa si natura lis et essentialis sūt ut uidentur esse idem. hæc esset essentialis homo est risibiliis. cum sit in materia naturali. cuius oppositum dictum est in hoc processu.

#### Dilutio rationum.

¶ Quia prima uirtus respondentis est nosse intellectum & finem arguentis. breuius quo potero omnia hæc arguēta dissoluam declarando simul difficultates. quas præ se feruntur. Per ordinem igitur argumentorum per currentes primum petit hanc difficultatem. an in prædicationibus que debent idemptica censeri. debeat esse synonimitas ex parte acceptiois quam actu habent termini in propositione in qua uniuntur. uel potius ex parte significationis nullo habito respectu ad copulam uerbalem. nec ad aliud sincat hogorema quod non fiat pars extremitati. atq. idem queri poterit in alijs prædicationibus. siue essentiales siue accidentales. Quare pro hac difficultate disoluenda. & multis que argumenta inuoluunt. sint hæc generales propositiones.

¶ Prima est. non requiritur ad prædicationem idempticā q. termini accipiuntur in ea pro eodem supposito. respes tū unionis quam habent in propositione. probatio. quia tunc hæc non esset idemptica. animal erit animal. nec hæc homo fuit homo. eo q. ratione acceptiois quam ibi habet illi termini. pro aliquo possunt supponere termini precedentes copulam. pro quo non sequentes. ut patet callenti ampliationes. Sed consequens est falsum. cum prædicetur synonimū de synonimo. igitur. nec debet alicui uideri difficile. q. non habeatur ratio ad copulam. & ad acceptio nem terminorum. quia cum hic considerentur propositiones q̄tum ad materiam. que sunt extrema & habitudinētorum. eo q. considerantur secundū rationem qua ad prædicamenta deseruiunt & non descriuiat ad prædicamenta acceptio. sed sola significatio fit ut aliena sit consideratio acceptiois in presenti proposito. nam de illa summa rī considerant quia multum facit ad ueritatem & falsitatem. quas nos modo non consideramus. Sit igitur hæc basis & fundamentum totius materie prædicationum. si in prædicatione maneat eadem materia terminorum.

eademq. habitudo. ita q. maneat semper idem prædicatum & idem subiectum (quia hic non loquor de habitudine quam habent in ordine ad copulam) esto q. uaries copulas unitias multaq. sincat hogoremata adiicias. maneat eadem prædicatio. Ratio huius non est alia. nisi prædicamentalis ordo ad quem dirigitur hoc negotium. Quo fit ut ad eandem materiam prædicationum pertinent affirmativa & negativa corūdem extremorum, & eiusdem habitudinis. propositio de præsenti & extrinseco tempore impossibilis & uera. ut fortis est sortes. sortes necessario est sortes. Habes etiam solutionem penultiimi argumenti. quod fit de illa exceptiuā. Fit etiam ut hæc sit prædicatio idemptica. chimera est chimera. nec obstat q. de se ipsis non possint uerificari naturaliter nec supra naturaliter illi duo termini ad hoc q. concludas eos esse disparatos. sed debes in diffinitione dicere & non sunt synonimi. Vnde pulchre quidam Parisiensis in sua secunda parte introductionum prius diuisit terminos in synonimos & non synonimos. postea in disparatos & nō disparatos. quam diuisione imitati sumus nos in presentibus diuisionibus prædicationum. Vel dic. ut dicit Georgius. q. satis est. q. non repugnet ex parte sua significatiois q. possint uerificari. sed prebebis ansam argutijs.

¶ Secunda ppositio. ad hoc q. aliq. prædicatio sit accidentalis. nō satis est q. prædicatu possit uere affirmari de subiecto & uere negari quomodo unicq. mediante copula ampliate intrinseca uel extrinseca. ppositio patet nam alias aliqua prædicatio esset accidentalis cuius nullum extremerum diceret dispositionem uel modum dispositionis respectu rei significante per alterū. Itē quia aliqua esset prædicatio accidentalis cuius nullum extremerū pertineret ad prædicamentorum aliquod accidentium quod est præter Aristote. doctrinam. Dico igitur require & sufficere ad prædicationem accidentalem q. subiecto supponente sine ampliatione possit de illo prædicatum uere negari & affirmari. uel dic sufficere q. non repugnet q. ambo uerificetur de eodem tertio sine quacumq. ampliatione. nec facio hic uim q. ampliatio sit intrinseca uel extrinseca. quia intrinseca ampliatio in uirtute extrinsecam includit. & facit subiectum stare in ordine ad multas differentias temporum. sicut si esset ampliatio proueniens a copula quam isti extrinsecam uocant. Quo fit. ut multe propositiones sint disparate & sint uerae. ubi non est extrinseca ampliatio. ut hæc sortes est mortuus. Adam est præteritus capiendo prædicata illa ampliative. Similiter hæc sortes est corruptus. sortes est generandus. non enim uolo has accidentales nominare. Sed potius disparatas. cum suppositio unius termini (sine ampliatione loquor) excludat suppositionem alterius. nimis enim abusue & præter intentum Aristotelis & antiquorum dicetur. illam prædicationem esse accidentalem. ubi prædicatum non importat dispositionem nec modum dispositionis respectu subiecti. sed potius (ut ita dicam) interimit ipsum. quod bene nota pro dissolutione secundi argumenti facti contra prædicationem essentialē & accidentaleē & pro multis alijs.

¶ Sed quia plena solutio primi argumenti specialiter pen-

TERTIA QVAESTIO

det ex expositione quidominis illius termini mortuum. recensebimus punctum uarias doctorum expositiones elige tes saniorem. & quae paucioribus inconuenientibus ansa prebet, unum tamen est ante omnia notandum, quod uul gus adhuc non ignorat q. ly mortuum potest capi, nem iuulter & participialiter. Participialiter exponitur per uerbum præteriti temporis: sibi correspondentis q. si non habeat secundum regulas grammaticales præteritum, ex plicabitur tamen bene per hoc obiuit mortem. in qua acceptione in sancta Ecclesia cōceditur ista propositio. Christus est mortuus. quæ articulus fidei est: eodem modo dices de ly moriendum quod significat sicut id quod morietur. nec ex hoc putas has equiualeat, Adam est mortuus, Adā fuit mortuus. nam in primo non esse Adam. hæc est uera Adam. est mortuus, hac existente falsa Adam fuit mortuus. Alio modo capitur nominaliter, & communiter accipitur ut æquiualeat huic aggregato. quod uixit & nunc non uiuit. nec ex hac acceptione licet inferre propositiones quæ ab aliquibus ad terrorem simplicium cōtra oēm prorsus concipiendi modum conceduntur. ut q. sortes sit mortuus compluti. propter hoc q. modo non uiuat compluti. & antea uixerit. non enim ualet ly mortuus sicut ly non uiuens ut priuat incolati in uel habitationem aliquo loco. Sed ut priuat existentiam animæ in corpore. quare illa propositio facit hunc sensum. sortes aliquando uixit compluti, & postea fuit priuatus uita compluti, in hac ergo acceptione est diuersitas.

**¶** Quidam nominalis in suo rosario sive spineto accepit ly mortuum in hac cōmuni acceptione, qui postea in suis prædicabilibus (oblitus forsam sui) super hoc argumento concedit hanc propositionem mortuum non est mortuum post resurrectionē Adæ hoc sillogismo expositorio datus, hoc non est mortuum, & hoc est uel fuit mortuum. semper demonstrando Adam. ergo mortuum non est mortuum. antecedens ipse in genue concedit. ac subinde consequens. respondetq; ad argumentum. q. licet possit uere negari & uere affirmari prædicatum de subiecto, nō properea non est idempatica, & negat hanc consequiam. prædicatum potest uere negari & uere affirmari de subiecto. ergo sunt termini impertinentes, nisi addas in antecedente & nullus eorum est ampliatu<sup>s</sup>. quod in proposito deficit, sed quicquid sit de sua responsione. non debuisset ipse concedere minorem sillogismi, hanc scilicet Adam est uel fuit mortuum. quia continuo ex ea sequitur per expositionem cōmuniem, quam ipse amplexatus est, q. Adam est uel fuit aliquid quod uixit & nunc non uiuit, quod est contra casum, quare uel standum erat ei in alia expositio ne. uel si stabat in expositione cōmuni, non debuisset minorem concedere.

**¶** Quidam Neotericus in quodam libello suo afferit. ly mortuum in hac nominali acceptione non ampliare, ac subinde has esse falsas Adam est moriūs. Noe est præritus, & cum hoc nullam aliam explicationem assignat præter cōmuniem. At quis non uidet in ly præteritum ampliationem includi si ergo ampliatu<sup>s</sup>, qd mirum q. conce datur: subiectum n. supponit. nec ualet est mortuum, ergo

est. quia in antecedenti est particula distracta hensque non est in consequenti. item quia cōmuni modus loquendū (qui stādū est) admittit illas ueras esto q. nō capiatur prædicatu<sup>s</sup> pticipialiter. Alia assignauit Ferdinandus de enzinas magister meus mihi semper obseruandus in materia conuersionum. ubi dicit ly mortuum mediante quacunq; copula ualere tantum sicut istud copulatum diuisue tentū, uiuum aliquando & aliquando post non uiuens. obserua to hoc, q. ly uiuum capiatur participialiter, retineatq; modum significandi ampliatu<sup>m</sup>. ita ut huic aggregato in consequendo equiualeat fuit uiuens, nam si non sic capetur, hæc esset neganda. Adam est mortuus rebus ut nunc. cum prima exponentium sit affirmativa de presenti de subiecto non supponente. ubi nulla est ampliatio. Quo fit ut ly mortuum affirmationem & negationem includat & licet inter istum modum dicendi & cōmuni nō appareat diuersitas. est tamen. quia casu supra positio in materia argumenti, hæc est falsa secundū cōmuni expostionem mortuum est uel fuit Adam. quippecum sensus sit quod uixerit & nunc non uiuit est uel fuit Adam, quod est falsum quæ concedenda est iuxta sensum magistri nostri, cum ibi non dicatur in sensu modo non uiuit sed aliquando post non uiuens. Sed continuo insurgit offendiculum contra hanc expostionem, quia in prefato casu representationis Adæ. hæc est uera Adā est mortuus, ut patet per sensum, quia aliquando uixit & aliquando post non uiuens. & sua contradictione esset falsa. Adam non est mortuum, quod uidetur cōmuni modo cōcipiendi pugnare. cum enim hæc cōceditur in illo casu Adā est uiuens, sua de termino priuatiuo debet negari Adā est mortuus. uel si conceditur illico infertur ex illa hæc Adam non est uiuens. Quæ manifeste pugnant.

**¶** Igitur. ut cum obseruantia tanti magistriloquar. ut ueritas amicitie præferatur, uera apparet mihi expostio cōmuni hoc solo addito, q. cum diuersis copulis ampliatis diuersimode iuxta talen acceptiōnem explicetur significatio. ut si dixeris fuit mortuus sic explicabis, fuit uiuens & aliquando post non uixit, in ordine ad ly erit sic. erit uiuens & postmodum in aliquo tempore nō uiuet, ita ut non ponatur nunc non uiuens in explicatiōni nisi in copia la de presenti.

**¶** Quo fit hanc propositiōnem esse falsam. Adam erit mortuus rebus ut nunc, nec debet probari talis propositio penes de inesse, sed pri<sup>9</sup> debet explicari acceptio de ly mortuum, cum sit virtualiter propositio hypothetica.

**¶** Sequitur etiam illam propositiōnem mortuum est uel fuit Adam & que debere concedi iuxta hunc sensum. sicut in sensu magistri nostri cum debeat dari sensus iuxta ampliationem quam habent termini cum sensus sit qd' uixit & nunc non est uiuens, uel qd' uixit & aliquando nō fuit uiuens est uel fuit Adam.

**¶** Sequitur tertio bene posse concedi minor argumenti assumpti scilicet hoc est uel fuit mortuum demonstrando Adam, quam explicabis ut precedentem, nec illa debet negari a magistro nostro, nec contra nos currit argumentum qd' nos ipsi fecimus cū hac explicatione quod præfatum

fatum doctorem videbatur urgere, stando in expositione comuni ut ipse intelligebat.

¶ Ad argumentum igitur facile est respondere negando consequentiam non enim sequitur in simili. homo potest uere negari de ly homo personaliter tentis terminis, ergo non est idemptica. consequentia non ualeat ut patet in hac homo homo non est, si dicas ad minus in propositionibus de modo loquendi consueto ualeat consequentia. tunc respondet ut responsum est ab illo doctore,


¶ Ad secundum respondeo negando maiorem, & ad probationem maioris nego consequentiā. nec ualeat similitudo, cum in predicationibus solum attendatur significatio & non suppositio, & quando iterum arguis quia tunc hæc non esset idemptica sortes est sortes uel sortes, nego sequellam. nec est simile de hac & de assumpta in arguimento, quia in illa uariatur cathegoretica & sincathegoretica significatio. unde quando illud quod coiungitur cu alio sic se habet, quod siue coiungeretur siue non, non additur alteri noua significatio cathegoretica ratione cuius non supponente una parte, posset alia supponere: tunc non credo quod uariat, quod si stes in rigore dicendo illos terminos non esse synonimos, ac subinde ex his non posse constitui predicationē idempticā ex parte diuersitatis significationis sincathegoreticā quod habet predicatum, ad non menstat res. possum tamen dicere sat esse quod sint synonimi & aequales in significatione cathegoretica. quando ratione sincathegoreticā significationis non prouenit si bi talis significatio ut possit uerificari de aliquo totum de quo non uerificetur pars, hoc dixerim propter conditionatae & infinita nomina, in quibus ratione aduentus sincathegoretici termini uariatur suppositio totius a compositione partium, haenamq; non sunt idemptica sortes est sortes sic est sortes, homo est non homo. atque hoc apparet mihi dicendum si uelut sustinere predicationem argumenti esse idempticā, si uero oppositum uellis tutari dices non esse idempticam ratione illius sincathegoreticā significationis quam includit predicatum & non includitur in subiecto.

¶ Pro materia tertij argumenti aduentendum est, quod hoc nomen homo dupliciter apud catholicos dialecticos solet accipi, uno modo absolute ut supponit pro creaturis ex anima rationali & corpore constitutis, & isto modo dicitur illum terminum esse absolutum. alio modo capitur ut supponit pro filio dei connotando quod substantet humanitatem, & hoc modo est connotatiuus sicut iste terminus album, propter quod hec predication secundū theologos uerbum diuinum est homo est ueluti accidentalis. Primo modo adhuc secundum nominalium principem in suo primo multipliciter capit, Vno modo ut significat compositem ex materia & forma rationali siue sit suppositū siue pars integralis, & isto modo pes, brachium. & manus hominum dicuntur homo, alio modo capit ut significat compositem ex materia & forma rationali, connotando quod non sit alicuius pars. nec ab alio sustentetur in unitatem suppositi & hoc modo humanitas Christi & partes integrales hominum non dicuntur homo, hoc habi-

to respondet ad argumentum distinguendo quod illa sit idemptica. quia uel ly homo capitur connotatiue pro creaturis & tunc nego sequellam & si capitur connotatiue pro uerbo diuino nego similiter quod illa predication sit idemptica, si uero capiatur pro creaturis & absolute concedo sequellam quod illa est idemptica, & quando probas de aliquo uerificatur ly homo puta de filio dei de quo non uerificatur humanitas. nego illud quia in tali acceptione non uerificatur de illo, hereticū enim est dicere, filius dei est homo in illa acceptione cum filius dei non sit cōpositus ex materia & forma, & quando probas quod de humanitate Christi uerificatur humanitas, fateor. & etiam de illa uerifica tur homo in illa acceptione, nec probas tu intentū tuū nisi capiendo ly homo ut supponit pro supposito. nec facio vim in ly humanitas quae derigore nūq; capit pro supposito, si autē queras qualis est illa predication, homo est hu manitas distinguam qualiter capit ly homo. quia si capitur ly homo ut supponit pro filio dei, illa in rigore est disparata, si autem capiatur pro composito creature rationalis cum illa connotatione, essentialis predication est sed indirecta. cum subiectū sit connotatiuus terminus & non predicatum.

¶ Ad quartū respondeo. distinguendo illā propositionē assumptā. quia vel pronomina illa efficiuntur partes extre morū vel non. si primū dico illā esse disparatam. cum extrema illa non sint synonima de significatione totali, cum non sint eiusdem speciei. vñ enim pronomīnū causatur Anotitia Platōis, et aliud a notitia sortis, nec facio hic differentiam inter esse synonima illa pronomina & esse eiusdem spēi, & hoc videtur esse de rigore dicendū, si autē velis quod illa pronomīna non fiat partes extre morū quod rigor propositionis non admittit, tūc extrema erūt synonima eritque idemptica predication, esto quod impossibilis sit propositio. Quo fit male cōcedere querendā supposito quod sint partes extre morū pronomīna illa, illam esse predicationem idempticā & suā aequalitem in consequendo esse disparatam. nec pro sua impugnatione aliud inconueniens est expetendū quod ipse gratis concedit.

¶ Ad primū argumentū quod fit contra predicationē dis paratam respondetur concedendo sequellā, & quando probas falsitatem consequentis: nego illam consequentiā, & quando probas quod constituitur ex terminis synonimis, nego illud, nec valet illa consequentiā, partes sunt synonime, ergo & totum, nisi addideris, partes sunt synonime & eodem modo se habent, ergo totales termini sunt synonimi, modo minor est falsa, quod si dicas iam recurris ad acceptiōnē quod prohibitum est quando hec materia praticabatur, respondeo distinguendo quia vel intelligis quod recurram ad acceptiōnē ratione copule verbalis, vel ratio ne alicuius alterius sincathegoreticā, & si negatur, vel quod recurram ad acceptiōnē quam habet terminus cōplexus ex modo se habendi partium. & sic concedo modo prima acceptio & recursus ad illam in predicationibus est prohibitus in hac materia, Secunda vero non. & quando procedis probando quod ille modus se habendi diuersus non variet veritatem nego illud. & ad probationem esto quod co-



cedam tibi ascensum disiunctū sub determinabili posito a parte predicati. uero ultimam consequentiam. quia in negotiis disiuncto unice capto non solet valere talis consequentia. quia in virtute variatur acceptio. non n. sequitur. Antichristus non est animal. ergo Antichristus uel homo non est animal cū nulla singularis sit uera sub illo disiuncto inconsequentia. eo q. non licet demonstrare nisi supposita termini supponētis modo in ppositione de ly differt includitur negatio. & est unica acceptio que uariatur in consequenti.

¶ Ad secundum respondet quidam admittēdo totū casum & concedens illam consequentiam esse bonam. videlicet hoc significat iuxta impositionem factam. ergo hoc non est. a. & quando dicitur oppositū consequentis repugnat antecedenti concedit. & dicit q. illud oppositum impossibilitat et per consequens dicit illud consequens esse necessarium. hoc non est. a. quod non deducit sed poterit sic deduci. bene sequitur illa est uera hoc est. a. ergo a. significat iuxta impositionem factam. pbo consequentiam. q. si predicatum significasset non posset uerificari ppositio. itē significat iuxta impositionem factam. ergo hoc non est. a. sed antecedens est uerū. ergo & consequens. ergo suū contradicitorū est falsum. hoc est. a. & cum res non possint se habere meliori modo ad ueritatē eius q. nunc illa est impossibilis. sed mea sententia uidetur. q. si illud consequens est necessarium. hoc non est. a. & p consequens eius oppositum impossibile. q. talis impossibilitas pueniat sibi ex impositione. non enim potest alio modo inferri ipsum significare & ex ipso significare inferre ipsum non esse. a. si igitur casus ponetur sub hac uerborū forma dicat aliquis imponatur. &c. Casus esset admittendus. quia qlibet potest contradictoria dicere. & sic responsio illa esset approbadā. sed cū de facto dicatur imponatur illud elemētū. a. et c. non uidetur docte posse admitti talis impositio. cū ex significatione sese destruat impositio. quia capio illā ppositio nē. a. significat iuxta impositione factā. & quero an illa sit uera uel falsa. si falsa habeo intētū q. impositio est causa destructoria. si uera. tunc ex illa infero hāc negatiūa. hoc non est. a. & antecedens est verū. ergo & consequens ergo hoc est falsum. hoc est. a. & non nisi ex defectu significationis de ly. a. quare non significat iuxta impositionē factam. cū illa destruat suā significationem.

¶ Pro dissolutione tertij meminiſe opus est cuiusdā documenti. qđ in materia reflexuarū practicari habet scilicet q. ex destructione alicui⁹ predicati iuxta aliquid subiectū uel alicuius termini quoismodo se habente. non subinde sequitur destructione sibi equivalentis vel ad se consequentis nisi illud includatur in tali impositiōe. ita ut si caute non aducerteris circa id circa quod cadit reflexio facile capieris. esto exempli gratia. q. ponatur tibi hec ppositio. hoc est non supponens predicatum propter illam reflexionē q. habet supra se nō supponit. q. destruitur suppositio. ppter reflexionē cadētē supra se. sed nō subinde sequit q. destruitur uerificatio. esto q. seclusa sophistica calumnia ad suppositionem sequatur uerificatio. immo dicitur predicatum non supponere & tamen predicatum uerifi-

cari. codē modo cōtingit in hac hec est falsa. que destruit suam veritatem. non tam ē suum ita esse. esto q. ita esse extra materiam reflexuarū sequatur ad ueritatem. & sic poteris per innumerā exempla discurrere. In argumen- to igitur reflexio est supra verificationem & sic nequit uerificari ly. a. quia ad ipsum uerificari sequitur ipsum non uerificari non tamen sequitur q. non supponat predicatum propter documentum datum. immo potest supponere. ergo ad formā argumenti respondeo q. si per p̄dicationem disparatam intelligunt p̄dicationem in qua predicatum non possit competere subiecto. i. q. non possit pro eodem supponere. tunc dico q. illa p̄dicatio non est disparata. sed erit idemptica nec sequitur. non potest uerificari predicatum de subiecto. ergo non supponit nō valet ppter id qđ ānotātū est. Si autem intelligas per p̄dicationem disparatam. q. predicatum non possit uerificari de subiecto. tunc concedo illam esse disparatam & hoc est quod deducit argumentum.

¶ Solet esse questio de hac hec est disparata que se demonstrat. an sit disparata uel non. Vulgo dicitur illam esse disparatam. quod sic deducitur quia vel est disparata vel non. si sic habetur intentum. si non ergo predicatum potest competere subiecto. & cum res non possint meliori modo disponi. nunc competit. ergo est vera cū sit affirmativa. ergo ita est sicut significatur per ipsā. sed significat ipsam esse disparatam. igitur. Quo fit ut p̄dicato competente subiecto. & propositione existente uera sit disparata p̄dicatio. Quare non ualebit consequentia. predicatum competit subiecto sine ampliacione. ergo non est disparata. nisi addas & non est in illis reflexionis malitia. ergo non est disparata. quo sepe intellige secundum hanc significationem.

¶ Nec ex hoc inferas hanc esse idempticam. hec est idemptica que se ipsam demonstrat. quia esto q. conce derem illam esse disparatam. nihil inferres per reflexionem. Sed omittantur ista. quia non sunt doctrinalia.

¶ Ad quartum respondeo. concedendo illam esse disparatā. Et quando probas q. uerificantur de eodem. distin guo vel de eodem supposito mediato & sic concedo quia de essentia diuina (Extendō nomen suppositi ad id quod demonstrari potest) vel de immediato. & sic nego. modo. hoc opportuerit. vel dic illos esse disparatos. quia in communi significatione quam termini primo intuitu prese ferunt. opportunet q. uerificantur de seiuicem. quod in idem reddit.

¶ Ex quo sequitur. quod non sufficit qualiscunq; uerificatio extremonum ad inferendum aliquam p̄dicationem non esse disparatam.

¶ Ad primum quod fit contra niembra essentialis & acci entalis responsetur illam p̄dicationem esse accidentalem: non enim potest esse essentialis propterea q. ex significatione totali predicatum non dicit essentian subiecti. modo. p̄dicatio insequitur partem debiliorem in hoc. item quia potest subiectum supponere quādo predicatum non supponit. quod uidetur esse modus acciden-

accidentalis, & quando replicas de illa predicatione, homo est qualis, respondeo illa esse accidentalem, & quādo p̄bas, predicatione inferioris: puta h̄ec, homo est rationalis est essentialis: ergo & illa: nego cōsequētiā: quia presuppositionis falsum: nō enim est inferioris: quia alia quale est generalissimum predicamenti qualitatis: qđ de suo modo significā di importat dispositionem uel modū dispositionis nec ali quo modo importat substantiā. Esto tamen q̄ fingeremus illi termino qualiscoceptū cōmūnem, quo & equaliter significaret quale essentialē & quale accidentale, eo q̄ utrumq; quale cōuenit in hoc q̄ significat modū rei, dici potest illa esse essentialē, uidelicet, homo est qualis, nec ualeat h̄ec cōsequētiā, alia erat accidentalis homo est rōnālē legēs: ergo & h̄ec: homo est qualis: quia illud p̄dicit cōplexū de significatiōē partiali: & inadēquate importat essentialē, sed ly quālē de significatiōē totali (licet inadēquata) significat essentialiter, quod sufficit ad rationem a s̄riminis: atq; hoc uidetur melius dicendū q̄ concedere, ut quidā male cōcedit, q̄ stat q̄ p̄dicatione inferioris sit essentialis, & superius essentialiter p̄dicitur de ipso p̄dicato, & q̄ ipsum superius nō faciat p̄dicationē essentialē cū subiecto inferioris, cū sit expresse contra regulā antepredicamentā Aristoteles. tum etiā quia p̄dicatu non potest nō cōpetere subiecto ipso supponente quod est signū essentialis p̄dicationis, p̄s̄ertim cū p̄dicatu non cōnotet extrinsece. Si n. extrinsece cōnotaret nō posset esse superius p̄dicamentaliter ad ly rationale, cuius oppositum supponebatur in argumento.

¶ Ad secundū respōdeo sicut responsum est in materia pri mi argumēti: uidelicet illā esse disparatā p̄dicationē: nec sufficeret p̄dicatū cītali ampliatione cōpetat subiecto: sed q̄ ambo termini possint de eodē uerificari sine ampliatione siue intrinseca siue extrinseca, uel q̄ p̄dicatum importet dispositionem uel modū dispositionis respectu rei significatiē per subiectum.

¶ Ad primū argumentū qđ sit cōtra directā p̄dicationē, dico ipsum apparēter & efficaciter p̄bare dari alia quā p̄dicationē non idempatica nec disparatā, que nō sit directā nec indirectā iuxta diffinitionē cōmūniter assignata: quare possemus dicere illā diffinitionē dari de p̄dicationib⁹ que sūt in terminis impositis & non in omnibus imponendis: nō n. oportet extendere hic materias p̄dicationū extra finem ad quem ordinātur: aliter si p̄ possibiles impositions processeris abeundū est tibi in infinitū: sed si placet his impositions ludere: dicitur propter hoc argumentū, q̄ illi diffinitioni debet addi h̄ec particula uel absolutū non inferioris de absoluto: d'r non inferioris: ppter istā: aīā est homo: que ad indirectā p̄dicationē pertinet: sed p̄b̄es ansam innumeris & importunis impositionsib⁹: sed de productione conceptus essentialis a cōuenientia inferioris practicabitur.

¶ Ex quo sequitur p̄ datu p̄dicatione directā que nullius p̄dicabilis est p̄dicatione: ut patet de illa in casu argumenti: & adhuc sine impositione dantur huiuscmodi multe ut patet de hac: risibile est rationale: albū est rōnāle: nisi uelis illas reducere iproprie ad aliqd p̄dicabile:

sed de huiusmodi propositionibus inferius de materia cū iusq; uniuersalis agetur.

¶ Ad secundum argumentū poteris respondere distinguēdo, quia uel ly omnis efficit pars p̄dicatione uel non: si non, illa est essentialis & directā, nec obstat falsitas: ut dictum est: si sic, communiter dicitur esse accidentalis: eo quod in uirtute ille terminus est cōnotatiūs, ut patet si respicias ad suum conuertibile incomplexum. ut largissime dictum est in argumento: & quando queritur de termino sibi superiori. Quidam dat ly. B. impositum ad significandū aliquid: cōnotādo q̄ sit homo uel albū: dicit tamen non reperi sibi terminū inferiorē: quod non uideatur bene dictū: nō si intelligat utrobiq; de superiori & in fieri quidditatue: ut nō datur inferior, nec datur superior: nā ille terminus ab eo assignatus nō uidetur in rigore superior quidditatue: sed tantū in supponendo cū ille terminus. B. non sit in conceptu quidditatuo illius termini. A. quod opportuisset ad hoc q̄ esset genus sibi quidditatue superior. Si autem intelligat de inferiori & superiori in supponendo tantū bene potest dari ly. C. si imponatur ad significandū aliquid q̄ sit omnis homo & albū copulatiue, sed credo q̄ non est ad mentē Ari. afferere illā p̄dicationem esse accidentalē, cū non possit reduci accidens uel modus se habēti cōnotatus in p̄dicato ad aliquod ex nomine p̄dicamentis. Quare tanq; schole Peripatheticæ parū deseruens: nō essent implende charte tam uoluntario & in frugifero argumēto. Sed si placet eius latus bene responsum est: quod si insistas querendo terminū superiore quidditatue, crediderim propriē non posse dari p̄s̄ertim immediatum qui sit tanq; genus nec mirum, cum ille terminus non sit propriē cōnotatiūs nec simpliciter incomplexus.

¶ Ad tertīū, cum non sit similiter doctrinale, breuiter respondeo distinguendo: quia uel dictio exceptiūcū parte extra capta fit unum extreūmum cum termino a quo fit exceptio: & sic p̄dicitur superius de inferiori: Sed quā inferioris est cōnotatiūm dicetur illā p̄dicationē esse directam tanquā indirectā. Si uero non fiat pars extreūmi (quod opinio communis fert) dic illam esse idēptiūcam: nec obstat eius falsitas, nec adhuc eius impossibilitas, ut dictum est.

¶ In ultimo argumento petitur difficultas, quare autor summularum distinguens materiam propositionum: que nihil aliud est quam ipsa extreūma propositionis non posuit nisi tria membra, ut notum est, at in presenti cum considerentur circa eandem materiam: puta circa extreūmorum significantias: quid est p̄ ponuntur plura mēbra p̄dicationum quam circa materiam propositionū? Ad quod non est difficile respondere si consideretur intentum principale uniuscūq; tractatus, huius uidelicet & prīni tractatus summularum. Illic enim autor summularum considerauit materiam propositionum: ut deseruit contradictorijs simplicibus ex extreūmis: cuius signum est quod ante caput oppositionum p̄emisit capitulum de materia propositionis: in quoquidē capite oppositionum cum uoluisset cōstituere rotulum oppositionum propo-

### TER TIA QVAESTIO

num ac subindeleges earum, ante uoluit subdistinguere de propositionum materia: ut appareret nō uniformiter leges oppositionum omnibus materijs conuenire. Nam esto quod subcontrarie ex sua natura possint esse ueræ, non tamen possunt, nec in materia naturali, nec in materia remota, sed sunt ueluti contradictorie, qđ & annotare uidetur Aristoteles primo Peribermen. in cap. oppositionū: loquens de subcontrariis, his uerbis: Quae autē significantur s. per subcontrarias sunt aliquando contrarie. I. qđ, si- cut cōtrarie nō possunt uerificari, ita & illæ qđ cōtingit in materia naturali: quā intelligentiā dat Herminius antiquus expositor. Similiter contrarie in materia naturali & remota nō possunt esse false: esto p̄ simpliciter pos- sūt esse in materia contingēti: & hinc est qđ propositiones in quibus predicitur propriū de subiecto, uel contra, reducitur ad materiā naturalē: nō ex eo p̄ predicatu sit de es- sentia subiecti, sed quia cōtrarie propositiones in his ean- dem lege subeunt s. qđ nequeū dari false sicut aliae pro- positiones in quibus predicatu est de essentia subiecti. Ad suā igitur cōsiderationē, puta ad cōstituendas oppositiones & le- ges earum sufficiebant sibi illa tria mēbra in que diuisa est materia propositionū. At cū presens tractatus ordinetur ad librū predicatorū, ubi noīa coordinatū secūdum quidditatē & sub & supra: māca quodāmodo erat illa diuisio Petri Hisp. nec possemus p̄ illā, cū cōfundatur ea que denominatiue dicuntur & ea que essentiāliter & quid- ditatiū dicuntur sub eadē materia, uerū ergo est qđ hi duo tractatus cōsiderāt propositionū materiā. i. extrema quo ad eorū habitudinē: sed finib⁹ lōge diuersis, quia illa cō- derauit materiā propositionū ut attinet ad ueritātē & fal- sitatē: hic autē secūdū habitudinē ad sub & supra, ex fini- bus ergo diuersis nō est mirū qđ in eadē materia tā diuer- si processus oriantur, & hoc de secundo articulo.

#### Tertius Articulus:

**P**ro tertio articulo dubitantur tria. Primū, quid sen- sient Ari. & antiq circa presentē materiā predicationū. Secūdū de hac predicationē, angelus est hō, an sit dispata. Tertio, an detur aliqua predicationē essentialis, cuius co- uertens sit accidentalis.  
**P**ro primi expeditione aduerte Arist. principē nostrum presentē materiā (et si tenuis & ieiuna quodāmodo est) nō siluisse, sed ex p̄fesso tractasse multis i locis sue doctri- ne, unde in predicamēti in forma ponit diuisiōne predicationis in essentialē & accidentalē & neutrā, que quidē diuisio iuxta Argyropili trāslatiōne in his uerbis sic hēt. Eorū que sunt, alia de subiecto quidē dicuntur in nullo uero sūt p̄s subiecto, ut hō de quodā hoīe d'r ut de subie- cto in nullo autē est subiecto. Alia quidē in subiecto sunt, de nullo uero subiecto dicuntur, & exponēs se ait, atq; id i subiecto esse dico, p̄ in aliquo quidē est & nō ut p̄s qđ lo- gice ad predicari accidentaliter referri debet, ut hēc albe- do. Alia de subiecto dñr, & in subiecto etiā sunt, ut sc̄tia, & alia nec in subiecto sunt, nec de subiecto dicuntur, ut in diuidua predicamēti substātie, ut hīc hō, hic equus. ubi Cō-

mēt, p̄ dici de subiecto intelligit denotare de illo de quo pre- dicatur substātie uel quidditatē eius: quā predicationē in- quīt, facit substātie uniuersalis: ut aīal & homo: quia cū predicātur de aliquo puta de inferiori, notificāt substātie & quidditatē eius: et p̄ esse in subiecto intelligit Com. qđ esse eorū que predicātur sit subiectū: qđ in uirtute est dice re, qđ p̄ predicātu importetur accidēs. In Peripathetica. n. schola accidentis diffinitur p̄ subiectū: nec habet alia diffi- nitionē, & ppterēa dicitur qđ subiectū est de essentia eius. Ultimū autē membrū sic interpretatur, qđ sunt alia que nec predicātur predicatione denotāte substātie subiecti, nec ubi subiectum est de essentia predicati ut diuidua predi- camentis substātie. Habetur ergo tam ex textu qđ ex Cō. qđ dici de subiecto est predicari essentialiter: & esse in subie- cto est predicari accidentaliter: & esse in subiecto & de subiecto est predicari codē modo, qđ respectu diuersorū cō- tingit: ut Ari. exemplificat, & nec in subiecto esse nec de subiecto dici est nec hoc nec illo modo predicari ut diuidi- dua substātie. Iuxta quā diuisiōne suspicor, cū ipsa ordi- nata fuerit ad predicamentorū doctrinam (ut modo & predicationū materia debuisset ordinari) ad hoc ut cognoscemus sub & supra termini. incōplexorū in predica- mēto reponibiliū, nō est necessariū hic tractare de predica- tione disparata, sed tantū de essentiali: p̄ quā antiqui quid- ditatiū intelligunt & de accidentali, superfluereq; mul- tē predicationes que fūnt per impositionē, & maxime disparatā inquisitio, quibus potius hic cācōsophistē mi- serum intellectū contendūt qđ ad doctrinā Arist. iuuent: atq; ex hoc loco patet apud Arist. predicātu nō capi i to- ta sui cōmunitate: ut capiunt cōmunes logici, nisi uelis in ultimo membro quod per negationē datur predicationē disparatam intelligere: quod non est mea opiniois cūn- non sit scientialis predicatio.

**A**mplius habet Arist. in Poste. ca. xiiij, ubi inquirit an sit abeundū in infinitū in affirmatiuis p̄pōnibus mediatis & triplex est predicatio. Prima ubi predicitur aliiquid ab solute & simpliciter: ut homo est albus. Secūda, ubi pre- dicatur aliiquid p̄ accidentis & hoc dupliciter, uel quando predicitur subiectū de accidenti, uel accidentis de accidenti: & ponit exēpla: albū est lignū: musicū est albū: ubi dicit has esse euales in eo qđ sunt p̄ accidentis: & non uult dicere qđ sint p̄ accidentis, ubi ly p̄ accidentis distinguatur cōtra p̄ se: quia hanc homo est albus, non uult uocare p̄ accidentis: sed uocat ipsam absolutā, quā per accidentis uocasset si cape- ret ly per accidentis ut distinguitur contra per se: quare ex- quiuo ly per se sumitur apud Arist. cū illā p̄pōnem uo- cat aliquādo per se: ob hanc (ut reor causam) quia id qđ est potētiale subiectur ut subiectū & id qđ est ueluti actus & forma predicitur: quare id qđ uulgus logicorū hodie uo- cat directā predicationē, uel debuisset uocare. Arist. uo- cat propositionē per se & absolutā, nec id sine causa, di- recta enim predicatio illa est, ubi seruatū directus ordo nature. ut. s. inferiora subsint superibus uel nomina importantia subiecta uel potentialia subsint nominibus importantibus actum, nec aliud uolunt dicere per di- rectam porpositionem nisi doctrinalem.

Quo fit

**Q**uo fit ut terminus ille in qua prædicatur æque cōnotatiuum de æque cōnotatiuo, nisi prædicatio subiecti præsupponatur ad connotationem prædicati: ut in hac, rationale est risibile, male & perperam dicatur esse directa, tum quia non seruatur in eis ordo naturæ, tum quia non sunt sc̄ientiales, tūetiam quia est per accidens, ut dicit Aristoteles, hoc est non doctrinalis nec directa. Igitur si quis me iudice super hac re certasset iuxta Aristotelis doctrinam, immediate diuidere propositionem non disparatam nec idempticam: in doctrinalem & non doctrinalem. Doctrinalem uocarem, ubi inter prædicatum & subiectum seruatur ordo naturæ, uidelicet, ut si ambo extrema fuerint absoluta, subiectum sit inferius ad prædicatum: & si alterum sit cōnotatiuum, quod prædicatum importet dispositionem uel modum dispositionis respectu subiecti, ita ut semper in subiecto importetur res potentialis, & quodammodo supposita ad rem significatam per prædicatum, atque hoc modo capiendo, nulla est prædicatio doctrinalis, nec directa, quæ non pertinet ad aliquid prædicabile. Postea uero doctrinalem in essentialiem & accidentalem. Essentialiem uocarem, ubi prædicatum est de essentia uel diffinitione subiecti, & accidentalē in qua prædicatu dicit dispositionem uel modū dispositionis respectu subiecti, quod & multi antiquorum in suis scriptis insinuant. Boetius enim autor grauiissimus, neglectis omnibus prædicationum modis supposita diuisione prædicationis in doctrinalem & non doctrinalem, non facit mentionem super illa diuisione prædicamentorum, nisi de essentiali & accidentalē. Sed in essentiali si uis potes facere diuisionem in quidditatiam & non quidditatiam: nec hoc tollunt ipsorum uerba, quare inaniter fatigantur in multiplicatione membrorum prædicationis neotherici: & male assignant definitiones, ad minus contra Aristotelem & antiquos. Cōmenta enim, ut citauimus, & Boetius essentiales uocant ut nos diximus. Et sic ex hac doctrina sequitur quod hec non est essentialis: animal est homo: nec hec directa: album est musicum. Ex qua doctrina multa dissolues: que neotherici importunis difficultatibus inuoluunt, atq; instantum de primo dubio sit dictum.

## Dissolutio secundi dubij.

**A**d secundum dubium est communis distinctio, quia uel illi termini capiuntur cōnotatiue, ita quod si pōnant pro uerbo diuino cōnotando quod assumpserit naturam angelicam & humanam, & sic quodammodo est accidentalis prædicatio. Si uero capiantur absolute, illa est in materia remota, & est prædicatio disparata, ut patet si diffinitiones aspicias: sed quid sit de hoc: sine ulla distinctione poteris respondere eam esse disparatam, atq; ad hoc sufficere quod extrema nequeant de se uel de eodem uerificari, naturaliter exclusa ampliatione. Quod si contra hoc arguas dicendo id esse contra omnes Theologos, presertim contra s. Thomam in tertio q. vi. articulo primo, qui dicit hanc non esse prædicationem remo-

tam, deus est homo, sed prædicationem perse, & tamen constat quod naturaliter non sibi inuicem competunt extrema: ergo non debet metiri talis prædicatio per hoc quod naturaliter uel super naturaliter possint sibi inuicem competere extrema. Habet enim S. D. in præfato loco hæc uerba. Hec propositio, deus est homo: non est in materia remota, nec in materia contingentia, sed in materia naturali, ita ut proprie dicatur homo de deo non per accidens, sed per se. Hæc ille.

**A**d hoc facile potest captari responsio ex his quæ ipsam Sanctus Doctor respondet. Vnde dico quod illa prædicatio potest duplicitate considerari. Uno modo capiendo prædicatum secundum quod importat formam, id est naturam humanam substantiam a filio dei: & hoc modo non intelligit Sanctus doctor illam esse in materia naturali. Alio modo ut ly homo & ly deus important suppositum diuinum, & sic illa non est accidentalis nec disparata, sed quodammodo perse. Quod si arguas: prædicatum potest adesse & abesse, ergo est accidentalis. Distinguō: quia uel capitur prædicatum primo modo, & sic concedo: nec in hoc sensu negasset Sanctus D. Vel secundo modo, & sic negatur: quare si illa præpositio sit in materia naturali erit ratione suppositi: sed crediderim ( salua pace tanti doctoris ) quod hic non est proprius modus metiendi prædicationes tales: sed metiri debent penes totalem significationem: & praeterea penes formalem, ne prebeamus ansam ad concedendum hanc esse per se, & in materia naturali: Sortes ejus hoc album, demonstrato per prædicatum sorte: Quare cum alius sit noster modus metiendi prædicationes, Sanctus Thomas non est contra nos, sed descendamus de celo.

## Tertiij dubij dissolutio.

**A**d tertium respondet quidem affirmatiue, ut patet de his, homo est homo albus: & homo albus est homo: quarum primam appellat accidentalem, & conuentatem essentialiem, sed non uidetur hoc satis docte dictum: presertim stando in his quæ ex Aristotele & antiquis approbauimus. Ibi enim prædicatum non est de essentia subiecti secundum suam omnimodam significacionem. Item quia hec, musicum est homo secundum Aristotelem est per accidens & non doctrinalis, ergo illa non est per se. Item manente eadem materia terminoru, debet manere eadem prædicatio, quantum ad essentialiem & accidentalē ( secus tamen est ad directam & indirectam ) quare crediderim id minime posse fieri, presertim in prædicationibus incomplexorum & terminorum inpositorum. Diuidi solet prædicatio in prædicationem proprij & non proprij: & iterum accidentalis non proprij in transmutabilem & non transmutabilem, sed de his in cap. proprij & accidentis differemus, contetus hactenus fecisse de hac & de prælutorijs questio. quare ad principia institutum appellandum.

INCIPITV R LIBER PORPHYRII  
de quinq; uniuersalibus, iuxta translationem doctissi-  
mi uiri Argyropili Byzantij.

## Præfatio Porphyrij ad Chrysaorium.

**G**Vm sit necessarium Chrysaori & ad Aristotelis prædicamentorum doctrinam: quid nam sit genus cognoscere: quid differētia, quid species, quid proprium, & quid accidēs, & ad diffinitio-nes etiam assignandas, atq; addiuiſiones omnino demonstrationes, conficiendas: si horum utilis con-tēplatio: Breuibus enī tibi tradere ea quæ a maiori-ribus nostris de his ipsis suscepimus, quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando. Atq; ab altioribus quidem contemplationibus abſtinebo, faciliores autem afferam, quas quidem nūc tibi accommodatas esse coniecto. Continuo, si genera quidem & species in rerum sunt ratione, an in solis nudis conceptibus collocentur, & si corporeā sint, an expertia corporis, & utrum separa-bilia sint, an in ipsis sensibilibus rebus & circa ille-las dicere nunc omittam, Quippe cum altissima sit talis tractatio, & alia maiori indigeat perscruta-tione, ut de ipsis uero cæterisque propositis imagi-nis differendi modo uereres; horumque maxime Peripa-thetici tractauere, recensere nunc atque ostenderetis biconabor,

## Tituli explanatio.

**T**Immorandum paulum est super expositionem titu-li a fronte libri prefixi, nonnulla referentes quæ de Autoris uita sparsim collegimus.

**P**orphyrius natione Phœnix, patria Tyrus, genere nobilis: a purpura qua ſepe inducatur, aduentiu-nomen habuit: nam patro & proprio nomine Malcus appellabatur, ob quod a Græcis Basileus dicebatur (i-dem enim sonat apud Græcos nomen Malcus transla-tum) Hic bonarum litterarum cupidus ad Græcos fe-contulit: ubi sub Amelio præceptore non parum in do-trinis profecit. Qui postea audita Platini Philosophi-fama Italie tunc degentis, Rōmam uenit: atq; ibi sub eius doctrina per quinque uerba mansit, sub quo in do-trina Platonica mirum in modum profecit. Fuit uir non satis corpos sanus, nec mente: iudicij inconstan-tis, & odio usque in rabiem adeo aspero, ut Chris-tianus cum eſſet, poſtea contra fidem latrauerit. Tres enim ſubtantias in eſſentia diuina eſſe affirmauit, qua-rum primam appellabat deum optimum. Secundā crea-torem. Tertiā mundi animam: ac ipsum Christum non ſicut Deum honorauit, eo quod ſubtantiam traxerit ex carne, & opprobrium crucis ſuſtinerit. Natus eſt sub Aureliano Imperatore: cuius misera uita pro-tracta eſt uisque ad Galenum & Constantinum. Huius

tempore Pontifices Romani fuere Felix primus, Eu-tichianus, Caius primus, Marcellinus. Discipulum ha-buit Iamblichum uirum doctissimum & demoniorum maximum ueneratorem. Scripsit libros quattuor teſte Eusebio. Contra fidem Catholicam unum. De reſponſionibus dæmonum unum. De carnibus non ædendis unum. De uniuersalibus unum, quem interpretandum accepiimus. Hunc librum (Platonico more) Chryſaori audi tori ſuo dicauit. Ob id quidem Chryſaoriſdictus ab aurato enſe, quo ipſe forſan uel maiores eius uſi ſunt. Qui cum græcanica lingua scriptus fuſſet, tres ei ſue-runt translatores. Primus Victorinus. Secundus Boe-tius Consul, & Romanus Patrius. Tertius hic no-ster Argyropylus, qui intatū alios translatores ſupauit quantum in utroque idiomate, & Romano & Græca-nico ipſos excelluit. Fuit enim patria Constantinopolita-nus, atque Imperatoris aulicus, qui poſt illam non ſati-deploratam Byzantinorum cladem, que facta fuit ſub Constantino Paleologo, Anno millesimo quadrin-geſtimo trigesimo tertio, tempore Nicolai quinti (lit-teratorum uirorum, & preſentim Theologorū & Phi-losophorum maximum aſilium) Romam uenit, atque ibi gratia Petri Medices Florentini preſentem tractatū & multa dia Aristotelis opera e græco in latinum ſermonem eleganter & eruditè tranſlavit.



E D iam familiarem preſentis textus ex positionem aggrediamur ſuper qua animaduertēdū, quod libellus hic qui de uniuersalibus inſcribitur (quem pre ma-nibus habemus (Introdictorius ad Ari-stotelis Cathegorias, in tres potiſſimum diuiditur pa-rates. In prima ponit autor præfationem ſive proœmium quæ hic incipit) (Cum ſit necessarium) In ſecundo de bis quinq; uniuersalibus ſigillatim & per ſe diſſerit, ibi (Videtur autem itaq;) In tertia de eisdem agit non absolute, ſed cum quadam comparatio-ne: assignando ea quibus conueniant & quibus diſſerant, ibi (Commune autem) In hac uero prefa-tione, que nihil aliud eſt q; epiftolaris introductio & ani-morum preparatio alicui tractatui preſixa, tria agit au-tor quæ autores graues ſoliti ſunt in frontiſpicio cuiusli-bet operis agere. Primo reddit auditores beneuelos ex utilitate ſcientiæ, utilitas naq; animū hominis ad ſe trahit & pellicit, preſertim ſi honestate ſit admixta, ut in proposito, quæ uti-litates iamiam pateſtient. Secundo reddit dociles proponendo modum quo de-bet procedere, quia dicit ſe breuitate uelle tranſcurre-re, & mediocris & non profundi ſenſus queſtio-nes ſe uelle tractare. Tunc enim fiunt auditores do-ciles, iudeſt habiles ad doctrinam uiciendam, quan-do autor ſive qui docet breui methodo, nec per con-fuſas ambages, & doctinali ordine a notioribus & facilioribus ad diſſiciliora & ignotiora iuxta Ari-stotelis

Aristoteles sententiam procedit.

¶ Tertio reddit attentos ostendens difficultatem rei tractandae, quod latenter agit. Porphyrius, quando proposuit questiones illas altissimas, a quibus tanquam pes ritus artifex ingenue se abstinet. Si enim huius conditionis est res suscepta, ut ex illa emergant tot tam difficiles questiones, super quibus a multis adhuc grauibus philosophis laboratum est: attentio ne opus est ne forte in processu facili aliquid admisceatur quod difficultatem possit in gerere.

¶ Item quia si tot et tate questiones e negotio suscepto pullulant, non est tanta facilitatis negotium huius libri ut sine attentione queat plane intelligi.

¶ Circa primum horum quod ad utilitatem huius tractatus expectat quattuor utilia narrat, que nobis praebet praesens libellus quando dicit ( Cum sit necessarium ) id est expediens et utile in se. Et necessarium ex conditione, id est si uelimus aliquid callere in dialectica Aristotelis, hec praesens consideratio ualde necessaria est.

Ad quattuor ergo conduceat speculatio presens. Primo ad cognitionem predicamentorum. Secundo ad diffinitiones. Tertio ad diuisiones. Quarto ad demonstrationes. Quae omnia totam dialecticam ambient.

¶ Ad predicamenta, quia cum predicamentum non sit nisi generum et specierum coordinatio in recta linea et differentiarum a latere, non poterit constitui debite sine trium uniuersalium cognitione: puta, generis, et speciei, et differentie. Amplius quia Aristoteles in quoconque predicamento assignat eius proprietates, non possemus illas esse proprietates cognoscere, nisi ex hoc tractatu nouerimus quid sit proprium. Item quia Aristoteles loquitur de predicatione denominativa, que sit a nomine significante accidentis uel modum accidentis, opus est scire quid sit accidentis. Accedit etiam, quod cum accidentis in novem predicatione partiatur, frusta aggrediemur cognitionem talium sine cognitione accidentis. Singula ergo uniuersalia utilia sunt et necessaria ad plenam categoriarum cognitionem.

¶ Secunda utilitas est ad diffinitiones reales conficiendas. Omnis enim diffinitio aut explicat quod quid est, aut datur per additionem, hoc est per aliquid quod est extra essentiam diffiniti, iuxta Philosophum septimo Metaphysic. Si quidditatua est, ex genere et differentia debet constare: quorum exacta cognitio hic traditur ab autore. Si datur per additionem, illud quod additur quod non est de essentia diffiniti, uel effluit ab essentia ipsius diffiniti, et sic est proprium: uel non effluit, et sic habet locum accidentis. Et sic patet trium uniuersalium necessitas. Rursus est necessaria consideratio speciei et accidentis: quia cum sola species diffiniatur diffinitione propria: et solum accidentis soleat diffiniri diffinitione per additamentum, quo modo sciemus has diffinitiones applicare, nisi prius diffinitorum calleamus naturas? Consideratio ergo o-

mnia uniuersalium ad diffinitiones uenandas non parum deseruit.

¶ Tertia utilitas huius tractatus est ad diuisiones recte constituendum. Omnis enim diuisio saltem uniuersi in uniuocata, teste Boetio libro suarum diuisionum, est uel generis in differentias, uel generis in species, uel speciei in individua, generis in propria, accidentis in subiecta, subiecti in accidentia, accidentis in accidentia, quas nullo modo construere poterimus, nisi horum uniuersalium in nobis praecedat cognitio.

¶ Quarta utilitas est ad demonstrationem que est id quod dialecticus artifex potissimum docet, de qua Aristoteles in libro posteriorum. Nam cum demonstratio concludat passionem de subiecto sumpta diffinitione quidditatua loco medijs, si necessaria sit horum uniuersalium speculatio ad diffinitiones, erit etiam ad demonstrationes.

¶ Rursus quia cum sint plura genera demonstracionum que non sumunt diffinitionem pro medio, sed aliquid quod quodammodo causa logica est inhesionis praedicti ad subiectum in conclusione, et circa causas contingat deceptio, eo quod possunt esse causae de per se, uel de per accidentis, ut edificator et album respectu edificij construendi, necessaria est harum causarum speculatio demonstratori. At cognoscere non possunt nisi nouerit quid dicitur accidentis respectu alterius: ergo cognitio accidentis necessaria est sicut et aliorum uniuersalium. Quare omnia quinque uniuersalia ad hec quattuor conducunt, licet longe differenter. ( Breuibus enitar tibi tradere ea que a maioriibus nostris suscepimus.)

Hic incipitur secunda pars prefationis usque ad illum locum (Continuo si genera &c.) Vbi reddit auditores dociles ex breuitate, et tractandorum facilitate. Vbi simul doctrinam commendat ex hoc quod a maioriibus et antiquioribus patribus sumpta sit. Horum enim uniuersalium descriptiones ab Aristotele in libris Topicorum et ab aliis Peripatheticis sumptae sunt. Sed quomodo in hoc sit docilitas, iam expositionem est. Inquit igitur: breui compendio reserabo tibi illa que a sapientibus antiquis de his quinque uniuersalibus tradita sunt, que sint tibi tanquam uiaticum et medium ad illa quattuor utilia capessenda. Reddit etiam dociles in hoc quia proponit questionum difficultatem a quibus uult se abstinere, que etiam clam fuit captata, quando in principio posuit tractandorum ordinem. (Continuo si genera quidem et species in rerum finitione.)

¶ Proponit tertium ubi preparatur auditorum attentio ex ipsis rei tractande difficultate, ut iam dictum est, quod insinuat cum dicit, se uelle rei scire altissimas questiones que hic poterant suboriri: cum enim Metaphysicus et Dialecticus circa idem laborent teste Philosopho quarto Metaph. Et si diuersimode, multa hic metaphysicalia poterant emergere, et praesertim quattuor a quibus ut peritus rudimentorum artifex ob sua inexplora-

bilem nodosamq; perplexitatem ex industria se absti-  
nuit. Prima est, utrum uniuersalia genera & species sint  
in naturarum, ut aiebat Plato, & ante eum Epicar-  
mus & Alcimus philosophi, qui ideas posuere essentias  
quasdam incorruptibiles & eternas, per quarum parti-  
cipacionē individui communicabatur esse (An in solis  
nudis) idest an fiant per intellectus opus, ut dicebat Pe-  
ripatethici, & post eos Stilo Megarense, non hic fa-  
cio uim in geminatione illorum uocabulorum solis nu-  
dis puris ut multi gratis ingenia uexantes faciunt: tum  
quia littera Argyropili, cui multum fidei tribuo, non  
habet illam geminationē, ut uidetur barbaricare Brico-  
tus: tū etiā esto q; illa geminatio effet ad exemplaris metē,  
multoties geminantur uocabula in orationis cōtextu le-  
piditatis gratia (Et si corporea sint an corporis ex-  
pertia) nec statim q; prima questio diluta fuerit animus  
in his conquiescit illico h̄esitans iam q; in rerum condi-  
tione & sine intellectus opere sint. An sint corporalia  
uel incorporalia. Et si corporalia an sensibilia, idest que  
sentiri possint uel sensu percipi: & an sint sensibilia sive  
aerea. Ponebat enim hic adherens uestigij Platonis  
quasdam substantias corporeas sed insensibiles intra qua-  
rum conditionem ponebant demones quod nec Aristote-  
les abhorret in toto processu librorum Topicorum. In-  
quit ergo quod ab his & circa hec constantia dicere pro-  
posse recusabit. Quippe cum ad metaphysicum qui est  
artifex superior huiusmodi rerum contemplatio perti-  
neat. (Ut uero de ipsis) Proponit sectam quam imi-  
taturus est, quia Peripateticam ubi satis commēdatur  
libellaris processus cum solidiorē doctrinā amplexetur.  
Nam cum multe fuerunt philosophorum sectae, Stoici,  
Academici, Peripateticī, Epicuri, Peripatetica his soli-  
dior & uerior in omnibus ferme fuit. ideo non immere-  
to a Christianis theologis, Arabibus, Persis, Grecis atq;  
Latinis gratissima fuit & nunc est. Proponit etiam mo-  
dum quo uult tractare de uniuersilibus: quia modo dis-  
redi hoc est dialectico & non metaphysico: quā ob causam  
credo hunc librum intitulatum fuisse de quinque uoci-  
bus. Sed si quis has curiosas questiones percontatus fue-  
rit eruditio tentande gratia, sic peripatetice respon-  
debis atq; dissolues iuxta tres vias nostro seculo receptis-  
simas. Ad primam questionem responde q; talia uniuer-  
silia non sunt in rerum natura subsistentia, ut aiebat Pla-  
to, sed tantum opere intellectus. Verum secundum San-  
ctum Thomam si interrogatus fueris, respondebis esse  
quendam obiectuum conceptum, qui non habet esse pre-  
ter multa, & prædicatur de multis: que diffinitio in se-  
quenti questione magis ac magis pollicitur. Sed iuxta Sco-  
tum si logice uis respondere, dic esse secundam intentionē  
fundatam in aliqua natura prout habet esse cognitum re-  
sultantem ex comparatione qua intellectus comparat  
illam naturam sic cognitam in ordine ad sua inferiora  
ut eis est communicabilis. Sed loquendo adhuc non logi-  
ce, potes loqui de ipso uniuersali (quod ego potius appelle-  
bam naturam) dupliciter. Uno modo physice, ut est in  
re quod isti uocant uniuersale in potentia remota. Alio

modo metaphysice ut est ab intellectu abstractum ab hæc  
eitate. Si primo modo loquamur, est quedam realitas, a  
parte rei que idem realiter est cum re singulari per se exi-  
stente distincta tamen formaliter ab eo, indifferentis quan-  
tum est de se ad existendum in hoc uel in illo individuo,  
ut humanitas in Socrate. Ex quo satis appetat differentia  
inter Scotum & Platonem in modo ponendi has natu-  
ras. Si autem loquamur de illa natura non ut est in re,  
sed ut est in intellectu quod isti appellant uniuersale in  
potentia propinqua, nihil aliud est quam ipsam naturam  
secundum esse cognitum quod habet in intellectu potens  
esse immediatum & proximum fundamentum secundæ  
intentionis que uniuersale in actu dicitur.

**T**uxta nominales dicendum, quod cum talia uniuersalia  
sint nomina uocalia uel mentalia uel scripta ipsa sunt a  
parte rei uerae res reales, licet longe differenter quam  
Plato ponebat. Quæ questio[n]es & tantæ diuersitatis in-  
telligentia sequenti questione ad unguem, ut aiunt, exæ-  
minabuntur. Secundum hanc proportionem respondebis  
ad alias questio[n]es in nominalium uia, secundum quod  
diuersimode de uniuersali locutus fueris: nam si de uni-  
uersali mentali, dices illud esse qualitatem spiritualem &  
esse prorsus rem insensibilem. si de alijs loquaris, potes de-  
cere illa esse qualitates & sensibiles, prout diuersimode  
opinatus fueris de quidditate nominis & uocis scripti,  
cuius speculatio ad superiorē pertinet facultatē: nunc  
sufficiat prudentem in uia posuisse.

### Prima questio de uniuersilibus.

**C**irca textum precedentem talis mouetur questio,  
**V**trū sit dabile uniuersale a parte rei: & quid sit  
& qualiter sit.

**T**Quatuor articulis presens questio terminabitur. In  
primo quid antiqui philosophi & presertim Aristoteles  
de uniuersilibus senserint explicabimus breuius quo po-  
terimus. In secundo opinionem S.Tho. argumentis pro  
& contra declaratis. In tertio opinionem doctoris subti-  
lis Scoti cum suis principijs adaperiam. In quarto, men-  
tem nominalium reserabo: quibus omnibus quedam uti-  
lia & scitu digna pro ampliori consideratione istorum  
adiungam.

**F**uere quidam Philosophi, quorum princeps Heraclia-  
tus & Cratilus extitere, qui uniuersalia ipsa negauerūt,  
sola singularia profitentes ac subinde propter continuū  
motum & fluxum & instabilem conditionem rerum  
aliquid posse scire negantes: propter quod aiebant rerum  
ueritates non esse proferendas, sed citissime digito de ipsis  
rebus demonstrandas: ne prolationis mora ueritas ipsa la-  
beretur, eundemq; equum non intrare fluium & exi-  
re. quæ late omnia irridet & persecuitur Philosophus  
quarto Metaph. de quorum factio[n]e fuit Socrates Pla-  
tonis magister: atq; etiam Epicurus, hoc arguento (ut  
reor) freti: omne quod est, est singulare, & omne singu-  
lare est uariabile, ergo omne ens est uariabile, sed de nul-  
lo uariabili est scientia cu[m] debeat esse necessaria: ergo

nihil potest sciri. minorem possent isti probare ex sensu quia discursus satis notus est, maiorem possent probare sic ex sua secta. intellectus est sensus. ergo intelligibile est sensibile. et per consequens intelligibilia sunt mere sensibilia quare singularia. et sic nullum erit vniuersale tenebant. n. mentem esse potissimum sensituum vim. animaq; simul cum corpore perire atq; eam corpus subtilissimum esse. que ratio impulit Epicurum ( si uera sunt ea que illi Aristoteles tribuit) ut felicitatem in sensualibus poneret quandoquidem homo alia frui nequiret.

Hij vero quasmuis indigni sint qui argumento imitantur ipsa ratio clamat contra eos. nam cum naturalis appetitus non sit frusta omnesq; homines naturaliter sci- re appetant, scientia est sibi possibilis. sed non potest scien- cia esse nisi de vniuersalibus et impossibiliter aliter se ha- bentibus. ergo vniuersalia sunt. nam si non essent no- esset scienza possibilis.

Alij philosophi quorum primarij Epicarmus et Alci- mus fuere, quos Platoniam imitatus est, in contrariam sententiam declinarunt ut seruare possent possibilitatem scientiarum, ponentes quasdam formas indiuisibiles et incorruptibles et perpetuas quas Ideas uocabant a singulis rebus separatas. per quarum communicationem res singulares in determinata specie ponebantur, de quibus oes scientiales propositiones enunciabant et propter eas ne- cessarie siebant, falso cuiquam innixi principio, arguebat Plato sic, modus essendi correspondet modo intelligen- di sed possumus intelligere hominem sine indiuiduis et adhuc intelligimus. ergo tale vniuersale est sine singu- laribus.

Ad hec, q; est tale per participationem reducitur ad id quod est tale per essentiam. Sed iste homo est homo p par- ticipationem. ergo potest reduci ad id quod est per essen- tiā tale, sed illud est homo vniuersalis separatus. ergo talis reperitur in rerum conditione, prima harum ratio innititur cuidam modo philosophandi Platonis ab intelli- gibiliis ad sensibilia. Qui modus non minus tenebri- cosus q; incertus est. Hac opinionem Aristoteles pluribus in locis sue doctrine carpit ac irridet presentim septimo Metaph. vbicem euidentissimis impedit rationibus. quas breuitatis causa pro Metaphysicis cōsulto relinquio. Au- cīna tamen contra eum hanc commentus est facilem ratio- nem in Metaphysica sua. vniuersale quod intendimus (in- quid) predicatur de suis inferioribus quorum unūqua- q; est ipsum tale (non enim de illis prædicaretur nisi ipsa singularia in se quodammodo includeret). sed tale vniuer- sale predicatur de suis inferioribus. ergo non potest ponii ipsum separatum ab eis, ut Plato ponebat, hanc rationem in uirtute tangit Philosophus in p̄fato loco et plu- res alias quas si prudens lector profunde considerauerit statī iudicabit uel Platonē nō intelligi, uel ipsū euideret an- gustias pati, nisi velim? ipsū p̄interpretari, ut diu⁹ Au- gustinus ipsum interpretatur. sed abeat pietas ubi non, o- pus est charitas.

Adhuc etiam inter antiquos Peripatheticos est digla dia- tio. Quidam ponentes vniuersalia solum in intellectu dif-

ferentes a Platone qui realiter separatas a rebus sensibili- bus ponebat ipsa tamen in nobis congenita sive concreta nec per opus intellectus cōfecta. Adducētes pro se illud Aristotelis secundo de anima ubi dicit nos intelligere cum uolumus, quod non esset nisi vniuersalia nobis innata fui- ssent, sed his facile enunciariunt opinionem suam ad pauca respicientes non plene uidentes ipsum Aristotelem nec ipsam ueritatem, fatetur namq; expresse in fine secundi po- steriorum vniuersalia uenari in nobis et produci uia sen- sus et memoriae et experientie.

¶ Illud autem quod pro se adducunt uerum est. si in ue- ro sensu recipiatur, Intelligimus. n. cum uolumus singula- ri sensibilia, q; si hoc referant ad vniuersales cognitiones, quod non uidetur textui conforme, interpretabor sic tex- tum quod afferunt. Intelligimus cum uolumus. i. cum uo- lumus intellectum nostrum agentem qui est omnia facere ad illustrationem et denudationemphantasmatum con- uertere, diuersi et diuersi conceptus vniuersalium in nos- tro intellectu possibili pullulant et assurgunt.

¶ Alij uero qui intellectum agentem ab ipsa anima dis- cretum et distinctum posuerunt dixerunt vniuersalia ipsa in nobis desluere ab intellectu agente que ipse in- tellectus agens iam alias formauerat, sed isti pessime er- rauerunt tum falsum et prorsus a philosophia alienum assumentes, ut habeat videri tertio de anima. tum etiam q; non opus esset sensu aduenandum vniuersalia cum oppo- situm Aristoteles teneat.

¶ Quid uero Aristoteles princeps noster super hac re sen- serit paucis reserabimus. qui in plerisq; locis sue doctri- nae mentionem de vniuersalibus faciens mentem suam in aliquo patefecit, et in aliquo dubium reliquit, quod ergo ex ipso comperitur hoc est, q; vniuersale est unum in mul- tis et unum preter multa, unum in multis quia reali- ter non separatur a singularibus secundum esse reale, vnum preter multa, eo q; per actionem intellectus vniuer- sale habet fieri et considerari preter indiuiduantes condi- tiones. primum. s. q; vniuersale sit unum in multis in pri- mo libro posteriorum sepius repetit, dixit. n. vniuersalia non esse preter singularia quod intelligendum est secun- dum esse reale, et alibi vniuersalia non sunt monstra. q; si monstra non sunt, entia naturalia sunt hoc est ipsa sin- gularia realiter sunt, rursum in secundo posteriorum in- quid vniuersale produci uero nobis per uiam sensus expe- rientie et memoriae, quare tale vniuersale non est a par- te rei, ut ponebat Plato. Item in predicamentis destructis primis substantijs impossibile est aliquid secundarum sub- stantiarum remanere appellans ipsas secundas substatiās vniuersalia.

¶ Item primo de anima vniuersale inquit uiuum aut siq; aliud commune predicatur, aut nihil est aut posterius est, ubi Comēta hanc ponit intelligentiam commento. viij. non opinatur (inquit) q; definitiones generum et specie- rum sunt definitiones rerum vniuersalium existentium extra animam, sed sunt definitiones rerum particularium extra intellectum, sed intellectus est qui agit in eis vniuer- salitatem: Item septimo Metaphy. ex industria preten-

## PRIMA QVAESTIO

Ait Aristoteles id quod de alijs prædicatur uniuersaliter esse eidem cū illis nec esse separatum ab eis , multisq; rationib; probat non esse danda illa uniuersalia separata , vt ponebat Plato , quia tunc necessitatē diffinibilia nec prædictabili ut facilecui vis Aristotelem vel mediocriter callenti potest patet pateri . Sed q; illa vniuersalia debet ponere Aristoteles per opus intellectus manifesta est probatio , nā cū ipse fateatur scientiam esse pariter & scibilia , et scientia ut ipse inquit , primo posteriorum est de impossibilibus aliter se habere , & hec non sunt singularia cum circa haec non uersatur ars . sit ut scientia sit de vniuersalibus . Sed ista non sunt realiter separata a singularibus ut ipse ex p fesso probat in locis citatis ergo restat ut tale sumatur secundum opus intellectus , nam q; est , uel realiter est . uel secundū rationis artificiū est , & hoc in compitis est notissimum atq; hoc de prima questionis parte & articulo ,

**T**erumtamen cū ea quæ sunt ex ipso intellectus opere in multiplici sint differentia , ita ut quedam siant ex illustratione ipsius intellectus agentisphantasma ipsum denu dantis & abstrahentis ab ipso intelligibiles species iuxta antiquorum philosophiam , quedam vero sunt notiones sive intelligendastus qui & notitiae appellantur , quedam sunt (secundum alios) entia diminuta ex ipso intellectus opere resultantia . non satis compertum est inter recentiores peripatheticos utrum horum sit vniuersale & licet super hoc mēte Aristotelis ex antiquis patribus Boetio . The mistio . Alex . Aberro . facile vel diuinādo possem⁹ facile de cernere quod sufficeret si malitia temporis nō obstatisset . tamen ut tempori aliquid demus tēp̄stātem opinionum per celebriū doctorum trinæ classis breui⁹ & clarissimus quo poterimus in medium adducemus , ut questio quid est iuxta omnes vias facile dilucidetur ,

### Opinio sancti Thomæ.

**S**ancti doctoris opinio secundum nōnullos thomistas non multum differt ab opinione Scoti . Et de secundis intentionibus quasi eodem modo loquuntur sicut explanabitur in opinione Scoti , dicunt . n. q. prima intētio potest capi duplicitate uno modo pro abstracto , alio modo pro de nominato . pro denominato (inquiunt) est res pro ut habet esse cognitum in intellectu , non cognita sub aliq; proprie tate trivialiū scītariū grāmatice uellogicæ uel rhetorice . Sed pro abstracto dicunt q; est habitudo ipsius rei sic intellectus ad ipsum intellectū . Eodem modo dicendū est secundū eos de secunda intentione . Vnde secunda intētio pro de nominato est res sive natura intellecta ad aliud comparata secundum aliquā proprietatem Grāmaticam . Logicam uel Rhetoricā . Pro formalī vero est ipsa habitudo rei ut sic cognitæ ab ipso intellectu , quare consequenter ad haec dicendum esset q; vniuersale posset etiam capi pro substrato & pro formalī sive per se significato , & q; uniuersalit̄e pro per se significato erit quidam respectus denominās conceptum obiectiuū , qui conceptus a nōnullis thomistis forma specularis appellatur . dicunt . n. q. uniuersale nō possit esse ille conceptus obiectiuū per se , quia illud potius

est metaphysicum q; dialecticum vniuersale , nec etiā agregatum ex tali cōceptu & tali habitudine quia tale est ens per accidens & de illo non est scientia ut patet per Aristotelem . vi . Metaphysici . Restat igitur ut (secundum eos) habitudo illa fundata in illo conceptu obiectiuū secundum illam proprietatem logicam sit vniuersale logicum .

\* Ego tamen ( & si summopere velle tam celebres doctores nullam prorsus esse discordiā ) crediderim hanc pacem inter Thomam & Scotum non esse verā sed potius fictam nec ad mentem sancti doctoris , non n. puto secundum sanctum Thomam debere ponere aliqua intentio vniuersalitatis distinctā ab ipsa natura cōcepta more Scoto sed potius ( ut breviter me expediam in materia tam tediosa ) quia ex consideratione naturae reluctantis in specie intelligibili pro ut habet uniformem representationē ad omnia individua , resultat quidā conceptus obiectiuū habens certū modū quē non habet conceptus alius obiectiuū de eadē natura absolute fabricatus ab intellectu . quidē modus nō distinguitur a tali cōceptu , sed est ipsem cōceptū taliter se habēs quē i presentiā vniuersale appello , declaro illud sic , natura relucens in specie intelligibili potest cognosci dupliciter , uno modo absolute & isto modo natura sic cōcepta nullo modo est vniuersale nec potest esse , alio modo potest cognosci eadē natura pro ut habet uniformē rationē ad plura & tūc conceptus obiectiuū resultans habet rationē vniuersalis , quam distinctionē in fieri patebit de mēte sancti Thomae esse . Duo ergo oportet hic probare esse de mēte sancti Thomae q; illud q; vocatur vniuersale non sit relatio rationis distinctā a de nominato nisi forsitan secundū rationē , secundū q; illud tale a me signatum sit vniuersale .

**Q**uae duo simul sic probo , secunda intētio nō est relatio quae acquiratur distinctā a suo fūdāmēto realiter , sed est conceptus sic se habens , ergo probatur antecedens ex sancto Thoma opusculo . iij . inquit . n. q. nomē primā intētio nō est quod rebus imponitur absolute mediante conceptione qua fertur intellectus super ipsam rē in se . hoc est non sub aliqua proprietate Logica Grammatica &c . Sed nomen secunde intētio nō est quod imponitur rebus non secundū q; in se sunt sed secundum q; ipse res sub sunt intentioni quam intellectus facit & operatur , quod quidē nomē habet fieri mediante conceptione qua consideratur res in intellectu pro sic vel nō sic , ut diximus , quae declaratio satis conformis videtur esse diffinitiō secundū intentionis quae cōmuniter assertur ex sancto Thoma . videlicet esse secundariū conceptū quē habemus de re . Item sex ultimā prædicamēta secundum sanctū Thomā non dicunt relationē distinctā a fundamētis sed tantū modū se habendi rei . ergo nec in præsenti relatio rationis illa vniuersalitatis nō est quid distinctū a ipso obiectiuō conceptu , non n. videtur tā diminutū fuisse sanctū Thomā quā si secundā intētio nō vocaret illam relationē distinctā a cōceptu obiectiuō , q; quādo incidit sermo de illis non significasse illam relationē esse genus vel vniuersale presertim cum videatur subicere modū per quē insurgat talis relatio , sed conuerto me ad allegationem dictorū , habet sanctus Thomas

mas opusculo.ijij.de natura generis capi.vij.hec verba.natura p ut est in anima ratione vniiformitatis quam habet ad omnia sua singularia vt sic,nō multiplicatur in suis individuis, sed plures homines sunt unus homo & vnum animal,hoc.n.modo conuenit talibus esse genus vel species, si dicas q id debet intelligi pro denominato . Mirabile est hoc q ubi ipse loquitur ex professo de natura generis & eius quidditate nullā fecerit mentionē de hac secūda intentione. idem etiā sanctus Thomas capi. ix,circa finem sic ait,cū dicitur homo est animal si consideratur natura animalis absolute, sic non erit in plus animal q homo, sed si cōsideretur h.ec natura vt subiecta intentioni vniuersalitatis propter vniiformitatem quam accipit ab anima, sic erit in plus & cōmunius q subiectū de quo prēdicatur, & subiungit, simpliciter igitur accipiēdo animal, prie sic nō est prēdicabile, quia sic est prima substantia, sed accipiendo animal aut hominē sub intentione vniuersalis vt habet vniiformē rationē &c. Animal & homo dicuntur secūdē substātē, quare genus & species, si dicat aliquis has autoritates potius probare oppositū illius quod ego intēdo eo q in omnibus illis ponitur h.ec verba subiacere intentioni, ubi denotatur quodāmodo distinctio illius qd subiaceat, ab illo respectu cuius subiacet, videat qualiteridē sanctus Thomas. vij.Metaphysi.textu cōmenti. xlvi. qu.estio-ne.xx.declarat quid sit subiacere naturā intentioni vniuersalitatis, non.n.est subiacere alicui secūdē intentioni ut hi uidētur scotizare immo ipsam et cōcepta secūdū talem rationē est secunda intētio, inquit.n. (quasi pr̄evidens illū modū loquendi pluribus esse offidiculū) postq posuit similitē distinctionē cū pr̄cedēti subiacere intentioni vniuersalitatis nihil aliud esse q, animal aut homo consideretur ut unum in multis, ecce quomodo ipse conceptus obicitur sub tali cōsideratione productus est ipsūmet vniuersale. Item in tractatu de vniuersalibus habet h.ec verba, forma inquit illa (loquēdo de genere) est vniuersalis secūdū q, habet uniformē rationē ad omnia individua, pro ut est equaliter similitudo omnī & dicens nos in eorum cognitionem, Et adducit exemplū de statua, & in eodem capite diffiniens in quo stet unitas & ratio generis dicit in hoc stare quia genus significat formā nō determinante hanc uel illā. ubi manifestum est q nō loquitur de genere pro denominato cū inquirat propriā rationē generis, nec etiam hoc potest tribui illi secūdē intentioni nā illa nihil significat singulariū ipsius generis. Item quia comparatio quam facit de statua non potest cōpetere illi secundā intentioni, que nec simulachrū est nec imago.

¶ Ad propositū igitur. cū vniuersale nō sit secūda intētio nec(ut isti scotizāt) aliqua natura absolute considerata, restat vt sit nā cōsiderata pro ut habet uniformē rationē, nec valet q, quidā dicit q, illa natura potius cognoscitur esse genus q per tale habeat rationē generis, nā esto q, in specie intelligibili quodāmodo reluceat illa natura secūdū uniformē rationem nō tamē habet rationē generis logici, nisi illud esse cogniti quod habet talis natura fabri catum & productum sit ab intellectu secūdū illam vni formē rationem.;

¶ Sed ut amplius cognoscatur illud esse cognitū esse uniuersale, & modus etiā quo pducitur ab intellectu secundū istā uia, notabo aliquot passus p omnes libros sancti Thome dispersos ex quibū colligetur sancti doctoris intentione super questione hac.

¶ Primus est qui habetur apud sanctum Thomā prima parte questione.lxxxv.in responsione ad secundū argumētū ubi uidetur agere de intellectu quomodo se habet ad uniuersale,dicitur(inquit) uniuersale abstractum, duo intelliguntur, ipsa natura rei, & abstractio seu uniuersalitas, ipsa igitur natura cui accedit uel intelligi uel abstracti non est nisi in singularibus, sed hoc ipsum qd est intelligi uel abstracti intentionē uniuersalitatis est in intellectu, & vocat abstractere intelligere naturā specificam sine conditionibus individualibus & subdit, humanitas quae intelligitur non est nisi in hoc uel in illo, sed q, apprehenditur sine conditionibus individualibus quod est ipsam abstracti ad strahi ad quod sequitur intentio uniuersalitatis, accedit humanitati secundum q, percipitur ab intellectu: in quo est si miltudo speciei & nō individualiū principiorum, & ad ducit satis accommodam similitudinem, nam uisus noster uidet colorem pomi sine eius odore. Manifestum est q, talis color qui uidetur nō est nisi in pomo, sed q, sit sine odo re perceptus, accedit ei hoc ex parte visus in quantum in visu est similitudo coloris & non odoris, sic humanitati accedit intelligi sine individualibus conditionibus non ex parte rei, quia res non est sine illis, sed ex parte similitudinis in intellectu recepta, h.ec ille in virtute.

¶ Ex hoc passu habes q, natura humana & alia quecūq; specifica siue vniuersalis non separatur realiter a re, sed tātū per abstractionē & opus intellectus, habes etiā intētio nem uniuersalitatis sequi ipsam abstractionē, sed qualiter fiat h.ec abstractio secundū hanc uiam.

¶ Sit secundus passus ex eadem distinctione articulo primo abstractere(inquit) contingit dupliciter, uno modo per modum cōpositionis & diuisionis sicut intelligimus aliquid esse in aliquo uel esse separatū ab eo, alio modo per modum simplicitatis que in via Scoti abstractio precisiua solet appellari intelligēdo unum nihil cōsiderādo de alio. abstractere primo modo secundū intellectū ea que secundū rem non sunt abstracta non sit sine falsitate, sed secundo modo non habet falsitatem, & adducit analogiam quā pbat intentū, ut si dicamus colorem non esse in corpore colorato falsitas erit in dicto, sed si consideremus colorem nihil considerando de corpore, nō erit falsitas, sic dicit q, ea que pertinent ad speciem equi & lapidis possunt intelligi sine conditionibus individualibus absq; falsitate. Sed insurget aliquis, intellectus intelligit rem aliter q sit, & sub modo opposito siue conditionis quia cum nō sit separata illa natura intelligit esse separatam. ergo falsus est intellectus sic concipiendo. Ad hoc ipse respondet q, ly aliter potest referri ad rem que intelligitur & ad intellectum, si referatur ly aliter ad rem que intelligitur. sensus est q, aliud intelligitur q sit in re. Et sic falsus est intellectus, si autem referatur ad intellectum ita ut alius modus sit in intelligendo, q sit in essendo ipsa res, tunc male infertur

PRIMA QVAESTIO

quia tunc non est falsus intellectus. Sed de abstractione qualiter fiat in prefato articulo manifestat. (inquit). n. cū phantasmata non habeant eundē modū essendi cū intellectu et cum sint similitudines individuorū materialium, non possunt sua uirtute imprimere aliquid in intellectu possibili, sed ex conuersione intellectus agentis ad phantasma sic ipsum phantasma disponitur, ut resultet in intellectu possibili quādam species sive similitudo que est representativa illius quod representat phantasma, solum quo ad naturam speciei & subdit in sententia q. de ratione intellectus agentis in tali negotio sunt duo, illuminarephantasma hoc est reddere ipsum habile & dispositū ad hoc q. ex ipso species intelligibilis abstrahatur sicut n. pars sensitua ex coiunctione quā hēt ad intellectū efficitur vi ita dī cā uigorosior & maioris uirtutis ita phantasmata ex unione quā habent ad intellectum agētem & ex conuersione ipsius intellectus (vniūtūr. n. intellectui agenti contactu phisico quia virtus intellectus agentis attingit ipsa phantasmata) habiliora & maioris uirtutis redunduntur, aliud est abstrahere quod pertinet ad ipsum intellectū agentem in ordine ad species intelligibiles in quātū ex illuminatione intellectus agentis accipere possumus per intellectū possibilē considerationem ipsarum specierū sine individuā libis conditionibus quā intellectum possiblē in formēt hēc ille in sententia, & plura alia quā breuitatis gratia missafacio.

\* Ex hoc dicto habes multa primum, medu m abstrahens di quo abstrahit species secundum, qualiter id fiat absq; falsitate, tertium intellectus agentis officia in tali abstracione, quartum, & quod magis debet a te pōderari, q. uniuersale non est species intelligibilis sed natura accepta in consideratione ipsius intellectus possibilis in tali specie representata & relucente, atq; hoc idē dictū clariss & expressius idem doctor in secundo de anima super illo capite quod sic incipit (Sensitū autē prima mutationē &c. Dicit vniuersalitatis intentio aduenit naturae secundum q. abstrahitur a materia individuali non realiter inquit vt Plato, sed obiective apprehendens naturam præter esse individuale sine quo esse non potest in rerum natura hēc ille, vbi dicit naturam esse obiective in intellectu cōceptā. ¶ Tertius passus habetur ab eodem sancto Thoma. opusculo ij. lectione ij. qui exponens illud dictum Boetij uniuersale dum intelligitur & singulare dū sentitur sic ait, quia illa natura eadem quā erat individuata per materiam in singularibus hominibus efficitur ipsa uniuersalis per actionem intellectus depurantis & denudantis ipsum & conditionibus individuantibus, ideo ab ipso intellectu rationem vniuersalis ex predicabilis accipit. Et paulo post subiungit. hec autem similitudo & species existens in anima est una numero & singularis, ipsa autem uniuersitas eius nō est ex hoc q. ipsa sit in anima sed ex hoc q. cōparatur ab intellectu possibili ad multa singularia significata habentia esse uel opinata & eorum iudicium quantum ad ipsa est idem. & concludit non esse inconueniens q. illa similitudo sit res singularis & q. denominetur uniuersalis secundum q. habet & cognoscitur ba-

bere uniformem rationem ad sua singularia, ubi adducit exemplum de statua.

¶ Ex hoc dicto colligi potest q. uniuersalitas posterior est ipsa abstractione quam agit intellectus agens abstrahendo species.

¶ Sequitur secūdo q. ad q. hoc uniuersale resultet in intellectu, oportet q. illud qd̄ relucet i specie intelligibili cognoscatur notitia comparativa qua comparatur illud quod relucet ad ea quā representat secundum q. uniformiter partitur ab eis.

¶ Quartus passus est ipsius sancti Thomae in prefato opusculo lectione. iij. ubi inquit aliud est dicere animalinū tum animal, aliud est dicere animal in quātū uniuersale, nā animal in quantum animal, solum est forma intelligibilis secundum abstractionem de qua potest dici q. esse ei⁹ est prius uniuersale, sicut simplex est prius composito, q. ad bonū sensum intellige, & subdit animal igitur in qātū animal non est genus nec species uel unum nec multa, sed animal in quātū uniuersale, non est animal solum, sed est animal & aliquid non animal, quod dicit propter illū distinctū modum se habendi quem habet conceptus obiectus formatus ab intellectu notitia comparativa ut iam diximus in principio huius materie quem non habet quādo absolute consideratur & concipitur natura illi relucēt in specie illa. n. ut sic est animal in quātū animal uel homo in quantum homo. & sequitur, itaq; animal est tantum animal in se consideratum quod est secundum esse cognitum,

¶ Ex quo dicto eliciuntur etiam multa, primum q. hoc q. est esse uniuersale posterius quodammodo est q. consideratio ipsius naturae in specie reluentis, & q. esse ipsius uniuersalis presuppositum esse consideratum sive cognitum ipsius naturae.

¶ Infertur. ij. quendam neothericū thomistā a ueritate Thomae toto cōculo deuiasse cum dicat ex opere intellectus comparantis non fieri actū uniuersalis natura illa relucens sed cognosci illam naturam esse uniuersale, unde licet uerū sit q. in illa specie est representatio qua representatur omnia individua indifferenter & secundum uniformem rationem, tamen nisi intellectus cognoscat illā naturam non quomodocumq; sed cognitione comparativa in ordine ad sua singularia, nondum fabricatum est uniuersale logicum.

¶ Sequitur. iij. q. natura sic cognita per abstractionem ut humanitas, nec est una nec plures. nec est genus. nec species. ac si clarius dicere ut ex mente Avicene Ab Scotis dicitur, equinitas est tantū equinitas hoc corolla. aperte probat sanctus Thomas opusculo prefato in. iij. lectione, pro quo ostendendo sit

¶ Quintus passus ubi habet sanctus Thomas hēc uerba, si queratur an illa natura sic considerata ut cognita est, sit vna vel plures neutrum concedendum est, quia utruq; est extra intellectum humanitatis & utruq; potest accidere sibi, si. n. esset pluralitas de intellectu eius, nunq; posset esse vna cum tamen una sit secundum q. est in Socrate. similiter si vna sit de intellectu eius, tunc non posset plurimi

plurificari sed esset una & eadē sorti & Platoni, nam si esse in hoc singulari esset de intellectu eius, numq̄ esset extra hoc singulare, & fieri prout sic, non competeteret esse in hoc singulari, numq̄ esset in eo, & sic concludit q̄, non est de intellectu eius esse in hoc, vel non esse in hoc, quare homo in quantum sic, abstrahit a quolibet esse, & ylterius probat q̄ illa natura ut sic, non sit uniuersalis de se, quia ratio speciei uel generis non competit ei secundum eius absolutam significationem. si n. de intellectu eius esset uniuersalitas tunc in quocūq; inueniretur uniuersale, sed hoc est falsum quia in sorte non inuenitur aliqua uniuersalitas, sed q̄cūd in eo est, est singulare & individuale & concludit q̄ uniuersalitas accidit ipsi nature secundū intellectus considerationē, ex quo infert ipse causam qua rē hec ppositio sit falsa sortes est species, quae vera esset si homini in quantum homo cōpeteret esse species, quia quicqđ conuenit homini in quantum homo conuenit etiam sorti, addicit etiam post multa doctor sanctus vñū valde notandum. q̄ hec natura habet duplex esse, vnum in singularibus, aliud in anima. Et secundum utrūq; esse consequitur hanc naturā accidentia & predicata accidentalia, vñ de secundū primū quia est esse phisicū & reale ratione ei⁹ in quo est consequitur ipsam quādam prædicata per accidens vt q̄ hō est albus, homo est currēns uel legens. secundū hoc esse non potest dici q̄ ratio vniuersalis competat ei, quia non inuenitur in individuis secundum vnitatē ut sit unum quidconueniens omnibus, quod vniuersalis ratio exigit, & concludens ait, relinquitur ergo q̄ ratio generis uel speciei accidentis naturae secundum esse quod habet in anima & ponit exemplum de natura humana,

¶ Ex hoc dicto habes multa pulcherrima præter ea que iā collecta sunt, q̄ naturam humanā secundū esse cognitum, sequitur ratio vniuersalis.

¶ Habet ij. q̄ natura humana secundū esse cognitum, est homo in quantum homo absolute considerata sine comparatione ad individua vnde licet ipsa representet ex se vniiformiter omnia individua, tamen nisi cognoscatur ab intellectu comparative & non absolute in ordine ad individua nō cōsequitur vniuersalitas, & est simile, quia & si statua Herculis de se potest representare Herculem, tamen nisi sit cognita secundum comparationem ad Herculem quem representat, nullus erit in representatione actua respectus.

¶ Habet iiiij. q̄ vnitas uniuersalis est vnitas proueniens ab intellectu, & q̄ in re nulla est vnitas correspondens, q̄ talis ratio nunq̄ accidit naturae nisi secundum esse quod habet in anima, vt factus Thomas aperte testatus est, hoc quidē sanctus Thomas corroborat & testatur super septimo Metaphi. lectione xiiij. vbi notat q̄ vniuersale accipitur dupliciter uno mō, pro ipsa natura absolute considerata que est homo in quantum homo. & huic competit prædicari in quid & per consequens secundum hoc esse erunt diffinitiones, demonstrationes, & tandem omnia sciētia lia, alio modo inquit potest accipi in quantum est vniuersale id est in quantum natura prædicta accipitur cū intentione vniuersalitatis & secundū hanc rationem competit ei esse

genus & species, & vniuersale. que quidem ratio est in hoc q̄ intellectus illam formam accipit vt vna in multis, hac ille.

¶ Habes etiam ex doctrina illa, hanc non esse per se homo est vniuersale, & causa etiam quare hec sit falsa sortes est vniuersale, habes etiam differentiam inter Scotum & sanctum Thomā stando in hac nostra intelligentia, q̄ ille, vniuersale pro formalī appellat quādam relationem rationis realiter distinctam a natura illa secundū esse cognitum quod habet in intellectu, sed secundū sanctū Thomā est illud esse cognitū naturae reluentis secundū q̄ habet vniiformem rationem ad singularia differūt etiā, quia secundū scotū vnitati vniuersalis correspōdet alia vnitatis in re que est minor vnitate numerali, vt suo loco declarabitur, sed secundū hūc, non correspōdet illo modo, sed quāliter sibi correspōdeat vnitatis in re inferius dicetur.

¶ Colligitur vltimo vniuersale iuxta sanctū Thomā esse ens rationis quia siue capiatur, vt dicit aliqui, pro secunda intentione distincta ab ipso conceptu obiectivo eo modo quo Scotus ponit, ens rationis est, si autem capiatur pro conceptu obiectivo fabricato ab intellectu qui nil aliud est q̄ ipsa natura cognita comparativa notitia ut habet vniiformē rationem ad sua singularia, est etiam ens rationis, cum habeat esse totaliter ab opere intellectus,

¶ His habitus de mente sancti Thomae ponantur conclusio nes ad quesitum responsū, e quarū prima sit. Non est dabiliis aliqua natura a parte rei pluribus cōmunicabilis que habeat dici vniuersale in potentia remota rei singulari idē plūficata. hec conclusio est contra Scotū, quae sic pbatur auctoritatibus Aristotelis septimo Metaphi, arguentis contra Platonem vbi dicit, animal cōmune vel homo cōmuniis non est aliqua substantia in rerum natura, sed hoc habet forma animalis ab intellectu, quare a parte rei non est dabiliis talis natura. Itē Boetius super primo Perhierment as ait, quicquid est ideo est quia vnum numero est, sed ratione sic, quia uel illa natura distingueretur realiter, ab individuali vel ratione, non realiter quia iam incideres in opinionem Platonis, ergo distinguitur ratione, quare per operū intellectus, & sic realiter non est in re quod erat probandum, si dicas ut dici debet q̄ distinguitur formaliter, cōtra omne ens est reale vel rationis, ergo omnis distinctio est realis uel rationis probo consequētiā quia distinctio rerum sequitur modum essendi ipsarum.

¶ Secunda conclusio vniuersale non est conceptus formalis mentis representans plura singularia, hec conclusio aduersatur cōmuni schole nominalium quā sic suadeo, pro cuius suāfōne notant Thomistæ q̄ duplex est vniuersale, vniuersale in representando, & vniuersale in predicando, vniuersale in representando est id mediātē quo intelligimus vniuersaliter, & isto modo non negatur a conceptu isto formalī vniuersalitas, sed negatur ab eo vniuersalitas in predicando.

¶ Sed probō iam assumptum, Aristoteles habet vij. Metaphi. vniuersale nō est aliquid reale, sed conceptus formalis mentis est vera res, ergo non est vniuersale de quo loquimur conceptus ille, per hoc etiam poteris probare vniuersal-

sale non esse speciem intelligibent.

¶ Item non est dabilis causa cur notitia petri nō sit vniuersalis sicut notitia hominū nisi quia hoc significat vniuersale & illud individuum, sed non est dicendum qd significatur per notitiam hominū sit vniuersale existens a parte rei, quia incidit in errorem Platonis ergo quia significat vniuersale obiectum existēs i intellectu, sed ppter vnumquodq; tale & illud magis, sequitur, igitur qd illud vniuersale obiectuum erit magis & proprius vniuersale, sed quia h.ec ratio non probat plane veritatē huius cōcluſionis negatiue aliter arguitur, quia vel habendo cōceptū animalis habetur conceptus aliquā specierum vel non, si sic, igitur gen⁹ & species sunt idē cōceptus quod est falsum, si non poterit dari genus sine speciebus quod est falsum & impossibile, cum possit dari conceptus generi⁹ sine specificis.

¶ Tertia conclusio, conceptus obiectiu⁹ naturee relucen⁹tis in specie absolue fabricatus non est vniuersale. conclusio satis patet ex dictis sancti Thomae eo qd natura illa vt sic, neceſt vnum, nec multa, nec vniuersalis nec singularis, Item quia talis non est secunda intētio. ergo non est vniuersale, consequētia patet a superiori ad inferius negati⁹ antecedens est satis notum cum nō sit secundarius cōcept⁹ rei, appellatur tamen natura illa ut sic a nōnullis scotizātibus thomistis vniuersale in potentia propinquum, sed hoc non est ad meā opinionē, qd hoc poteris pbare illā specie nudam nō esse vniuersale de quo loquimur qd ex pfecto probat. S. doctor in prefacta distin.arti.ij.

¶ Quarta conclusio, conceptus obiectiu⁹ siue esse cognitum naturee relucens in specie causatus seu derelictus ab intellectu ex actu intelligendi secundū hanc rationē qd est vnum in multis & p̄ter multa est vniuersale formaliter, hec conclusio nō alia via suaderi potest nisi quia nō appet quid sit tale vniuersale, nisi dicas cū his esse relationem rationis distinctā a conceptu obiectuo ipsum conceputū obiectiu⁹ denominantē formaliter vniuersale quod non puto esse de mente sancti Thomae vt in principio vi⁹ sum est & i capite de genere ampl⁹ videbitur, atq; hoc de questione secundū hanc viā, quā lōgiſcale protractimus vt iam palam fieret in scholis opinio tam peripathetica que sub obscuris latebris versabatur.

¶ Vnum tamē oportet hic vt te non lateat qd quando audi⁹ in hac schola qd in abstractione vniuersalium sit abstractio p̄ter conditiones materiales, non intelligas qd sit abstractio hominis sine materia carne osse & quantitate, quia ista de essentia hominis sunt nec possunt ab ipsa abstracti, sed intellige qd sit talis abstractio & consideratio sine hac materia & sine hac carne & hac quantitate, hec n.sunt individuātia principia vt practicabitur in capi.de specie vnde hic quodām̄ fit abstractio secundū physicam compositionē in quo etiā stat bona pars differētia inter Scotū & sanctū Thomā. Nā Scotus abstrahit humanitatē a sorteitate a qua formaliter distinguitur, hic vero ab hac materia & ab hac quantitate &c.

¶ Nec debet alicui mirū videri qd in hac declaratiōe opinio nis sancti Thomae sic manibus & pedib⁹ a tramite cōmu-

ni deuinimus cū diffinitio Aristotelis ipsius vniuersalis quā dat secūdo posteriorū sic, est vnu in multis & vnu p̄ter multa, nullo pacto nisi obliquo & tortuoso sensu possit cōpetere relationi illi rationis quā isti vocat vniuersale p̄ formalī, nō n.p̄t prædicari illa secūda intētio de his respectu quorū dicitur vniuersale nisi ex toto recurras ad opinionē Scotti dicēdo qd nō debet exerceri per secundā intentionē prædicatio illa vniuersale sed per suū fundamentum qui modus exercēdi nūsquā fuit repertus apud Sanctum Thomā quod videtur mirū, cū illud sit vnum de necessariis ad tuendā imaginationem hanc, quare semper sto in dictis meis.

¶ Sed an ens sit vniuersale vel non secundū hanc viā, facilis est responsio, nam cū nō sit vniuersal secundū hāc viā non habebit uniformē rationē ad sua singula, & sic non est capax unitatis quam habet vniuersale, sed de hoc bactenus articulo,

### Opinio Scotti.

¶ Pro intelligentia opinionis Scotti p̄figēda sunt aliqua expulribus locis sue doctrine excerpta quae tanquā petitiones in hac doctrina debent supponi.

¶ Primum est vniuersale sicut & alia concreta tripliciter solet accipi, uno mō p̄ substracto sue pro subiecto denominato quod nominales materiale significatum vocassent quod est id cui applicatur vniuersalitatis intentio.

¶ Secundo modo accipi solet pro ipsa secūda intētione que in hac via vocatur per se significatū, quam nominales formale significatū ipsius vniuersalis appellassent quia est re luti forma denominans aliquā naturā secundū esse obiectuum qd hēc in intellectu dicitur secundū esse obiectuum, qd secundū esse reale natura non potest fundare in se secundū intētione nisi acquirat nouum esse per considerationem intellectus atq; ob id dicitur ab his natura illa vniuersale remotum, Sed de his ad Metaphysicum proprie pertinet tractare.

¶ Tertio solet accipi concretiue pro aggregato ex subiecto & tali intentione ipsum taliter denomināte, & hoc videtur esse ens per accidens. de quo ad nullum pertinet artificem tractare quia ex Aristotele sexto Metaph. de ente per accidens non habetur scientia propter defectum unitatis quia multa includit, haud dissimilem distinctionem potes facere iuxta huius doctoris sententiam de isto termino Album & de quocunq; concreto, hoc ad litteram ponit Scottus in logica sua quæstione quarta super vniuersalibus, & idem ponit secundo sententia distinctione tertia quæstione prima, etiam septimo Metaph. quod bene nota pro quocū qd vniuersali, ad dissoluendas autoritates in contraria adductas.

¶ Ex hoc apparet quanta sit connexio inter hos artifices quos Aristoteles generales vocat videlicet logicum & Metaphysicū nā fundamētū siue subiectū earū intētionum quas logicus per se considerat Metaphysici est perscrutari, licet non inquantum tale, quia ab ipso confideratur

ratur in quantum ens : a logico in quantum fundamen-  
tum . Quare non abs refit si aliquando (presertim  
huius doctoris uestigia in sequendo) metaphysica logicis  
miscebuntur . Hoc enim est quod Philosophus aiebat logicum & metaphysicum circa idem laborare , & Ane-  
cenna logicus considerat de secundis intentionibus adiu-  
atis primis maxime cum pro tyrunculis ad metaphysica-  
lia instruendis non omnino noceat uel prelibatiunculam  
de his degustasse .

¶ Secundum notabile . Duplex est conceptus , quidam  
tenens se ex parte obiecti qui obiectiuus appellatur ,  
Quidam tenens se ex parte intellectus qui formalis di-  
citur . Conceptus obiectiuus est ipsa res uel realitas con-  
cepta prout habet esse obiectuum in intellectu actuunque  
intelligendi terminat .

Conceptus formalis est notitia sive realis qualitas qua  
noster intellectus rem ipsam cognoscit & a qua for-  
maliter cognoscens denominatur . Hec distinctio com-  
munis est in via omnium realium : sed quod res secun-  
dum quod habet esse obiectuum in intellectu debeat ap-  
pellari conceptus . Commentator tertio de Anima com-  
mento . xviii . aperte testatur , dicens intentiones intel-  
lectus continuantur cum intentionibus imaginatis .

Hanc distinctionem conceptus ponit Scotus nono theore-  
mate , inquit enim conceptum dico qui actum intelligen-  
di terminat . Et infra exponens se ait . Conceptum dico  
omnem actum intellectus prout est in intellectu , non ut  
forma , sed ut actu cognito . Et subiungit declarans  
quod esse sit illud dicens . Hoc autem quod est esse in in-  
tellectu non est nisi haberet relationem actualiem ad intelle-  
ctum , ubi expressè dicit aliud esse formā quam intelligimus ,  
& conceptus quo intelligitur

¶ Rursus conceptus hic obiectiuus subdiuiditur in con-  
ceptum simpliciter simplicem , & conceptum non sim-  
pliciter simplicem .

Conceptus simpliciter simplex sic diffinitur a Scoto in  
primo , distinctione secunda , questione secunda , est ille  
qui non est resolubilis in alios conceptus , id est res uel rea-  
litas concepta in qua non includuntur aliqua que pos-  
sunt perfecte per se distinctas cognitiones terminare .  
esse nanque resolubile hoc pacto metaphysice , non est a-  
liud quam includere aliqua que possint separari in  
intellectione , id est quod unum possit perfecte cognosci si-  
ne alio , ut conceptus entis , & ultimarum differen-  
tiarum .

Conceptus non simpliciter simplex per oppositum diffi-  
nitur , qualis est conceptus humanitatis & animalitatis &c . Sed quia hoc quod est esse resolubile presupponitur  
& dicit ordinem ad compositionem , sit notabile tertium .

¶ Duplex est compositio , Physica & Metaphy . Com-  
positio Physica est compositio ex re & re , realiter di-  
stinctis (ad bonum sensum ) ut compositio que reperi-  
tur in entibus naturalibus , similiter & in artificiali-  
bus , ut Sortes est compositio Physica , quia componi-  
tur ex corpore & anima : que acceptio vulgaris est

& nulli ignota .

¶ Compositio autem Metaphysica , est compositio ali-  
quarum entitatum que idem significantur realiter & ta-  
men quilibet illarum per se proprie & perfecte po-  
test distincte cognosci : Sicut in albedine ante omnem  
actum intellectus ex ipsa rei natura aliquid est re-  
peribile quo sit color . & aliud per quod differat ab  
alijs coloribus , esto quod in tali non sit compositio  
rei & rei . Hec autem entia realitates nuncupantur ,  
quia aliquo modo habent aliquid commune cum rebus que  
possunt separari realiter . Sicut enim due res possunt  
seorsum distincte cognosci conceptu proprio ita & illa  
realitates possunt cognosci per se ab intellectu per-  
fecte immutabili , deficiunt tamen a conditione re-  
rum : quia ille ualent per se discrete & separatim  
existere . hec uero non propter idemperitatem realem  
quam habent cum tertio quod Metaphysic . compo-  
nunt , & quia nullum eorum per se est ens .

Modus autem imaginandi istarum realitatium hic est:  
nam in A. albedine aliud est reperibile quo sit ens ,  
& illud entitas appellatur . Aliud quo sit color ,  
quod coloreitas appellatur . Aliud quo sit albedo , quod  
albedinitas dicitur . Aliud quo sit hec , quod generali  
nomine hecitas nuncupatur .

Inter hec autem imaginatur Scotus quod ex ipsa rei  
natura est ordo prioritatis & posterioritatis , secluso  
intellectus opere , eo quod primum competit albedini  
esse colorem quam esse albedinem : itaque si per possi-  
ble semoueretur ab ipsa id per quod est color , non sub  
inde semoueretur id per quod est ens .

Habent se etiam hec realitates per modum contrahen-  
tis & contrahibilis , sive per modum actuabilis &  
actuantis . Habet enim unaquaque harum realita-  
tum (seclusa hecitate ) in illo priori nature , an-  
tequam contrahatur ex se indifferentiam ad esse  
in hoc uel in illo : adueniente tamen posteriori reali-  
tate contrahitur ad esse in hoc uel in illo determi-  
nante , ac subinde aliquo modo perficitur : ut realitas  
illa per quam albedo est color , in illo priori natura  
antequam sit albedinitas de se est indifferentia ad esse  
in hac specie uel in illa , adueniente tamen albedine-  
itate coarctatur potentialitas sive indifferentia illa , &  
determinatur & perficitur esse in hac specie sic ut non  
possit esse in alia . Proportionabiliter dic de albedinitate  
in ordine ad hecitatatem .

¶ Nec irrideri debet opinio hec quia his uocabulis  
barbaris utatur , multoties nanque ipse Aristoteles fin-  
git uocabula que non sunt imposita gratia explicatio-  
nis conceptuum .

Adde etiam quod Boetius Peripatheticorum Latinorum  
princeps , senatoria gravitate praeditus editione secun-  
da , secundi Perihermenias his uocabulis utitur , Pla-  
tonitas , inquit , incommunicabilis qualitas est , quo  
in speculationibus tradendis nemo extitit nec gra-  
uior , nec eleganter : quare non est mirum , si his uoca-  
bulis

cabulis Scotica utatur schola: præsentim cum in his que super rerum omnium disquisitione traduntur, non exquisitæ orationis lepos, sed incorrupta ueritas ex primenda est.

**T**Alia est compositio per celebris ab huius opinionis principe imaginata, ut compositio ex positivo & priuatiuo. Sed hanc missam faciamus tanquam proposito im pertinentem.

Ex quo sequitur, quod soli deo repugnat h.ec compo sitio metaphysica cum in ipso nequeat esse potentialitas ppter suam infinitam perfectionem.

Sed quia consideratio h.ec compositionis nequit fieri si ne abstractione

**T**Notatur quarto duplēm esse abstractionem: Diuisiua, quod idem est ac si per propositionem negatiuam: unum ab alio remoueras. Precissua est cognitio qua intellectus cognoscit unum sine alio, quod alio modo est idem cum ipso: ut cognitio qua cognoscitur homo nihil considerando de eius individualibus conditionibus, nihil remouendo ab ipso. Et omnino eodem modo hic dicendum est sicut annotatum est in opinione sancti Thome de abstractione hac dupli, quam Aristoteles aliquo modo expressit secundo Physicorum: quando dixit abstractentiam non est mendaciū, quod intellige de secunda abstractione que fit sine compositione & diuisione.

At cum compositionem Metaphysicam eiusq; considerationem distinctio formalis maxime committetur

**T**Notatur quint oīn hac uia: quod sicut plures sunt gradus idemperitatis, ita sunt plures gradus distinctionis. Sunt enim aliqua tanta idemperitate idem, ut nec ratio ne distinguantur. Alia que ex natura rei sunt idem, distinguntur tamen ratione: ut homo & humanitas præcidendo ipsum a ratione suppositali, sunt alia que non sunt ex natura rei idem: ut Sortes & Plato, rationalitas & animalitas. Sunt ergo ut ipsos gradus distinctionis ordinantur duo gradus precipue distinctionis, rationis uidelicet, & ex natura rei: illa distinguntur ratione que distinguntur per operationem intellectus negotiantis uel comparantis unum in ordine ad aliud: sicut homo & humanitas, sapientia & sapiens in diuinis: que non differunt nisi penes concretum & abstractum: quam abstractionem intellectus facit nulla posita differentia in re, nisi intellectu negotiante: pariter in hac propositione, Sortes est Sortes, Sortes est cognitus ut subiectum differt a seipso Sorte cognito: ut prædicatum ratione.

**V**Ulterius distinctio ex natura rei habet sub se multos gradus: scilicet. Distinctionem formalem, Distinctionem realē, Distinctionem essentialē, Distinctionem se totis obiective, Distinctionem se totis subiective. Illa distinguntur se totis obiective quibus non est communicabilis idem conceptus quidditatius, ut due ultime differentiae.

Illa vero subiective que non conueniunt in aliqua realitate existente in eodem subiecto: ut Sortes & Plato,

nec coincidit h.ec distinctio cum reali: quia aliquid distinguitur realiter ab alio & non se totis subiective, ut materia & forma Socratis, & tamen non distinguuntur se totis subiective.

Distinctio essentialis est distinctio eorum quibus eadem essentia numero non communicatur, ut inter Sortem & Platonem, albedinem & parietem, Quæ distinctio in creaturis eadem est cum reali distinctione: sed in diuinis ut constat, longe differt ab ea, habent se ergo si cut superiorius & inferius.

**D**Distinctio realis uenari poterit ex idemperitatis realis descriptione, quam ipse met Scotus ponit tertia quæstione, primo sententiārum: articulo tertio: ubi dicit id esse idem realiter alicui, quod est omnimoda contradictione illud esse sine hoc: quam descriptionem intellige, dummodo alterum illorum non sit relatio uel deus uel pars alterius. H.ec diffinitio Aristotelice innititur doctrinæ quiseptimo Topicorum capitulo primo dicit, faciliter destruit problema de eodem & diuerso, per uiam contradictionis ut si queratur an Sortes sit Plato, facile destruitur per uiam contradictionis sic: Sortes in A. tempore est in quo non est Plato: ergo Sortes non est Plato. Illud idem assertum iste doctor quolibet articulo tertio, inquit enim, uniuersaliter id quod conuenit alicui, sic q; est omnimoda contradictione illud esse sine hoc, illud est illi idem realiter, & per oppositum diffinit distinctionem realē: inquit enim quando est omnimoda contradictione unum esse sine alio, tunc distinguntur realiter, per quod concludit ibidem similitudinem non distinguiri realiter ab ipsa similitudine: & similitudinem distinguiri realiter ab albedine.

**D**Distinctio formalis (cuius occasione omnia ista declarata sunt) nomen habet a forma ipsa derivatu. Vbi breuiter nota, quod forma dicitur multipliciter. Uno modo communiter pro altera & principali parte composti, siue sit composite per se siue per accidens: ut forma substantialis respectu rei naturalis, que a Scotistis appellatur forma partis. Alia est forma que a Scoto in tertio sententiārum distinctione secunda, articulo tertio, forma totius appellatur: que nihil aliud est quam natura uel quidditas alicuius rei, ut humanitas & equinitas: Sed quod hec natura siue quidditas totius possit & debeat appellari forma & nomen hoc non sit preter Aristotelis doctrinam. Patet ex Aristotele septimo Metaphysicoru, secundo cap. ubi Aristotle loquens de causa, ut Argyropili habet translatio postq; enumeravit omnia genera causarū sic dicit. Atq; eorū quædā sunt ut subiecta ueluti ptes, quædā ut quidditas totū inq; cōpositio est atq; forma. Hec ille, ut humanitas dicitur totius forma nō q; ipsa immediate materiā informet & perficiat: sed quia suppositū ipsa natura quidditatius est hō sicut forma substantialis sensitiva materia est & dicitur animata: in quo satis uidetur differre forma partis & forma totius inter se. Differunt etiam quia forma partis dicitur terminus formalis generationis. Forma uero totius dicitur terminus comple tus &

tus & ultimatus ipsius generationis: ab his tamen non sumit nostra distinctio nomen.

Alio modo sumitur forma metaphorice & translatione sumpta ab his pro quacunque ratio ne obiectuali potete ex se terminare actum intelligendi atque ipsum mouere quae appellatur formalitas in hac via: & sic solet diffiniri:

Est ratio obiectualis potens ex natura rei esse tertium alicuius noticie: esse autem rationem obiectualem non est nisi aliqua realitas que est in potentia proxima ad terminandum actus intellectus, que pro tanto forma sua formalitas dicitur, quia sicut forma naturali cognoscitur res Physica cuius naturae sit. Ita per realitatem sua formalitatem cognoscimus: cuius quidditatis compositum metaphysicum est cuius talis realitas est.

Nec hic curio ponere differentiam inter formalitatem, quidditatem, & realitatem: & si realiter in hac via sit dabilis differentia, sed uno & generali nomine eas confundam, de quibus forsitan postea. Dicitur ergo talis distinctio formalis, quia semper cadit inter formas tertio modo dictas, ut iam declarabimus.

Distinctio ergo formalis sue, ut proprius ipse Scotus loquitur, non idempsitas formalis ex idempsitate formalis habet cognosci, cum rectum sui index sit & obliqui: quam posuit huius sexte principis in multis locis sue doctrine: ut in primo: distinctione secunda, questione septima. Et in eodem, distinctione octava, questione quarta: inquit enim sic primo loco.

Voco autem idempsitatem formalem, ubi illud quod dicitur sic idem includit illud cui sic est idem in sua ratione formalis, & per consequens per se primo modo. Et in secundo loco citato, declarans quid sit includi in sua ratione formalis dicit. Includere aliquid formaliter, est includere aliquid in sua ratione essentiali. Et declarans ulterius quid sit ratio formalis: subiungit id esse quod si distinctio incidentis assignaretur inclusum esset distinctio incidentis, uel pars distinctios eius.

Ex hoc licet elicere distinctionem distinctionis: Illa distinguuntur formaliter, quando illud quod sic est distinctum sic se habet in ordine ad aliud ad quod est distinctum quod non includit ipsum in sua ratione formalis. Alio modo & clarius ponitur distinctio modo loquendi consueto, quae etiam de mente Scoti esse uidetur: Est distinctio aliquarum duarum formalitatium que sunt in tertio idem realiter habentium ex se quod predicata contradictoria uerificantur de illis. Per hoc quod dicit duarum formalitatium, ponit differentiam inter distinctionem formalem & realem: dixi quae sunt idem realiter ad differentiam distinctionis realitatum, quae in diversis suppositis reperiuntur: que distinctio reduci potest ad se totum subiectum, per ly habentium ex se ponitur differentia inter humanitatem sortis quam tu concipiis obiectum, & ego concipio, supposito quod ego

iam applicauerim secundam intentionem speciei, & tamen non: iam de ipsis uerificantur iste: hec humanitas est species: hec humanitas est non species: sed quia hoc fit ex ipsa intellectus uirtute, & non est ex ipsa realitate natura: non dicuntur distinguui hac distinctione. Similiter homo & humanitas prescindendo a supposito de illis praedicantur ista predicata abstractum & non abstractum: & quia hoc est per opus intellectus negotiantis non arguit in his distinctionem formalem. Sed quod hec distinctio sit ad mentem Scoti, patet ex verbis allatis, ex quibus cuius facile inferet hanc distinctiounem quae data est. Item etiam in primo, distinctione secunda, questione septima, postquam posuit distinctionem rationis inquit: Alia est maior distinctio in intellectu concepiendo duobus actibus duo obiecta formalia, & hoc siue illis formalitatibus correspondant diversae res, ut intelligendo hominem & animalium, siue intelligendo colorem disgregatum uisus. Si dicas quod ibi loquitur de distinctione ex natura rei, hoc est falsum: ut in toto processu quem ibi facit patere potest. ubi uenatur nomen huic distinctioni: Nec renuit quod appellatur distinctio formalis, quamquam censeo melius appellari posse non idempsitas formalis: sed hoc intellige ibi probare de paternitate & essentia diuina, nam in alijs realitatibus rerum creatarum nihil prohibet tale non idempsitatem distinctionem formalem appellari.

Colligitur ex mente Scoti quod duplisper potest dici aliquid esse idem formaliter alteri, vel quia includens aliud formaliter est eius distinctio, uel pars distinctio eius. Fit etiam ut ratione unius secundae partis omne superius sit idem formaliter inferiori, atque per consequens non distinguui formaliter.

Colligitur etiam ut duplex sit distinctio formalis. Quædam mutua quæ propria est: quædam non mutua.

Distinctio formalis mutua est quando inter formalitates est talis habitudo, quod neutra aliam includit in sua ratione formalis ut inter animalitatem & rationalitatem.

Altera est non mutua, quando una illarum includit in suo conceptu formalis aliam, uel in sua compositione metaphysica, sed non econtra, ut humanitas & animalitas. Corollarium patet: quia quod modis dicitur unicæ contradistinctorum dicitur & reliquum.

Fit etiam ut iuxta mentem Scoti possint dari aliqua quæ sint idem formaliter, & tamen de eis praedicata contradictoria possint uerificantur, sed illa non sunt idem idempsitas formalis propriæ dicta. Illa enim est impropria idempsitas formalis, quæ prouenit ratione secunde partis distinctionis idempsitatis formalis, ut patet de humanitate & animalitate. Quare ista potius dicerem ex mente huius doctoris distinguui formaliter quam esse idem formaliter, eo quod secundum istum doctorem in primo, distinctione tricesima, questione quarta, duo sunt effectus huius distinctionis formalis. Unus, quod si distincte conciperentur ab intel-

PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS

**L**e<sup>t</sup>tu: perfecte immutabili assignaret illis distinctas definitiones: qui effectus competi animalitati & humilitati. Alius effectus est, quod si illa que distinguntur formaliter distincte concipientur, habebit intellectus ex se unde formet hanc propositionem negatiuam. A. non est. B. si ly. a. & b. sunt nomina illarum realitatum que sic distinguntur. Vnde per hos effectus ex mente Scotti deriuatos satis patet distinctionem illam ultimo datam esse satis ad mentem Scotti, atq; humanitatem & animilitatem distingui formaliter, nec parui facias haec doctrinam, & si ex mente Scotti hucusque non sit deriuata, quia multū facit ad ret intelligētiā ad explodendum contradictionem in Scoto.

**S**ed quod h.eo distinctio non sit preter Aristotelis doctrinam ut multi existimant: nec omnino contra rationis principia, autoritate & ratione sic illam suadent autores & fautores huius sectae, & presertim Franciscus de Maronis in suo cōflatū & in formalitatibus. Habetur ex Aristotele in Predicamentis capite de qualitate, quod idem calor numero qui est de prima specie qualitatis ut est dispositio, est de tertia ut est passibilis qualitas: ergo de mente eius est quod unus & idem calor numero pertinet ad duas species, & hoc non esset, nisi in tali essent distincte nature que possent habere distinctas definitiones si cognoscerentur: ergo est distinctio plus quam rationis in aliquibus que sunt idem realiter, quare est distinctio formalis.

Item tertio Physicorum ait, Actio & passio cum idem significant realiter in numero, habent tamen quod querat alterum & alterum distincta. Ex qua autoritate argue ut scis ad propositum.

Item quarto Metaphysicorum textu commenti tertio: Ens & unum sunt una natura, distincta uero ratione quidditativa. Item tertio de Anima, Aliud est magnitudo, aliud magnitudinis esse.

**Q**ue autoritates non possunt intelligi de distinctione reali, ut constat, nec de distinctione rationis. Nam quando aliqua distinguntur quidditativa, non distinguuntur solum ex intellectus opere: nam cum quidditas sit proprie de numero obiectorum precedentium operationem intellectus non fit ab intellectus opere: quare non est omnino imaginatio hec preter Aristotelem, ut quidam male asseuerant.

**N**ec est tam difficultis intelligentie imaginatio hec, ut articulus trinitatis, ut multi nominalium dicunt: nam ille a nemine hominum pro hoc statu intelligitur: hoc uero quamplurimi intelligunt: atque ut ostendatur eius non repugnantia, accipe hanc rationem: in albedine que nullam compositionem physicam admittit secluso intellectus opere aliquid est reperiri quo est color, aliquid quo est albedo, aliquid quo est h.eo. Que si distinirentur, distincte assignarentur distinctiones: quae res sunt distincte quidditatis: & sic maiore est ibi q; distinctionis rationis, & non est distinctio realis, postq; sunt unum realiter ut constat, ergo media quadam distinctione distin-

guntur, quam licet appellare formalem.

**E**t confirmatur, in ipsa albedine aliquid est quo conueniat cum alijs coloribus, & aliquid est quo differat ab alijs, sed hoc non potest esse unum & idem omnimoda idemperitatem, cum non possit esse unum & idem principium conuenientie & differentie, ergo ibi sunt aliqua aliquo modo diuersa, sed non realiter ut constat, nec ratione, cum ante opus intellectus sit in albedine id quo conueniat, & id quo differat, ergo media quadam distinctione distinguntur, que formalis est. Hanc eandem distinctionem concedit in diuinis Ochan, & dicit se concedere illam propter fidem.

Scotus tamen in diuinis & in creaturis eam concedit. Dicit enim in primo Sententiarum, questione tricesima tertia, quod ea que distinguntur quidditativa, non distinguntur tantum ratione: sed in uno & eodem reperiuntur distincte realitates, ergo distinguuntur plus quam ratione, quare cum idemperitate numerali concedenda est distinctio formalis secundum Scotum, esto quod ipse non uideatur probare in exemplis suis nisi in diuinis.

**D**ubititas autem qualiter diffinitio & diffinitum distinguuntur, an distinguuntur formaliter an ratione? Resolutio communis Scotistarum est, quod distinguuntur formaliter, & probant sic, nitentes illud trahere ex Aristotele & Scoto quod quid est alterius extremi est medium in demonstratione potissima ex Aristotele primo Posteriorum, igitur altera premissarum, id est maiornon differt a conclusione, iuratione distinctionis & diffiniti: sed ex re ipsa ante opus intellectus illa premissa est evidens intellectui & conclusio non: ergo ex re ipsa aliqua non idemperitas est inter diffinitum & distinctionem, alioqui ex natura rei id est demonstrat & non demonstrat, quod est contradictione. Hanc rationem ponunt illi.

**H**ec ratio est ipsius Scothi in primo: distinctione secunda, questione secunda, qua probat ipse Scotus conceptum distinctionis distingui a conceptu diffiniti, & ad hoc propositum est satis efficax, retorta tamen ad presentem difficultatem non est tanti uigoris. Posset enim dici, quod licet conceptus obiectivus distinctionis differat a conceptu diffiniti penes hoc quod clarius & distinctius ipso representet id quod utrumque habet representare: hoc tamen non sufficit ad presentem distinctionem formalem inferendam nisi illa differentia proueniret in diffinito & distinctione ex parte alicuius realitatis inclusae in uno que non est in alio, quam non video.

**Q**uare existimarem Scotistas hos magis hoc tenere, ut consequenter loquantur in via sua, quam quod ex principijs Scotti possint illud deducere: cum enim teneant quod totum physicum distinguitur realiter a partibus simul sumptis, uidentur sibi consequenter loqui: si compositum ipsum metaphysicum ponant distinctum a suis partibus simul que importantur in distinctione

nitione, inter quæ cum non cadit distinctione realis putat debere cadere distinctione ex natura rei, ut enim hēt Aristoteles in proœmio physicorum sustinet nomen, id est diffinitum in ordine ad distinctionem quod totum in ordine ad partes, ergo diffinitum cū sit totū, & distinctione sunt eius partes distinguuntur inter se ex natura rei, sicut totum physicum a partibus.

**S**ed consequenter ad Scotum (licet sit quodammodo de nomine questio) non abs re diceretur stricto modo inter distinctione & diffinitum non esse distinctione formalē, eo qd idē importatur in ambobus licet diuersimode. Quæ quidē diuersitas cū dicat ordinē ad intellectū quia stat in hoc qd unum magis qd aliud representet (esto qd ex opere negotiativo ipsius non proficiscatur) talis diuersitas appellari posset distinctione rationis.

**T**um etiam quia ex uerbis ipsius Scoti in prefatis iam locis, illa sunt idem formaliter, quorum unius diffinitio est alterius diffinitio, quod contingit in proposito, operat te tamen si uelles sustinere hoc, imaginari alium nouum modum distinctionis rationis, sed questio est de nomine atq; de hoc hactenus.

**D**istinctio ex natura rei est distinctio aliquorū, siue rerū siue realitatum quæ nata sunt ex se esse fundamenta cōtradictionis, i.q. prædicata cōtradictoria uerificetur, & intellectus opere secluso. Hec diffinitio clarior est ex precedenti distinctione quam quæ explicatione egeat. Ex qua habes hanc distinctionem communiter competere omni distinctioni quæ non est rationis. Nec placet ponere alium gradum distinctionis distinctum a distinctione reali & formalē: tunc quia non contrauenimus Scoto, tum etiam quia omnis distinctio realis uidetur quod sit distinctio ex natura rei, si ipsum uocabulum pōderes: quare distinctio ex natura rei superiorius quoddā est ad distinctionē realē & formalē: atq; p hoc resciduntur multi processus inanes importunorum Scotistarum.

**R**ursus aduerte sexto quod duplex est in hac via intentione prima & secunda. Quæ diuisio similis est nominalium diuisioni, qui diuidunt terminum in terminum prime intentionis & secundae. Vnde Scotus habet in secundo distinctione uicesima tercia, questione prima, hoc uocabulum intendere a quo intentio derivatur: nil aliud significare quam in aliud tendere, quodquidem potest intelligi dupliciter. Uno modo large, alio modo stricte. Large tendere in aliud, nihil aliud est quam tendere in aliquod obiectum uel terminum, siue illud quod tenditur ducatur ab illo obiecto uel termino, siue libere tendat & ducat se in illud: & isto modo cuiuslibet potentia siue rationalis siue brutalis erit in aliud tendere. Alio modo strictius & proprius capitur tendere propotentia tendente in obiectum libere ducente se in in ipsum obiectum. Quo modo sola potentia rationalis dicitur tendere: quia sola illa libere tendit. Sed hoc de nomine, est ad rem tamen deuenientes.

**P**rimaintentio, ut Scotus habet in primo distinctione uicesima tercia. Est conceptus qui natus est causari circa rem immediate sine opere uel actu intellectus ne-

gotiantis. Et hoc capiendo rem largissime, ut non tam tum se extendat ad rem realem & postiuam, sed ad realitatem & priuatuum. Per hoc quod dicit Scotus circa rem, uolunt aliqui Scotisti ponere differentiam inter conceptum obiectuum & primam intentionem dicentes quod prima intentione est esse cognitum quod habet res sub aliqua particulari ratione, ut sub ratione hominis uel animalis: taliter ut sit in potentia proxima ad fundandam secundam intentionem: conceptum uero obiectuum inquit ad plura se extendere. Inquit enim extenderet se ad rem prout habet esse obiectuum in specie intelligibili, & prima intentione ad ipsam rem prout habet esse iam cognitum, ita quod se habent ut superiorius & inferius. Sed quicquid sit de hoc cum audis in distinctione Scoti conceptum, intellige obiectuum siue primam intentionem & non formalē. Et ratio mea est: quia, ut constat ex Auctoren dicto logica tractat de secundis intentionibus adiunctis primis, ergo secundæ intentiones in primis debent fundari: sed non fundantur nisi in esse cognito ipsarum rerum, ergo tale esse cognitum erit prima intentione. Dicitur a Scoto, qui fit circa rem, quia non requiritur quod sit aliquius rei realis, sed alicuius realitatis in ipsa existens, dicitur siue opere negotiativo intellectus, ad differentiationem secundarum intentionum, que habent fieri per opus negotiatuum intellectus ut postea dicitur. Ex hac distinctione sequitur quosdam Scotistas contra suum principem facisse locutos: dicentes primam intentionem esse relationem rationis terminatam ad rem cognitam.

**S**ecunda intentione sic diffinitur ab eodem Scoto loco prefato. est relatio rationis pertinens ad extremum uel actum intellectus componentis uel diuidentis uel saltem conferentis unum ad alterum.

Per extremum propositionis intelligit ipse subiectum & prædicatum uel partes eorum. Vel ad actum componentis, id est uel pertinens ad propositionem uel affirmatiuam uel negatiuam: Vel saltem conferentis, id est uel est actus sequens aliquam collationem uel compensationem intellectus. Vnde per primam partem huius longe distinctionis non uoluit insinuare nec diffinire Scotus tantum substantiam diffiniti: sed etiam circa ea quæ habet causari ipsa secunda intentione: nam per hoc quod dicit extremum propositionis, includit Scotus qd fundamentum secundæ intentionis potest esse terminus incomplexus secundum quod nomen est. Talis enim constituit propositionem ut Aristoteles. fatetur includit etiam ea quæ possunt esse fundamenta secundæ intentionis que est formaliter uniuersale. Per aliud quod dicit, uel actum intellectus componentis uel diuidit. &c. insinuauit harum secundarum intentionum ipsas propositiones & orationes quæ sunt actus & intellectus diuisiui & compositiui posse esse fundamenta: & tandem per materiam & fundamentum quod designauit, dedit nobis intelligere quod omnia illa in quibus fundantur secundæ intentiones debent habere aliquam



## PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS

translatitiam significatione ad nomina primarum intentionum: sed clarus ex hac diffinitione poterit hec praesens diffinitione elicere. Secunda intentio est relatio rationis causata seu derelicta per actum comparatiuum intellectus comparantis primam intentionem in qua fundatur in ordine ad aliud sub aliqua proprietate triuialium scientiarum, logicae, grammaticae, uel rhetoricae: ut si postquam animal cognouerim, comparem ipsum animal cognitum in ordine ad hominem secundum p[ro]p[ter]e continent ipsum in sua representatione cōsurget in alii secundū esse cognitum secunda intētio a qua formaliter ipsum animal denominetur superius, & generaliter qualis fuerit illa proprietas sub qua sit collatio ab intellectu talis assurget secunda intentio. Prima particula huius diffinitionis ponitur loco generis: omnis enim secunda intentio est relatio rationis & non econtra, ut patet derelationibus rationis que cōsurgunt in intellectu mediante simplici actu cognitiō. Per hoc q[uod] dicit mediate comparatiuo differt secunda intentio a relationibus rationis que habet esse mediate actu simplici. Per hoc quod dicit sub aliqua ppriete differt ab alijs relationibus rationis que possunt fieri mediante operae comparatiuo intellectus, sed non sub ppriete: ut si cognouerim Socratē in ordine ad Platōnē secundum quod nō est idem realiter cum illo relatio que causabitur ex tali cognitione non erit secunda intentio.

¶ Pro quo aduerte q[uod] intellectum dupliciter contingit operari: uno modo intelligendo simpliciter & absolute aliquam rem. Alio modo intelligendo aliquid in ordine ad aliud: & hoc dupliciter. quia uel intelligit comparatiue sub proprietate triuialiū scientiarū. Vel cōparatiue si ne tali ppriete: sed sub alia puta trāscendentali. Primus actus appellatur actus simplex, secundus & tertius comparatius: sed de his comparatiuis primus est qui ad hoc negotium conduceit. Si enim comparetur animal ad hominem sub hac ratione q[uod] unum est alio communicabilius nō cōsurget ullo pacto secunda intentio.

¶ Oportet insuper aduertere q[uod] ad hoc p[ro]p[ter]e secunda intentio cōsurgat, oportet quod comparatio illa sub qua debet cōsurgere sit uera, hoc est q[uod] sit sub aliqua ppriete que uere competit uel possit competere prime intentioni que cognoscitur comparatiue: nam si tu compares conceptum animal, sub hac ratione quod adest & abest subiecto, que non est proprietas eius sed accidentis, non cōsurget intentio generis, quia non uere comparasti: quia igitur collatio habet fieri sub proprietate: & hec proprietas maxime in diffinitione importatur, generaliter comparatur prime intentiones ad sua significata per diffinitiones logicales tanquam per medium ad suum terminum, sic p[ro]p[ter]e resultant hec entia rationis in uniuersum.

¶ Ex his omnibus sequuntur multa hanc materiam aparentia. Primo sequitur quosdam Scotistas male locutos fuisse non ponēdo distinctionem rationis inter subiectum & prædicatum huius sortes est Sortes, cū id ad litterā fatur Scotus in prefata diffinitione.

¶ Infertur Secundo male chimerizasse Franciscum de Maronis in suo conflatu super primo sent. dis. xxij. q.

prima dicentem secundas intentiones esse quasdam aptitudines ex natura rei, conuenientes quiditatibus secundum esse obiectuum.

¶ Sequitur tertio alios Scotistas male Scotizasse cum assūgantes de more Stotice disciplinæ instātia nature & originis. inter ea que requiruntur ad secundas intentiones p[ro]ducēdas. In secundo instanti nature sive originis posuerunt intellectum agētem, cum secundum ueriorē & comuniorem doctrinam diuinus intellectus (qui potest cauare huiusmodi secundas intentiones & alios respectus) nō distinguatur in intellectum agētem & possibilem. Item quia dubium est an uoluntas possit huiusmodi secundas intentiones producere & ex sua operatione derelinquere. Deficiunt etiam quia iam q[uod] numerant tam prolixē precedētia ad secundam intentionem omittunt sensus exteriores cognitionem a quo omnis nostra progreditur cognitio. Sed dimitto hos ipsis cimeris tenebris obscuriores.

¶ Sequitur quarto has secundas intentiones nunq[ue] fundari in primis secundum esse cognitum.

¶ Sequitur quinto hanc propositionem esse in rigore falsam, secunda intētio est. Corollariū patet, nam secunde intentiones nō habet uerius esse quam ea quibus attribuuntur sed ea quibus attribuuntur habent tantum esse cognitū, ergo non habet uerum esse: sed propter esse tantum cognitum, quod habet res in intellectu non conceduntur in rigore propositiones de est secundo adiacēte, quia iste non conceduntur, Adam est, Rosa est in tempore hyenis ergo nec h[ec] debet concedi in rigore secunda intētio est: Nec inconuenit q[uod] de his secundis intentionibus habeamus ueram scientiam, esto quod non existant cum de rosa in hyeme id contingat.

¶ Ex hoc sequitur has secundas intentiones proprias non inherere alicui, nec proprie esse in aliquo subiecto: quia ad hoc quod inheret requiritur quod ipse existat: quare Averinna quando dixit secundas intentiones primis ad iungi, non intellexit de propria adherētia: sed adiunguntur, eo q[uod] quasi subiective sunt in primis intentionibus uel denominant ipsas.

¶ Sit etiam secundas intentiones non posse mouere intellectum de se ad causandū partialiter sui noticiā, cū motio & productio sit uerus actus entis realis, quare qui oppositum sustinet, dant nobis modum quo possimus substituere Antichristum & chimeram posse modo aliquid causare, quod non minus impossibile uidetur quam ipsa chimera.

¶ Sequitur ultimo, quod esto quod p[ro]p[ter]e se non mouant, cī non repugnet ipsas aliquomodo intelligi, cognoscētur a posteriori: & ex consequēti ratione primarum intentionum in quibus fundantur, & hoc ratione aliquarum proprietatum reptarum in talibus primis intentionibus in quibus h[ec] virtualiter continentur.

¶ Sed arguit aliquis contra hos ex mēte Scotti: nam cum ipse dicat intentiones causari ab intellectu sequitur quod si sunt effectus per se cause uere realis maiore entitatē habebit secunda intētio a sua causa q[uod] a suo fundamento quare corollariorum processus totus ruit.

¶ Argumentū hoc licet non sit tā magni momenti ut aparet ad infirmādum quod iam bene dictum est, inuoluit tamē bonam difficultatē, an videlicet secunda intētio proprie ab intellectu pducatur vel potius derelinquatur ex opere ipso intellectus. super hac difficultate ut siue argumētis procedamus placet mihi opinio Aureoli & aliquorum Scotistarū dicētum secundam intētione non proprio pducit sed derelinqui potius ex cōparatione quae dicta est. Primo quia omne genus relationū videtur potius extremitatis positis derelinqui q̄ produci. Secundo quia si produceretur ab intellectu aut per actū intelligendi, aut per aliquem aliū actū intellectus, nō primum, quia illo actū nihil producitur cum ipse sit finis ipsius potētiae ut Scotus tenet in i. distinctione ij. questione. et ij. nec secundū, q̄a maxime esset ille actus collactiuus, sed hoc non, quia queror an ille actus sit productiuus vel non, si sic cum omnis actus productiuus in intellectu nō sit productiuus nisi actū intelligēdi vel speciei intelligibilis ut Scotus habet in i. distinctione ij. questione. vij. & viij. ergo illo actū non producetur relatio si des secundū q̄, non est productiuus ille actus collactiuus. ergo quomodo mediante eo producitur aliquid non videtur.

¶ Sit notabile. vij. & vli: mūnū dupliciter dicitur aliquid cōmunicabile, uno modo vt quod, alio modo ut quo. cōmunicabile ut quod appellatur a Scoto aliqua natura sic se habens q̄ ipsa est ipsum cui cōmunicatur, & ē diffinitio Scotti in primo distinctione ij. questioe. vij. & in ij. distinctione. xxij. questione vñica quae sic intelligitur, est natura quedam quae q̄tum est de senō repugnat esse idē pluribus copulatiue vt humanitas.

¶ Communicabile ut quo est forma (large capiēdo formā) qua aliquid est tale. & talis forma non est ipsum realiter quod mediante ipsa est tale, ut forma substāialis est cōmunicabile vt quo materia & cuilibet supposito quia mediā te ipsum suppositū vel materia est talis, non tamen est ipsum suppositū nec ipsa materia sic informata. Similiter & albedo est cōmunicabile vt quo. i. est forma qua median te paries est albus nō tamē est paries albus.

¶ Ex quibus apparet quamlibet formant artis & formā quae physice rem ipsam componit, siue faciat ens per se siue ens per accidens esse cōmunicabilem vt quo. Sequitur amplius humanitatē Christi respectu verbi diuinissimē cōmunicabile vt quo, cum sit forma quedam qua verbum diuinum est tale & non est ipsum verbum diuinum realiter. Sequitur etiā quālibet formam totius quae in hac via natura specifica est & generaliter realitatem esse cōicabilia vt qđ, quālibet enim illarū sic se habet q̄ ipsa aliquid est tale & ipsa est ipsum tale. Animalitate namq̄ sortes est animal & animalitas est ipsem sortes.

¶ Sequitur amplius q̄ si in rigore capiantur hæ diffinitio nes. nequit idem esse cōmunicabile vt quo & cōmunicabile ut quo, corollarium patet ex ultimis particulis diffinitionum quae sibi iniucem repugnant. nam si humanitas socratis est cōmunicabile ut quo, illa est ipsem socrates, et si illa est vt quo illa nō est ipsem socrates ut patet ex diffinitione, modo ista pugnant ex diametro.

¶ Nec obstat q̄ Scotus dicat in locis citatis q̄ quelibet natura est utroq; modo cōmunicabilis vt quod, & ut quo, quia illud sano modo debet intelligi. dicetur n. humanitas Socratis cōmunicabile ut quo pro quanto humanitate sortes denominatur homo, sicut dicimus q̄ Albedine sortes est albus, ex eo q̄ uidetur esse similitudo inter formam partis & formam totius quia sicut albedo est quo partis albi, ita humanitas uidetur q̄ si id quo mediante sortes sit homo. Sed cūm uniter loquentes aliam dant diffinitionē videlicet. Cōmunicabile ut quo est id cui non repugnat quantum est ex parte sui denominare plura copulatiue, ut hæc albedo, secundum quos oportet fateri cōmunicabile ut quod esse cōmunicabile ut quo, nisi facias uim in illo quod dicitur in diffinitione de denominatione: referendo illud ad denominationē accidentalem, quod pro libito est. sed hoc ad no men stat.

¶ Exurgit tamen ex dictis statim scrupus quia non repugnare esse idē pluribus copulatiue presupponit q̄ illud cui hoc non repugnat non sit de se hæc & singulare, cum ergo natura diuina sit de se hæc & singularissima nō potest esse cōmunicabilis ut quod pluribus copulatiue quod est error, cum uere & realiter ipsa sit cōmunicabilis imo cōmunicatur, est n. id quo pater est deus, & filius est deus. & est ipsem pater. & ipsem filius,

¶ Hic quidam iuniores distingūt, q̄ dupliciter est aliquid cōmunicabile ut quod, uno modo per idem pītātē, alio modo per indifferentiam. per idem pītātē est sic esse cōmunicabile q̄ pluribus actū cōmunicatur manens vnum & idē cum quibus idem pītificatur realiter, atq; hoc modo sola cōsentia diuina dicitur esse cōmunicabilis, quia una & eadē indiuisa manens tribus personis cōmunicatur & est idē illis realiter ratione suæ infinitæ perfectionis.

¶ Cōmunicabile per indifferentiam non est nisi natura de se indifferens, hoc est non magis apta ad esse in hoc individuo q̄ in illo, ut humanitas quae quātū est ex parte corporis que includuntur in sua essentia non habet maiorem aptitudinem ad cōtrahī per sorteitatem q̄ per Platoneitatem. sed postq; vni cōmunicatur non potest alteri cōmunicari, quod habet natura illa ex parte contrahentis magis q̄ ex parte sui, propter quod quelibet natura creata cōmunicatur cum diuisione ita ut in uno individuo posita tota liter remoueat ab alio. Ad propositum igitur, quādo natura est cōmunicabile per indifferentiam, tunc quia cōmunicatur cum diuisione non est de se hæc, quia quicquid est de se hoc est res singularis, modo singulare non potest diuidi, sed cōmunicabile per idem pītātē eo modo quo diximus quia cōmunicatur sine sui diuisione non amittit suam singularitatem per communicationem qua cōmunicatur, & sic patet obiectio solutio.

\* Ex hoc sequitur in rigore loquendo, non posse id quod cōmunicatur per idem pītātē esse cōmunicabile per indifferentiam, q̄ si aliquando Scotus dicat q̄ quelibet natura est pluribus cōmunicabilis per idem pītātē illud intelligit de natura que est cōmunicabile ut quod ad bonū sensum, ex eo quia quelibet natura cōmunicabilis ut quod idem pītificatur realiter, cum eo cui cōmunicatur,

PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶ q̄ ista que dicta sunt de hac cōmunicabilitate sunt de mente Scotti patet, nam ipsem. Scottus quasi respondens ad hanc eādem obiectionem que facta est de essentia diuina ponens differentiam inter naturam creatam & incretam inquit, q̄ natura creata propter suā imperfectionem non cōmunicatur sine diuīstione sui. Et hinc dicit ipse q̄ tot quod sunt supposita sunt humanitatis, nō tamē (inquit) sic contingit in essentia diuina: que propter suā perfectiōnem infinitam manens vna & individualis cōmunicatur his quibus cōmunicatur. Et sic clare sequitur nostra responso quando dicebatur q̄ illud quod debet cōmunicari nō debet esse de se hoc intelligebatur de cōmunicabilitate que fit cum diuīstione qualis est in naturis creatis. Hoc idē videtur beatus Augustinus. viij. de Trinitate capi. vi. senti re q̄ essentia diuina non sit genus nec species probat per hoc q̄ genus & species multiplicantur in suis individualiis, ita q̄ si sint tres equi tria animalia sunt. Et si sint sortes, Plato, Cicero, etiam tres homines sunt: ita vt multiplicatis individualiis multiplicentur species, non sic autē est in essentia diuina quādō cōmunicatur, quia multiplicatis personis non multiplicatur essentia, quod dictum bene nota pro hac opinione.

¶ Ex reali & Metaphysica cōmunicabilitate vt quod, & vt quo. originatur alia geminata cōmunicabilitas logica lis vt quod & vt quo. Vnde cōmunicabile vt quod secunde intētionaliter potest dici nomen quod prædicatur de aliquo in concreto dicens essentiam respectu illius de quo prædicatur, vt in his prædicationibus lapis est corpus lapis est substantia, vbi vnumquodq; illorū prædictorū pot dici cōmunicabile vt quod. Cōmunicabile vero vt quo logice erit nomen quod prædicatur de alio accidentaliter & de nominative vt in his sortes est albus verbum diuinum est homo, nec obstat q̄ res significata per prædicatum sit ipse met sortes, quia licet sortes sit talis ratione albedinis non tamen est sortes ratione ipsius albedinis.

¶ Ex his sequitur q̄ omne illud quod cōmunicatur vt forma partis sive perficiat id cui cōmunicatur sive non . erit cōmunicabile vt quo. Primum ponitur propter formas cōmunes tam substantiales q̄ accidentales. Secundum propter benedictam humanitatem Christi que nullo pacto p̄ficit ipsum verbum sed ab ipso potius substentatur, quia illi modo speciali vniuitur.

¶ Habet etiam ex hac norma dicendi rationē illius percep̄bris dicti in hac schola propter quod & quo standū est in quo. i. quando est questio propter quid aliquid est quod sive tale, & volterius queratur de illo quo mediāte quo illud est q̄ stādū est in quo. i. dicēdū est q̄ illud quo se ipso est tale. Exemplum est clarum de re alba & albedine. nec est par ratio de quo & de quod quantum ad sistendum in interrogatiōe. nam regula Scotti est satis cōmuniis apud Scotistas, quando aliquid est quod sive talia. Signabile est quo i. formā qua mediante illud denominetur tale. que vide tur esse causa tante multiplicitatis rerū in via Scotti.

¶ His habitis & declaratis ad questionem positam iuxta hanc viā responderetur per tres conclusiones insequens mēbra primi notabilis quarum Prima.

¶ Dabilis est aliqua natura a parte rei que ab aliquibus Scottis vniuersale in potentia remota appellatur seclusio omni opere intellectus, quod est dicere dabilis est aliqua natura communis a parte rei que quātum est de se nō considerādo ipsam vt est idem cum differentia individualiata est pluribus cōmunicari cōmunicabilitate dicta in ultimo notabili. qualis est humanitas, Illa. n. licet sit idem realiter cum petro tamen si prescindas illam differentiā in individuali petri inuenies eam aptam natam ad esse in petro & Iohanne quātum est de se & pro vt sic, q̄ finō cōmunicatur Iohanni, est quia coarctata est a differentia individuali ipsius petri ratione cuius ipsa humanitas nequit simpliciter cōmunicari.

¶ Hec cōclusio quia Metaphysica est & si presenti proposito deseruies brevibus medijs sic corroboratur. habet philosophus x. Metaphy. q̄ in omni genere est dabile aliquid quod sit mensura contentorum sub tali genere vt in genere animalium homo penes cuius accessum & recessum p̄fectio talium inferiorum mēsūretur. Et in eodē libro capitulo tertio inquit q̄ mēsūra & mēsūratum debent esse similia & eiusdem generis, & insuper probat ibidē philosophus q̄, alicui vni conuenit ratio mensura. Ex his omnibus formatur hec ratio. homo est metrum & mensura ceterorū animaliū. ergo competit sibi ratio mensura ratione alicuius vnitatis, probatur conse quētia per ultimū dictū Aristotelis. Et antecedens etiam notum est per prium dictū, tunc vltra sed non competit homini ratione individuali quia illud non est mensura aliorum individualiū sive speciei, nam, vt habet ipse Aristoteles. iiiij. Metaphy. in individuali eiusdem speciei non est hoc prius illud vero posterius, quod est dicere non est ordo essentialis, necerit mēsūra propter vnitatem rationis & conceptus quia iam si conceptus esset mensura vel aliquod fabricatum a ratione mensura & mensuratū non essent cōgenita. i. eiusdē generis. Restat igitur q̄ sit mensura ratione vnitatis nature in omnibus hominibus, quare assumptum q̄ datur & liqua natura. &c.

¶ Secundo sic argumento communi, magis cōueniunt sortes & Plato q̄ Sortes & Brunellus. ergo aliquid est eis cōmune quod non est Sorti & Brunello. Et non videtur quid nisi natura specifica cōmuniis. ergo a parte rei est talis. Si dicas Sortem & Platonem magis cōuenire q̄ Sortes & Brunellus in conceptu quidditatuo, contra, præter omne opus intellectus Sortes & Plato magis cōueniunt. ergo conceptus quidditatiū non est id solum in quo cōveniunt. Si iterum dixeris eos plus cōuenire quia possunt causare conceptum eiusdem speciei quē non possunt causare Sortes & Brunellus, semper arguam procedendo & inquirendo quare Sortes & Plato possint, & non Sortes & Brunellus, et tandem deuenias ad aliquod commune quod est intentum.

¶ Tertio sic, obiectum adequatum sensus est color, & non est hic color singularis quia de alijs ab hoc colore potest visus habere sensationem. ergo natura coloris in cōmuni & hoc præter opus intellectus, igitur.

¶ Quarto & ultimo sic, præter opus intellectus aliquid est reperi

est reperiri in albedine quo est hec. ex aliquod est reperi ri quo sit albedo distinctum aliquo modo ab alio, & illud quo est albedo est natura communis .igitur, sed probatur maior q. illud sit aliud & aliud, nam preter opus intelle ctu vnu est pri nā alio. ergo distinguitur ab alio, natura si omnino esset idem illud quo est hoc & illud quo est albedo, non esset hoc prius illud vero posterius, quare se quitur q. quicquid est in rerum natura non est formaliter singulare & sic datur aliquid communem.

**E**x declaratione conclusionis simul cum probatione qui libet vel mediocriter eruditus poterit diuinare q̄tum distet Plato & Scotus in hac positione naturarū cōmuniū, nam Plato (si vera sunt que de illo dicuntur) ponet quasdam formas realiter separatas a singularibus, vnde hominib⁹ singularibus ponebat hominem communem, & pro equis singularibus equū cōmūnem & vniuersalem, per quorū participationem individua illorum habebant tale esse speciū. ita vt vna & eadem idea pluribus individuis eiusdem specie cōmunicaretur non faciendo vnum cū illis. Scotus autem non ponit illas separatas ab individuis, sed quā libet naturam esse idem realiter cum sua individuo, distingui tamen formaliter ab illis, vnde quodlibet individuum in se vlt sic, continet suam propriam naturam sed quilibet natura cuiuscunq; individui vt prescinditur & consideratur sine conditionibus individuantibus illa dicitur cōmūnis omnibus individualiis per indifferentiam vt dictū est.

**Q**ware cum audis in hac schola q. est dabilis aliqua natura a parte rei non intelligas q. sit aliqua natura p̄pter illam que includitur i individuo. Sed quelibet natura cuiuslibet individui habet hoc q. considerata vt dictum est, habet aptitudinem sive non repugnantiam Metaphysicā ad hoc q. possit pluribus cōmunicari eo mō quo dictū est.

**H**abes etiam ex prima ratione q. datur aliqua unitas minor unitate numerali secluso opere intellectus que ab Scoto appellatur unitas realis naturae ex eo sic vocata quia tali aliqua conueniunt in specie.

\* Sequitur etiam q. natura illa ut sic considerata sine hęc citate, non est vna numero perse sed tantum per accidens ratione differentiae contrahentis. Quod Auicenna videtur insinuare illo dicto cōmuniissimo. v. Metaphy. equinitas nec ex se vna nec plures nec vniuersalis nec particularis. i. non ex se una unitati numerali, nec plures ex se pluralitate opposita illi unitati ad huc sensum q. sit plures res numero distincte, nec vniuersalis, intellige actus sicut vniuersale fabricatur ab intellectu vt paulo post videbimus, Et licet ipsa aparte rei non sit sine aliquo istorum saltim de per accidens, tamen merito dicitur q. de se non est talis quia in illo prior naturae quo precedit ipsa natura differentiam individualiū ipsa natura non est magis in hoc individuo q. in illo, nec est de se magis particularis q. vniuersalis, in quoquidem prior illa natura appellatur a metaphysicis quod quid est & obiectum ipsius intellectus per se. & illa est que diffinitur in definitione quidditatis, & ratione quidditatis sic accepte accipiuntur propositiones in primo modo dicendi perse, quia vt abstractur talis natura ab il

**L**a differentia individuali posteriori sensibilis dicitur affirmata

tive vere & per se nisi quod includitur in essentia istius qd ditatis, & addit ad hoc etiam ipse Scotus in ij. distinctione, iij. questione. s. q. nō solū natura de se ad extra habet talem indifferentiam sed & ipsa pro vt habet esse obiectum intellectu & intelligitur nō est de se vniuersalis: licet vniuersalitas sit modus quo ipsa cognoscitur. & subdit in sententia q. talis natura potest intelligi cōceptu Metaphysico mediante quo cognoscatur illa cū illa difference cōmunicabilitatis & vt cognoscitur vt sic, est apta nata de pluribus predicari & fundat in se secundam intentionem speciei. quod bene nota pro aliquibus qui dicunt fundamentū proximum secundae intentionis esse naturā relucē tē in specie intelligibili, & adiungit comparando naturā cōceptā ad se ipsam naturam pro vt est ad extra dicens, q. si cut quando est in intellectu illa natura secundum illam conceptionem Metaphysicam: non est magis de se vniuersalis q. singularis & sicut ipsa quando reluet in specie habet verū esse intelligibile, ita illa eadē naturā a parte rei habet verum esse reale & de se non repugnat esse sine suo cōtrahente sed habet illam indifferentiam ad quodcuq;. & in voluit etiam (aliud licet verbis suboscuris) q. sicut illa natura quando est obiectum conceptus habet unitatem indifferentię quia de se non magis intelligitur sub ratione vniuersalitatis q. singularitatis. ita ad extra illa natura habet illam indifferentiam & unitatem que ab ipso appellatur unitas naturae, hoc in sententia Scotus in prefato loco cōsiderans verba sic prolixè allata sunt quia non est passus in libris sentē. vbi apertius & prolixius insinuat suam intentionem Scotus circa propositam conclusionem. q. si arguas Scotum in hac sua sententia Auicenæ cōtrauenire eo q. cōcedit talem naturā a parte rei habere unitatē & etiam in intellectu quod Auicenæ videbatur negare in prefata autoritate ad hoc respondetur. Auicenam nil aliud velle habere quando dicit q. illa nō est vna, nisi q. illa in suo cōceptu quidditatis non includit unitatē ita q. hoc propositione natura humana est vna non est in primo modo dicendi per se. Scotus vero concessit talem naturam habere unitatem tanq; passionem consequentem ipsam. & in secundo modo dicendi per se.

**S**equitaretiā ex dictis q. humanitas sortis & Platoni distinguntur numero nō de per se sed de per accidens, corollarium patet quia eodem modo distinguntur numero quosunt vnum numero. sed unaqueq; illarū est vna numero de per accidens eo q. humanitas sortis & ipse sortes sunt vna res. igitur.

**S**equitur etiā ex Auicenæ dicto humanitatem de se non esse generabilem nec corruptibilem sed tantū per accidens.

**P**atet insuper q. in animalitate (si aparte rei natura genericā ponatur) est minor unitas q. sit unitas specifica. & generaliter hoc dicatur de qualibet natura magis cōmunicabili. eo q. talis unitas maiorem secum compatitur diversitatem q. unitas specifica, & hoc est quod dicebat philosophus in vii. physicorū in generelatent multa.

**E**x illo etiā Auicenæ dicto infert Scotus in primo sententiā distinctione. v. questione. s. q. in ultimata bstractis nibil predicatur de sic abstracto: nisi idem de eodē,

PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

eo q̄ equinitas est tantum equinitas, & vocat vltimatam abstractionem eam quae fit a supposito in his quae pertinent ad predicamentū substantie, & in his quae pertinet ad predicamentū qualitatis, vltimatam abstractionem vocat ea nō quae fit a subiecto tātu sed quae ab individuo q̄ litatis fit, & in relationibus non tātu eam abstractionē quae fit a subiecto & fundamento: sed quae fit ab individuo talis generis. & tandem illud est vltimata abstractio ne sumptum quādo quidditas sive realitas cuiusvis genere sumitur & consideratur sine omni eo q̄ sit extra rationem & quidditatem eius. quam regulam oportet intelligere in bono sensu. videlicet quando illud quod vltimate abstractur non est formaliter nec permisive infinitū, vocant autem infinitatē permisiū quā habet natura quae est entitas in cōmuni quia permittitur sibi ut tanq̄ per modos intrinsecos veniat ad ens infinitū quare iste concedūtur apud hos essentia diuina est bonitas. esto q̄ sit predicatione vltimate abstractorū. intelligitur etiam quando fit abstractio in terminis positivis & iportatib⁹ formalitatē ex natura rei. eo q̄ iste omnes conceduntur humanitas distinguitur formaliter ab animalitate. humanitas est cōmunicabilis. quibus limitationibus non currunt argumenta. Ochā nec Francisci de Maronis nec aliorum multorum.

¶ Ex hac declaratione sequuntur aliqua magis aperientia materia presentem. Primum est q̄ hæc abstractio sive consilio separatiua intellectus nō fit ab in hærentibus tantū sed ab includentibus. i. ab his quae realiter idēptificātur.

\* Sequitur etiā q̄ nō oportet intelligere in regula de predicatione formalis ut patet ex limitatione ipsius regulæ. quia tunc non oportueret limitare regulam, hoc n. est falsa in predicatione formalis essentia diuina est bonitas, sed debet intelligi de idempatica predicatione: ratio quare in sic vltimate abstractis idē de codem non verificatur adhuc in predicatione idempatica, non videtur esse alia nisi quia per tales abstractiones tales realitates considerantur ut separatae realiter a supposito, in quantū considerantur sine illo. ratione cuius idempitatis illa videbantur esse vnum, & quia quādo alterum extermorum est formaliter vel permisive infinitum non tollitur illa ratio idempitatis vnius realitatis ad aliam eo q̄ de natura infiniti est omnem realitatem secum positam realiter sibi idempificare: manet semper (esto q̄ vltimate abstractantur) ratio veritatis talium propositionum, & hæc est causa quare aliquæ propositiones conceduntur in predicatione idempatica & aliquæ negantur in his vltimis abstractis qd̄ bene nota.

¶ Quo fit, ut hæc sit falsa humanitas est animalitas, q̄a per talē abstractionē tollitur ratio idempitatis.

¶ Fit etiā hæc predicationē ē verā idēptice humanitas est entitas eo q̄ entitas permisive est infinita ad sensum datū.

¶ Sequitur etiam hæc esse verā humanitas est animal propter rationem quā dedimus regule.

¶ Sequitur ultimo q̄ hæc probabiliter pōt negari hæc humanitas est humanitas, quia humanitas in cōmuni que iportatur in predicato cū pro ut sic nullum singulare cōcernat: nō videtur q̄ possit predicari nisi de se ipsa, sed dicere q̄ humanitas ut sic predicatur de hac humanitate:

est dicere humanitatem vltimate abstractā predicari de a liquo cuicōmunicetur quasi per modum formæ in hæren- tis, qd̄ nō includitur in illa natura ut sic.

¶ Sed insurget cōtra hæc peritus quia quādo dicitur q̄ equinitas est tātu equinitas. i. q̄ nō est de se vniuersalis nec singularis, vel ly equinitas supponit personaliter, vel sint plūciter, si primum falsa est propositio quia si personaliter supponit debet fieri verificatio pro supposito & sic est falsa, si simpliciter. ergo pro conceptu. ergo capitul illa cōmuniter quare non habet de se illam indifferētiā datam.

¶ Obiectio hec p̄ter morem loquēdi realium procedit, breuiter tamen respōdeo ad illā q̄ illa p̄positio debet capi in hoc sensu de equitate ut sic indifferēter pōt predicari, esse vniuersale & esse singulare. & ille actus signatus q̄ ponitur in ly p̄dicari debet explicari per duos act⁹ exercitos vbi in uno equinitas habeat suppositionē simplicem & in alio psonalem, primus actus exercitus erit per hæc equinitas est vniuersalis, vbi ly equinitas supponit similitudinem quā predicationem accipias in sensu denominatiuo, secundus actus exercitus erit hic, equinitas est singularis vbi equinitas supponit personaliter, & ne tibi videatur hoc nouū accipe hic analogiā, hæc est vera in via realium de homine verificatur vox & currere, non tamen secūdūcēdāns suppositionē, sedly p̄dicari qui est actus signatus exerceri debet per duas videlicet homo est vox & homo currit in quarum prima subiectum supponit materialiter & in secunda personaliter.

¶ Secunda conclusio vniuersale in potentia propinquā hoc est proximum fundamētū vniuersalitatis est illa cādē natura de qua loquuti sumus secūdūm q̄ habet esse cognitum & consideratū in intellectu.

¶ Declaratur hec conclusio quo admodum quem intellectus seruat in apprehensione & cognitione ipsius naturæ qui talis est, nā cum intellectus noster possibilis nō possit a phantasmatē immediate immutari eo q̄ non est proportionatum ipsi intellectui propter suam materialitatem in effendo & in representando quia representat res sub hic & nunc, opere illustratiuo intellectus agentis habentis se (vt ait Cōmentator) ad productionem speciei intelligibilis sicut se habet lumen respectu speciei sensibilis, denudatur ipsum phantasma a cōditionibus individuantiibus & materialibus ratione cuius illustrationis producitur species intelligibilis, supra quam conuertens se intellectus possibilis nihil reperit singularitatis, sed ita representatur res modo vniuersali & perfectissimo, & sic prima cognitio vniuersalis quam intellectus format secundūdūm hanc viam est speciei specialissimæ puta humanitatis (dum modo phantasma fuerit alicuius individui talis speciei) in quaquidem specie sic relucet natura cōmuni, pro ut illa est a parte rei in illo priori arte q̄ contrahatur per differētiām individualem, illa ergo natura sic cognita sine hecitate est hoc modo vniuersale.

¶ Hæc conclusio licet non egeat probatione poterit tamē sic suaderi. nam secunda intētio vniuersalitatis, ut colligitur ex Auctenā (nō fundatur nisi in secunda intētione, sed prima intētio est conceptus obiectiūs realitatis (ut conclusimus

simus in notabilibus. ergo hec ut sic cognita: erit vniuersa le in potēcia propinquā, qd autem ille cōceptus obiectiuus possit sic causari sine falsitate patet ex quodā notabili ex precedētibus quia abstrahētū nō est mēdaciū, tunc. n. dicitur falsus & fītus cōceptus quando res intelligitur sub modo oposito sui conditioni ut si cognosceretur res quā est singularis modo vniuersali, vel si cognosceretur a liquid competere ei quod non cōpetit. hic vero non fit nisi abstractio p̄cisiua qua cognoscitur vnum prius natura sine suo posteriori. que conceptio non potest esse falsa nec ficta, nam sicut illi naturae nō repugnat in illo priori esse sine suo posteriori ita nec intelligi, ex quo sequitur corollarie qd vniuersale hoc modo sumptum dependet aliquo modo ab opere intellectus sed non collatiuo, ita qd cessante intellectus opere cesset actualiter talis conceptus obiectiu⁹ habitualiter tamē nō cessat, quia ipsum vniuersale quodā modo continentur in specie intelligibili. illud. n. dicitur secūdum Scotum. habitualiter esse in intellectu, quod est in potentia proxima ad hoc qd intellectus formet noticiam sibi correspondentem, quale esse habet illud vniuersale in specie intelligibili tanq in representatio⁹.

¶ Sequitur etiam illum cōceptum non solum non esse falsum eo qd ordine intellectus p̄t intelligi prius sine posteriori, sed quia aparterci correspondet sibi suo modo obiectum puta illa realitas quod bene nota pro differentia hu⁹ius conceptus inter Scotum & Thomam.

¶ Tertia conclusio vniuersale in actu si capiatur pro denominato & per se significato aggregatiue: est aggregatū ex eo conceptu obiectivo predicto & intentione vniuersalitatis. Sivero capiatur ut in schola accipi solet pro ipso formalis sue per se significato, est secunda intentio fundata in illo conceptu obiectivo ex opere intellectus collatiuo derelicta a comparantis ipsum cōceptum obiectuum ad sua representata sub hac ratione qd est apta nata p̄dicari de pluribus ratione sue in indifferenti, probatur hec conclusio autoritate Cōm. libro de anima dicētis intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus, sed nō debet intelligi de vniuersali primo modo, nam illud a parte rei est ut probatum est in prima cōclusione nec de vniuersali secundo, qd illud de se nō est secunda intentio, quare de sola y. intentione intelligit Cōmen. Item quia illud non totaliter producitur ab intellectu restat ergo ut de vniuersali tertio modo intelligat. qd si quae aliae autoritates videantur sonare qd intellectus est causa vniuersalis intelligentiae de hoc tertio.

¶ Ad questionem igitur quando quærebatur an sit vniuersale a parte rei? Respondetur affirmatiue afferens tale esse in potentia remota. Si autem loquaris de vniuersali in actu sue in potentia propinquā vtrūq est per opus intellectus, & si lōge differēter ut satis late practicatum est.

¶ Sed si quereretur que res sit? Respondebis qd vniuersale in potentia remota est natura quædam idemp̄ticata realiter individuis distincta tamen formaliter, & vniuersale in potentia propinquā dices esse quemdam conceptum obiectuum talis realitatis & naturae, sed vniuersale in actu erit quedam secunda intentio habens esse per opus intellectus collatiuum quo intellectus comparat tale vniuersale

in potentia propinquā ad ea que representantur.

¶ Restat modo (ut hec opinio amplius elucēscat) nōnullis argumentis difficillimis nominalium hanc Scoticam imaginationem impugnare in quaquidem impugnatione sunt nonnulli nominales ut Martinus de magistris inde fortitudine, questione ij. heretice damnationis culpa notare afferens per concilium Constanciensem hāc positio nem de naturis cōmuni⁹bus esse dānatam, sed Salua res est nam quod ibi dampnatum est nō est contra positionē Scotti bene intellectam ut nos tradidimus. ex industria enim legi omnes sessiōes illas & nihil ibi de naturis cōmuni⁹bus male notatum reperi⁹, nisi qd in sessione. xix. dicitur qd qui dam magister in artibus Iheronymus de praga nuncupatus citatur a facta sinodo, eo qd infamatus de heresi erat qui facit abiurationem & excusationē suae heresis corā omni concilio in hāc verba.

### Abiuratio.

¶ Ego Iheronymus de praga artiū magister, quia in non nullis artibus scholasticis ad persuadēdam opinionem realium de vniuersalibus realibus: qd vna cōmuni⁹ essentia specifica esset plura individua eiusdem speciei & quodlibet eorum, ut Petrus, Paulus, & Ioānes, & sic de singulis, et ad hoc inducendum velut exemplo sensibili descripsi quādam triāgularē figuram quam scutum fidei nominau⁹. Ideo ad excludendum intellectum erroneum & scandalo sum quem fortasse aliqui ex hoc accipere potuerant. dico. assero. & declaro, qd dictam figuram non feci nec eam nominau⁹ scutum fidei ea intentione qd vellem eam opinionem de vniuersalib⁹ extollere supra opinionem cōtrariam, sicq; cēt scutū fidei qd sine talis positione nō posset catholica veritas aut fides p̄tegi & defendi, cū nec dicta positione velle p̄tinaciter adherere. & excusans se ait qd i dicta figura triāgulari nō posui exēplū nisi de diuina essentia qd liter vna & eadem sit in tribus suppositis. & propterea appellavi ipsam scutum fidei, quia exemplariter cognoscetur per eam articulus trinitatis, quod est maximum fidei scutum hāc ille de naturis cōmuni⁹bus,

¶ In quaquidem abiurazione constat ipsum nullo pacto execrass̄ qd tenuisset persuasisset opinionem realium ad hoc illo modo male in intellecta, sed execratus est quia exemplum quo probauerat vocauerat scutum fidei quod videbatur esse erroris inductiū, nec postea quando relabitur & ad ultimum brachio seculari mandatur in sententia difinitiua contra ipsum a concilio data sessione. xxii. fit aliq mētio de naturis cōmuni⁹bus sed qd fuerit relapsus in prisinos errores Ioānis vbleſ & Ioannis Hus maximo rum heresiarcarum.

¶ Illud autem quod asserbat de naturis cōmuni⁹ qd vna & eadem erat in pluribus per idem p̄titatē falsum est & erroneū, tum quia nullus sapiens Scotista tenuit. tūctiam quia sequeretur qd natura humana Christi esset dānata in inferno cum Iuda, quod est impium & nefarium.

¶ Sed rōnibus sic impugnat̄ humanitas est cōmunicabilis. ergo potest communicari, consequentia est nota ab equo

ualētibus. sed antecedens concedit schola. ergo cōsequēs debet cōcedere. sed cum sit modalis ponatur in esse, qua pō sita habetur q̄ eadē natura cōmunicatur pluribus per idē pītātē cui⁹ oppositum dicitū est. Sed q̄ debeat ponit in esse, probatio quia si est potētia ad actū est reducibilis iuxta illud Aristotelis primo coeli frusta est potentia &c.

¶ Et confirmatur id quod per nullam potentiam potest competere pluribus per nullam potentia potest prædicari de pluribus. sed talis natura cum sit eadem realiter cū dif̄erentia individuali nō potest esse in pluribus. ergo talis natura non potest esse in universalis nec prædicari de plurib⁹. Discursus est not⁹. et probatur maior per diffinitionē vniuersalitatis datam ab Aristotele vbi dicitur q̄ illud quod est vniuersale debet esse vnum in multis. minor etiam patet, quia si alicui quod est idem realiter ipsi naturae puta dif̄erentia individuali repugnat q̄ sit pluribus cōmunicabilis, repugnabit etiam naturae illi.

¶ Item accipiunt naturam cōtractam et cōtrahentem, & arguunt sic, querentes an inter illas sit maior distinctio q̄ inter duo individualia eiusdē speciei vel minore, non est dicendum primum quia tunc caseret inter illa maior distinctio q̄ realis. ergo dandum est secundum quare illa non distinguuntur realiter. ergo sequitur q̄ sunt eiusdem rationis et speciei probatur consequentia, nam si magis conueniunt Sortitas & humanitas q̄ Sortes & Plato & Sortes, & Plato sunt eiusdem speciei specialissimae. ergo Sortitas & humanitas sunt eiusdem speciei & sic cum differentia in individualis sit incommunicabilis simpliciter erit etiam & humanitas.

¶ Præterea vel differentia individualis est natura specifica vel non, si dicas q̄ est natura specifica. sic arguo hec differentia individualis non distinguitur ab hac differentia individuali. & natura est hec differentia individualis. ergo natura non distinguitur formaliter a differentia individuali. & sic si sunt idem formaliter utrūq; est simpliciter incommunicabile postq̄ alterū corū est in cōmunicabile consequentia tenet expositorie. & antecedens est verū ergo & cōsequens. Si dicas q̄ hec differentia individualis nō est natura sic arguo, bene sequitur hec differentia individualis non est natura ergo hec differentia individualis non est realiter natura, & sic distinguntur realiter, sed probo hanc consequētia quia oppositū cōsequētis infert oppositionem antecedētis cū sequatur hec differentia individualis est realiter natura, ergo hec differentia individualis est natura hec cōsequētia est bona a determinabili sumpto cum determinatione non distractabili ad ipsum determinabile sumptū simpliciter. cū ly realiter nō sit pīcula distractabili, quare oportet te cōcedere hec distractiū vel q̄ natura & differentia individualis sūt idē formaliter & realiter, vel q̄ ipsa natura distinguitur ab ipsa differentia individuali realiter qđ est platonice. Itē reflectitur argumētū q̄ opinio Scotti in fauore sui afferebat magis cōveniūt differentia individualis & humanitas eiusdē suppositi similiter & duæ differentiae individuales inter se, q̄ vna natura cū vna differentia ergo illū modū arguēti dabilis est natura illis cōcabilis q̄ & alijs nō cōcatur. sic cōcedis cōsequētia cōcēdis contra

q̄ ab eūdū cēt in infinitū in hac cōpositiōe Metaphysica qđ Scot⁹ intēdit cultare, si negas illā equa rōni tuā ificior, quare illa potissima rōne nihil ḡbabatur. Multa alia argumēta possem multiplicare in hanc opinionem vt pīta de compositione Metaphysica de distinctione formalis, quæ Gregorius & Ocham & plurijs nominaliū multiplicant quæ consulto hic emisimus in Metaphysica vel in fīsentē, tracī āda quare hæc sufficiant.

¶ Sed vt opinio hac nō maneat indefensa obiectiōibus his oportet satissimac.

¶ Ad primam rationem respondet quidam distinguendo antecedens ex parte de ly cōmunicabilis, quia vel capitū vt solent nominales capere nomina in bilis & bīle secundū q̄ includat ampliatiōnē, & sic cōcedit cōsequētia. sed negatur antecedens q̄a in illo sensu non cōceditur a Scoto sed vt equiuale huic humanitas est apta nata cōmunicari, nec ex hoc inquit licet inferre q̄ possit, quia argumen- tū est quodāmodo ab impertinentibus nā aliquid est aptū natū ad aliquid quod nō pōt ad illud vt patet de cēco, simili liter de dīgito Sortis cōcedunt aliqui nominales q̄ est aptū natus ad rīdendū nō tamen pōt ridere, similiter cōverso a liquid potest quod nō est aptū natū vt patet de lapide qui pōt ascendere sursum nō tamē est aptus natus ad ascēdendū quare argumētū erat ab impertinentibus, & si arguatur humanitas habet aptitudinem sed frusta est ap- titudo que nō reducitur ad actū. ergo vel illa apitudo re- ducetur vel nō est apitudo. Respōdet ad hoc, nō est necessariū oēm apititudinē reduci ad actū secundū se sed satis est q̄ reducatur illa apitudo secundū aliud eiusdē spe- cie invēt patet, nā licet omne reubarbarū sit cholera purgatiū nō fāmen omne reubarbarū reducitur ad hunc actū qđ est purgare cholera & sic videtur soluisse argumētū.

¶ Sed hæc solutio ultrahoc q̄ Aristotelice derogat doctrīna nō soluit argumētū in radice, primū patet nā Aristoteles i. de cēlo & mūdi pības q̄ corpori cēlesti nō sint duo motus contrarii sic arguit, si essent duo motus in cēlo contrarij vñus ab oriente in occidens alijs vero auestigio procedens vel essent illi motus eque fortes, & sic fibi inuicē impedirent & per cōsequēns cēlū quiesceret cuius oppo- situm experimur, si alter corū est minoris potestatis sequi- tur q̄ debet vinci ab alio & sic cum cēlū sit immu- tabile semper vinceretur motus ille debilior a motu for- tiori. ergo frustra ponitur ille motus postquam illo mo- tū non potest moueri corpus cēlestē. & ad hoc proposi- tum subiungit, vt habet antiqua translatio, frustra est so- tular cuius nō fit calatio. ex hoc ego sic arguo cōtra solutionē datam, sequeretur q̄ Aristotēles nihil probasset hoc argumento, cuius oppositum sentiunt Commentatores et sanctus Thomas dicunt enim illud esse for- tissimum. probo sequelam quia si tu solus aliud ar- gumentum dicendo, q̄ satis est ad hoc q̄ aliqua poten- tia non sit frusta q̄ secundum aliquid suę specie redu- catur ad actū ita ego dicam Aristotelī q̄ in corpo- re cēlesti sunt duo motus contrarij & vñus ab alio vin- citur & semper vincetur & non est inconveniens q̄ ille motus secundum se nō reducatur ad actū sed satis est

quod reducatur ad actum secundum sibi similem in specie : puta secundum motum nonē Spherae , quiet ab Occidente in Oriens.

Aristoteles igitur noluit aliud habere illo dicto nisi quod nunquam res naturalis est in actu primo , nisi gratia ex eundi in actu secundum quod alibi dicit secundo cœli omnia existere propter operationem , et adhuc de ipso deo probat : quare sensus autoritatis est , quod frustra est inclinatio sive aptitudo cuius actus non potest exerceri . Nec obstat quod ibi dicat cuius non est futura calciatio : et non ponat ibi cuius non potest fieri calciatio , ut nos glosamus : nam sermones accipiendi sunt iuxta subiectam materiam : modo cum ibi loquatur in materia cœli ubi esse et posse conuertuntur cum sit quid æternum : non est mirum quod ly non futura conuertamus per ly non potest , maxime cum hoc modo glosando redit Aristotelis ratio fortissima : et modo quo communiter glosatur dictum illud : reddatur inanis et nullius apparentiae : bene video quod actus quodammodo est potentia ad secundum : et quod aptitudo ad aliquid operandum est actus primus respectu talis operationis : sed non propterea dici debet in communi frustra est potentia que non reducitur ad actu : quare ineptissime applicatur a communiter loquentibus in multis locis , præsertim huic propositio cum illa realitas de qua est sermo , non sit actus primus , nec ab ipsa possit emanare oppositio : eo quod non est quid physicum .

¶ Ad argumentum ergo ex mente Scoti , questione decima sexta uniuers. respondeo : quod aptitudo potest dici uel inclinatio alicuius secundum se in aliquid , uel potest dici non repugnantia ad aliquid quantum est ex parte eorum que includuntur in sua essentia . Aptitudo primo modo est potentia quam appellamus physicā : sed secundō modo poterit appellari potentia metaphysica modo ad formam : distingo antecedens : quia uel in illo nomine communicabilis intelligis primam aptitudinem physicam , et sic concessa consequentia , nego antecedens . Si uero capitur pro aptitudine secundo modo sumpta : tunc concessa antecedenti nego consequentiam : quia in uirtute arguis a superiori ad inferius affirmative sine distributione : et sic superfluo queritur propositio de inesse illi consequenti .

Sequitur corollarie illa duo bene stare , quod humanitas sit communicabilis secundo modo Methaphy . et tandem non possit communicari per aliquā potentiam immo quod repugnet sibi ratione idemperitatis realis quā habet cum Socrate communicari Platoni : licet quoad inclusa in sua essentia non repugnet .

¶ Ad secundum respondetur negando maiore : et quando probas dicendo quod illud quod debet esse uniuersale , oportet quod sit unum in multis et preter multa . Respondeo quod Aristoteles non uoluit illo dicto insinuare quod natura uniuersalis sit una eadem numero pluribus individualis per realem idemperitatem : sed uoluit dicere : quod natura illa in qua fundari habet uniuersal-

salitatis intentio , oportet quod quantum est de se et quoad inclusa in sua essentia sit natūra esse in pluribus et eis idem perficari per indifferentiam .

¶ Ad tertium respondeo concedendo secundam partem illius disiunctiæ : puta quod est minor distinctione quod illa est formalis et alia realis . Et quando infers , ergo illa sunt eiusdem rationis : nego consequentiam : siue ratio uel dicere conceptum siue distinctionem . Et quando procedis , magis conueniunt Sortes et humanitas cum sint idem realiter quam Sortes et Plato : distinguo hanc propositionem : quia uel intelligis de conuentientia specifica et essentiali : et sic nego : quia non sunt eiusdem speciei : nec proprie dici potest quod sint diuersarum specierum : nisi dicas ad hoc sufficere quod conceptus diuersarum specierum possunt causari si distinctione concipientur . Vel intelligis quod magis conueniant accidentaliter : ex eo quod faciunt unum Metaphysicum : et sunt unum cum uno tertio : et sic non facit ad propositum , nam materia et forma plus conueniunt accidentaliter : quia faciunt unum quam Sortes et Plato , et tamē non ppteræ sequitur quod sint eiusdem rationis specificæ : sic dico tibi in proposito .

¶ Ad quartū quādo queris de differentia individuali , uel sit natura uel nc . Respondeo distinguendo sensum in terrogationis : quia aut uis interrogare an sit illa natura formaliter uel idemperit : si intelligas primum , dico quod non , quia si ab intellectu perfecte cognoscerentur , distinctos conceptus illarum formabit : et ad consequentiam quam facis , hec differentia individualis non est natura ( formaliter semper intelligendo ) . ergo non realiter natura est , nego illam , quia uirtutualiter arguis ab inferiori distinctione ad superiore negatiue . Et quando probas quod oppositum consequens infert oppositum antecedentis : hoc modo scilicet , hec est realiter natura : ergo hec est natura , nego quod sumas oppositum antecedentis , sed oportet addere ly formaliter : et hoc modo non ualeat consequentia ab opposito ad oppositum : sicut nec primo ualebat .

¶ Ad ultimum respondeo , quod differentia individualis et humanitas quam contrahit magis conueniunt in conceptu denominatiuo quam aliæ due realites diuersorum suppositorum : eo quod componunt Metaphysice unum singulare . Eodem modo dicam de duabus differentiis individualibus : quia conueniunt in conceptu denominatiuo quod est contrahere quod est ueluti propria passio differentiarum quam aliæ due realitates : non enim possunt in aliquo essentialiter conuenire : quia iam non essent ultime differentiae , nec essent simpliciter simplices : conueniunt ergo scip̄sis et non mediante alia natura sibi communicabili . Eodem modo dicam de duabus humanitatibus quod scip̄sis conueniunt : quia unaqueque illarum est quo : et ideo standum est in illis .

¶ Quod si que alia argumenta sunt que contra hanc opinionem possunt adduci , facile ex dictis et nota-

## PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS

tis dissoluentur : & ad autoritates quæ ex Aristotele & alijs autenticijs solent applicari in quibus Aristoteles uideatur negare hæc uniuersalia . Respondebis Aristotelem tantum uelle explodere uniuersalia a parte rei , eo modo quo Plato ponebat : & sic finitur Scotica imaginatio .

**Q**uid senserint Nominales super uniuersalia .

**T**Pro Nominalium clara & ueridica sententia notato: quod cum uniuersale & singulare sint nomina quodammodo opposita , qualiter accipiuntur .

Vnde , singulare , ut princeps nominalium Ocham habet in sua logica , dupliciter accipi potest . Vno modo hoc nomen singulare accipitur realiter , pro illo quod est unum & non plura , qualiter Socrates singularare quoddam dicitur . Alio modo accipitur pro illo quod est unum & non plura , & est alicuius rei singularis signum , ut hoc nomen Callias .

Per oppositum uniuersale accipietur dupliciter . Vno modo pro illo quod non est una res sed plura individua & singularis : siue sit natura uel Idea . Alio modo capitur logicè pro signo significanti plura pro quibus supponere possit , quale est hoc uocabulum homo & similia : secundum quam acceptiōem sumunt nominales ipsum uniuersale quando aliquid de ipso decernunt & determinant . hoc habito , pono duas propositiones correspondentes membris huius divisionis .

**T**Prima est . Vniuersale primo modo nihil est a parte rei . In hac uniuersaliter consentiunt omnes Peripatheticī contra Platonicos . Sed quod non sit adhuc aliqua realitas pluribus communicabilis : ut fatetur Scotus : Patet : quia uniuersale , ut habetur ex Commentatore , sit per opus intellectus , ergo non habet esse ex rei natura . Ad hanc conclusionem applicari poterunt argumenta quæ facta fuerunt contra naturam communem quam posuit Scotus , quæ satis apparenter procedebant : quare non eget hæc conclusio longiori probatione : nec credo indubitatum esse apud eos qui in uerba magistri nunquam iurarunt , nisi forte aliquis indoctus abutens uocabulo dicat populi esse uniuersale & non singulare : sed non est admittenda tam licentiosa uocabulis significantia .

**T**Secunda propositio . Nihil prohibet immo dabilis est a parte rei aliquid quod sit ucre & realiter singularare in se : & tamen sit uniuersale in representando . Propositio patet de notitia hominum representativa quæ est una & singularis qualitas : & tamen est signum plurium rerum & que immediate & una uoce representativa : & hoc quo ad questionem an sit : sed quoad questionē quid sit , ponūtur etiā cōclusiones .

**T**Prima est . Illico uniuersale non est aliqua natura idempotitata realiter cum re singulari pluribus com-

municabilis ut Scotus refert .

Hæc iam probata est rationibus contrà Scotum : sed inducamus ei aliquem colorem per locum ab autoritatibus quæ certe sunt multæ , quæ apparenter fauent huic ueraci opinioni . Primo habet Aristoteles septimo Metaphysicorum hæc uerba .

Si igitur nullum uniuersalium esse substantiam est posibile : sicut in sermonibus de substantia & ente dictum est : nec ipsum hoc substantia est Quæ uerba hunc sensum habent clarum , idest si uniuersale non est aliquid itarum substantiarum singularium : nec ipsum est substantia . Vbi Aristoteles uidetur concedere nullo modo uniuersale esse idem cum substantia singulari : & ex illo potest argumentari quod non est substantia , quod est simillimum dicto illi , quod Aristoteles habet in Prædicamentis capitulo de substantia . Corruptis prisis substantijs , impossibile est aliquid illorum remansere . Et idem septimo Metaphysicorum , tractans ex professo hanc questionem ait : Impossibile est substantia esse uniuersaliter aliquid dictorum .

**T**Item Commentator in libro uniuersalium uocat genera & species intentiones animæ , hoc est ea medianæ tibus quibus tendit anima , sed hec non sunt nisi notitiae , his enim tendit intellectus ad extra cognoscendō : ergo illis tribuenda est ratio uniuersalitatis . Hoc idem sentit etiam Commentator super libro Peripherianas commento quarto : inquit enim intentiones sunt duobus modis , aut uniuersalis aut particularis , ubi notiōibus tribuit uniuersalitatem & particularitatem .

Item idem Commentator septimo Metaphysicorum commento quadragesimo quarto dicit , individuum non est substantia aliqua nisi materia & forma particularis : ex quibus componitur

Item ibidem commento quadragesimo septimo . Vniuersale non est substantia nec genus . Et idem decimo Metaphysicorum , commento sexto inquit : cum uniuersalia non sint extra naturam : manifestum est quod substantia non est ens commune extra animam .

**Q**ue autoritates nisi oblique intelligantur , satis in aperio fatentur non esse a parte rei uniuersale aliquid nec separatum nec idempotitatum , quod est ueritas nostra conclusionis .

**T**Secunda conclusio . Vniuersale est quedam res singularis plurium æqualiter representativa , ut notitia hominum in mente uel uox siue scriptura sibi correspondens , ex quibus notitia proprie est uniuersale : quia naturaliter & independenter significat : uox autem & scripture non tam proprie : tum quia per uoluntarian hominum impositionem significant : tum etiam quia uoces & scripturae sunt signa per quandam subordinationem ad notitiam sibi correspondentem : ut ex primo Peripherianas deducitur : quare conclusio hæc probabitur de concepitu : & sic relinquetur probatum de suis correspondentibus & primo , autoritate Aristoteles . Per dicentis uniuersale esse id q̄ predicatur de multis : sed propriū est nō in unum praesertim mentalium

mentalium predicari iuxta illud eiusdem Aristotelis in libro Elenchorum utimur terminis pro rebus: ergo sequitur quod universalis erit nomen mentale: Item auctoritate Averenne que facit mihi magnam fidem septimo Metaphysicorum dicentis una forma apud intellectum est relata ad multitudinem: & secundum hunc respectum illa forma est universalis. Et subiungit. Et quāvis haec forma in comparatione individuorum sit universalis, tamen ut comparatur ad animam in qua imprimitur est singularis: ipsa enim est una de formis que sunt in intellectu. Ex quibus uestibus habetur tria, quod illud quod est universalis in anima est secundum suam naturam res singularis quia est haec qualitas, comparata tamen ad individua de quibus habet predicari est universalis modo quo dicimus quod Sol est quaedam res singularis: tamen respectu producibilium ab ipso est causa universalis. Habetur etiam quod illa forma que dicitur universalis imprimitur in anima: modo imprimi propriū est noticia eo quod per modum figure in intellectu imprimitur: quia naturalis rei similitudo est. Habetur etiam quod illa est de formis que sunt in intellectu, modo forme que sunt in intellectu iuxta Aristotelem secundo Ethicorum sunt actus vel species vel habitus: cetera enim ficticia & phantastica videntur potius quam uera. Sed non est habitus ut manifestum est nec etiam species, ergo est actus, & non uidetur quid sit nisi noticia, ergo de illo intelligebat Averena, quare nostra conclusio uera.

¶ Insurgit tamen in h. e. uel mediocriter Peripatheticus: nam cum noticie comuni in representando non competit diffinitio universalis ab Aristotele assignata, eo quod licet sit preter multa singularia, non tamen est unum in multis singularibus: cum ipsa non sit nisi in anima subiective: preter Aristotelem igitur erit hec consideratio qua ponitur noticiam esse universalis cum non sit unum in multis.

¶ Ad hoc respondet quidam nominalis dicens quod in hac diffinitione non diffiniuit Aristoteles universalis, sed predicabile, modo predicabile bene est in multis tanquam in terminis qui sibi subjiciuntur: nec mirum inquit quod acceperit unum pro alio cum sint termini conuertibiles.

Hec responsio fruola est, & solum tendit ut argumentum fugiat: nam cum Aristoteles tantum laborasset in hac materia, mirum est quod ipse nunquam diffiniisset universalis: Quare aliter respondeo dicendo quod ly esse in potest capi dupliciter. Uno modo pro eo quod est esse in alio realiter & physice sicut dicimus albedinem esse in subiecto. Alio modo logice, ex hoc dupliciter. Uno modo pro eo quod est accidentaliter predicationi de alio: qua acceptione utuntur communiter Dialectici nominales. Alio modo pro eo quod esse in alio tanquam in significato, quod nihil aliud est q̄ contineri ab ipso significato: quo modo dicitur a Philosopho in multis locis genus & differentia inesse speciei: sic dico in proposito quod terminus communis mentalis: esto quod non sit in multis realiter: est tamen in multis logice mo-

do explicato.

¶ Sed diffinitive quid sit universalis, est disceptatio inter nonnullos nominales. Georgius Bruxellensis sic diffinit, quem multi nominalium insequuntur.

Universalis est terminus cathegorematicus uniuocus & incomplexus & formaliter communis.

¶ Cum audis cathegorema intellige indifferenter terminum significantem aliquid siue sit mentalis siue uocalis siue scriptus. Dicitur uniuocus ut excludantur termini equiuoci quia illi termini non sunt scientiales nisi coarentur ad aliquod significatum: atque non solunt excludantur equiuoci termini in significando, uerum etiam in praedicando, ut iste terminus ens quem existimo excludi per illam particulam, cum non uideatur per quid possit excludi: quicquidem terminus pro tanto dicitur equiuoce praedicari: quia non eandem predicationem facit cum termino de predicamento substantiae: & cum termino de predicamento quantitatis (esto quod teneamus ut bona pars nominalium tenet ens non esse analogum)

Ponitur incomplexus ad excludendos hos terminos homo albus, homo currens, hominis equus: & similes. Quae particula ob hanc causam (ut reor) uidetur addi: quia cum universalis hic diffiniatur per ordinem ad categorias Aristotelis & complexio non bene congruat ordini predicamentali excluduntur termini communes complexi a ratione universalis.

Dicitur formaliter communis, quia non sufficit secundum hunc doctorem quod ex parte significati materialis terminus connotatus qui est universalis sit communis terminus: unde sic explicant illam particulam, esse formaliter communem terminum: nihil aliud est quam q̄ ex parte modi significandi formalis non repugnet significare plura essentialiter distincta diuisiue. Et ulterius explicantes hanc explicationem dicunt quod ille terminus significat plura essentialiter distincta diuisiue: qui sic se habet quod ex modo significandi formaliter termini non repugnet supponere pro pluribus essentialiter distinctis diuisiue, atque per hanc expositionem debent excludere illi istum terminum chimera, & istum terminum deus: quia uni istorum repugnat ex parte sui significati formalis supponere pro pluribus essentialiter distinctis.

¶ Per hoc quod dicunt diuisiue, intendunt excludere a ratione universalis terminos singulares significantes res partibiles: & terminos etiam communes plurales numeri: eo quod nequunt propriè sumendo illatos uerificari de unoquoq; illorum quod significant.

¶ Habent hi quo se tueantur hoc tutamen: nam cum hic diffiniantur universalia ut pertinent ad predicationem: & predicatione distinguantur penes connotata & significata formalia (esto enim quod duo termini eandem rem significant de materiali: & tamen distincta connotant, ad distincta predicatione pertinunt) universalitas attendi debet penes significatum

## PRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS

formale: nam significatum materiale logicorum clementiorum est considerare, qui terminos quo ad suppositionem in propositione considerant: quare isti libenter concedunt quod si ly. A. imponeretur ad significandum aliquid communiter de materiali connotando quod habeat. B. singularem albedinem, tunc. A. est individuum, et tamē est terminus communis, quo sit ut secundum hos non valeat hæc consequentia: est uniuersale, ergo est terminus communis: instantia est in termino supra positio.

¶ sed quia uidetur durū quod aliquid individuum sit uniuersale, et uidetur etiam contraenire Porphyrio qui ponens exemplum in capitulo de specie de individuo, inter exempla ponit illum terminum hoc album: Insup quia uidetur inconveniens esse aliquid uniuersale quod non habet sub se inferiores terminos, Aliter diffinit Martinus magistri sic.

¶ Uniuersale est terminus communis uniuocis incomplexus non dicibilis de omnibus quidditatibus, natus uerificari de aliquo mediante hoc uerbo potest et de his coniunctim pluraliter de quibus diuisim acceptis singulatim uerificatur. Per primam particularam insinuat uniuersale debere supponere pro pluribus: in qua aduersatur Georgio: uniuocis et incomplexus ponuntur propter eandem rationem qua in definitione precedenti poscebantur. Dicit non dicibilis de omnibus quidditatibus, per quod excludit a ratione uniuersalis ly ens, qui licet non sit dicibile de omnibus terminis tam absolutis quam connotatiis quidditatibus: est tamen dicibile de quolibet pronomine aliquam rem demonstrante, unde non dixit transcendens absolute: quia ista nomina ad aliquid, id est transcendentia sunt, et a multis dicuntur uniuersalia: Per alias particulas excludit terminos communes significantes res impossiles et terminos pluralis numeri et collectivos. Secundum quam definitionem quicquid est uniuersale est terminus communis: et hoc uidetur satis conforme Aristoteli qui primo Peribermenias loquens de subjectis contrariarum ppōnum cap. de oppositionibus, appellauit illa uniuersalia et applicauit uniuersali definitionem termini communis. Sed si aliam definitionem uis tenere, aduerte ut soluantur ea que obijciuntur, et individuum potest capi duplicitate. Vno modo ut opponitur uniuersali, alio modo ut opponitur termino communis. Individuum ut opponitur uniuersali bene potest esse terminus communis, et individuum ut opponitur communis, bene potest esse uniuersale: quia ut opponitur termino communis capitur prout respicit suppositum pro quo supponit: ut uero opponitur uniuersali respicit significatum formale in connotatiis: et sic quando dixit Porphyrius ly hoc album esse individuum, cepit illud ut opponitur termino communis, ex definitione Martini sequitur hunc terminū deus esse uniuersale: sed in his non immoremur amplius.

¶ Restat modo pro parte nominalium ut eorum opinioni probabilitas ad plenū appareat respondere ad argumēta quibus probabat Scotus suā imaginationē, et alia præcipua que obiter se offerunt.

¶ Ad primū igitur admissis Philosophi autoritatibus dicto quod metrū et mensura animalium indiferenter est quilibet singularis homo et non aliqua natura cōis. Et quādo aratus quod in individuiseiusdem specie non est hoc prius: illud uero posterius imperfectione, liberter id fateor: sed neq; i schola nominalium dicitur quod unus homo est mensura alterius hominis imperfectione, sed bene aliorum animalium specie a se distinctorum, et in hoc sensu cepit illam auctoritatem Philosophus.

¶ Ad secundū multiplex applicatur solutio: quando enim petitur quare magis conuenient Sortes et Plato quam Sortes et Brunellus, respōdet quidam ex eo esse quia possunt producere tanquam obiecta conceptus eiusdem speciei Sortes et Plato quos non possunt producere Sortes et Brunellus: sed hic non soluit argumentum: nam cum distinctione uel idem p̄titas specifica conceptuum attendi debeat penes idem p̄titas specificam obiectorum ex Aristotelis sententia. Iterum potest queri ab eis quare illi conceptus sunt eiusdem speciei, et si Peripathetice debeat respondere ad obiecta oportet quod sit recursus, uidelicet quia obiecta sunt eiusdem speciei: et sic reddit argumentum in pedibus.

¶ Alius dicit quod non est assignabilis ratio a priori: quare magis conuenient Sortes et Plato quam Sortes et Brunellus: a posteriori tamen dicit illud posse cognosci: quia Sortes et Plato sic se habent quod sufficiunt ad productionem unius conceptus communis et absolutus qui sit eorum et aliorum sibi similiū in specie representatus: quod sit medianibus singularibus noticijs Sortis et Platonis: ad quem producendum non sufficiunt Sortes et Brunellus. Hæc solutio iudicio meo in duobus deficit: nam si teneamus unum individuum mediante suā noticia sufficere ad hoc quod intellectus producat noticiam communem ut multi philosophorum probabiliter tenent, manifestum est quod non soluitur ratio: et esto quod teneamus illud commune nominalium adhuc non soluitur argumentum: nam Sortes et Brunellus bene possunt concurrere ad productionem conceptus sui et aliorum animalium representatiui: immo ab ipso Sorte et Brunello poterit produci conceptus qui non sit tam cōis sicut conceptus omnium animalium: posito quod ipse Brunellus non sit de infinita specie, ut cōstat doctrinā nominalium in hac parte callenti.

¶ Si dicas quod saltem non concurrunt ad productionem conceptus specifici: eo quod ille conceptus talis genericus est. Queram a te quare conceptus ille est specificus, et certe non dabis causam nisi quia representat individua eiusdem speciei. Et si iterū insistam, quare illi sunt eiusdem speciei et non aliae, uel oportet te circulari: uel uersa est difficultas a principio.

¶ Quare aliter et melius ego respondeo ex mente irrefragabilis Doctoris Ocham in logica sua capite decimo septimo, iuxta cuius mentem dico Sortem et Platonem magis conuenire quam Sortes et Brunellus, quia conuenient specificē. Et quando arguis ergo aliquid est eis commune: nego consequiam: Et si insistas

Insistat, in quo ergo conueniuntur? Respondeo quod hec pars positio de uirtute sermonis est falsa, scilicet, Sortes & Plato conueniunt in aliquo, conueniunt ergo seipso ratione animarum intellectuarum. Et si iterum arguas, se ipso conueniunt, ergo seipso differunt: patet consequentia propter paritatem rationis, sed consequens est falsum: quia non potest esse idem principium conuenientiae & differentiae, igitur. Hoc argumento solent probare Scotisti forteitate aliquo modo distingui ab humanitate, ita ut dicant humanitate conuenire individua: & forteitate differre a quolibet individuo, quod (ni fallor) non est multum efficax. Respondeo igitur concedendo quod seipso differunt & seipso conueniunt. & quando probas hoc inuoluere contradictionem: dico tibi quod respectu diuersorum non inconuenit esse idem principium conuenientiae & differentiae. Nam conueniunt seipso specie & differunt seipso numero. Sed si ponemus nos seipso differre specie & conuenire specie hoc esset contradicatio quod non ponimus.

¶ Ad tertium respondetur: quod illa propositio in sensu personali est falsa, quia nec iste color est obiectum ad ea quatum uisus, nec iste alius in singulari, cum plures alios colores possit uisus percipere: quare si usq; a Philosopho dicta est illa autoritas in hoc sensu debet intelligi quod potest uisua indifferens est ad omnem colorem: & non determinatur ad istum vel ad alium.

¶ Ad quartum quando arguis praeter opus intellectus in albedine aliquid est reperiiri quo est hec: & aliud quo est albedo. Negatur antecedens, immo omnino est idem quo est hec & quo est albedo, quia seipso, & quando probas unum est prius natura alio: ergo unum non est aliud: negatur: quia illa que non sunt simul natura exceptis relativis & deo) unum potest esse sine alio: uel saltem non repugnat, cuius oppositum est in proposito, uerum cum sint una & eadem res omnibus modis: q; si aliqua est ibi reperibilis differentia est: quia alius est conceptus albedinis in quantum albedo q; sit huius albedinis, hec tamen distinctio ad conceptus uenit.

¶ Arguunt tamen Scotisti in multis locis autoritatibus Aristotelis & Aucennae Aristotelis autem sic. Inquit Aristoteles septimo Metaphysicorum, quod in specie atoma, id est indivisiibili que est specialissima fit comparatio. Sed comparatio debet fieri in aliquo uno quod competit comparatis, ergo dabile est aliquod unum competens comparatis. Hoc argumentum non multum differt a secundo, & sic haud dissimiliter soluctur.

¶ Respondeo ergo dupliciter. Primo quod Aristotele: pretendit: quod si aliqua debent comparari realiter: oportet ut habeant naturas uel proprietates eiusdem speciei, puta uel easdem formas substantiales uel accidentales, quas dic esse eiusdem speciei non propter naturam eis communem, sed seipso. Alter potest dici referendo rem ad conceptus, quod Aristoteles uoluit hoc habere in illo dicto, quod ad hoc quod fiat proprietas inter aliqua comparatio, regritur q; truis specificus uerificetur de eis sub quo sit comparatio. Non enim est propria comparatio hec, deus est melior de-

mone: quia terminus specificus, puta bonus sub quo sit eos paratio, non uerificatur de demone.

¶ Oportet etiam ut sub termino specifico: non enim dicimus sortem esse magis coloratum Platone quia est albior illo: bene tamen dicimus q; est albior, auctoritate Aucennae etiā arguit sic. Habet Aucenna illa auctoritate tristissima & vulgari, q; equinitas est tantum equinitas, & q; nec est una nec plures, nec singularis nec universalis: sed ista que dicitur de conceptu q; sit universalis, non coheret cum his distinctionibus, quia quomodo ille conceptus est nec unus nec plures, cum sit unus in essendo, & plures in representando? Restat igitur ut ista intelligatur de aliqua natura communis ceterum se considerata, quia illa (ut declarauimus ex mete, S. Thomae & Scotti) nec est de se una nec plures, put sic considerata.

¶ Hoc argumentum petit sanum intellectum illius auctoritatis in via nominalium: & licet hic possemus Aucennam rejectare, tam quia hec classis eius auctoritate c. ep. suā opinionem fulcire, & hec auctoritas (ut uidebitur) facit tantum pronosticalibus sicut pro realibus: non opus est q; eū rejectamus: esto q; Aucenna plures realizet q; nominalizet, ergo eū fatus intellectus alicuius auctoritatis non debeat accipi ex ipsis rationibus uerborū cortice: sed de antecedentibus & sequentibus ref. rā que Aucenna in illo capite post illā insinuat in response quā dabo, que sit hec.

¶ Respondeo q; Aucenna non uult in illa auctoritate quod equinitas est aliqua res sine realitas: & q; illa nec sit una nec plures &c. ut reales allegant: quia uidetur hoc absurdum q; sit aliquid qd; nec sit in anima nec extra animam, sed uoluit hoc habere q; in definitione equinitatis sui equi in communi non debet intrare aliquid illorum terminorum, unū nec plures, nec singularis &c. quia cuī sit definitione speciei debet dari per essentialia metaphysica & non per aliquid extrinsecum tali speciei: modo constat omnia extrinsecā esse, & q; hec sit intentio sua probatur ex uerbis sequentibus, inquit enim cum scilicet universalis fuerit homo uel equus: hec intentio puta esse hominem uel equum est alia praeter intentionem universalitatis definitionis equinitatis est alia a definitione unitatis: nec unicas continetur in definitione equinitatis: equinitas enim habet definitionē que non eget unitate. Hec ille, ubi ipsum autor soluit obiectum: quia concordat nostrae responsioni, & sic clare habetur quod prædebeamus. Ex industria hec auctoritas allata est, ut uideatur quomodo in via nominalium patitur rectum sensum auctoritas Aucennae, quod forsitan hoc usq; non uidisti.

¶ Ex quo intellectu patet q; hec propositio est pse, humanitas est humanitas, sed hec non est pse: humanitas est una: ubi ly humanitas capiatur loco de ly homo: non n.c. fas in hac uia p; hec abstracta loqui, sed si sit sensus, pponunt q; homo essentialiter est hō (presertim si ly hō capiatur personaliter) & hō est essentialiter unus numero: false sunt p; positiones ut patet ascendiens & resoluenti terminos.

¶ Patet etiā q; si hāc uelut uicem cōcedere, humanitas est una: debet capi i; hoc sensu humanitas est plura que sunt unū in specie, ita ut ly una situomen collectuum: & ly humanitas accipiatur quasi equivalentes omnibus dictionibus

**S**ignificantibus individualibus, ita et utrobiusque quasi sit collectio: si tamen ly humanitas supponeret simpliciter, uera est propositio in rigore: sed dimittantur ista: quia locutiones non sunt proprie in hac uia.

**Q**Sequitur etiam quod ly unum in specie est terminus collectius, supponit enim pro pluribus non facientibus proprium unum.

**S**olēt etiā nōnulli reales et maxie Thomistē impugnare corticē huius opiniōis, quibus ut obuiemus (sunt enim proterui) placuit inserere aliqua. Arguit quidam Scotista: omne superius est de essentia inferioris, ergo uniuersale est de essentia substantiae cum sit superius, sed non substantia non est de essentia substantiae: ergo uniuersale est substantia.

**E**x aduerso arguit quidam Thomista: si uniuersale est qualitas, omne uniuersale est accidentis: ergo aliquid accidentis est per se superius ad substantiam: et ex hoc inquit, sequitur aliud absurdum, quod idem uniuersale est superius ad se: quia si uniuersale est qualitas quedam in anima, ergo hoc genus qualitas uerificatur de illa: que est uniuersale. Item sequitur quod omnia uniuersalia possent poniri in genere qualitatis, cum sint accidentia: Item adhuc aliud: quod prædicamentū qualitatis est commune ad omnia uniuersalia: et sic ampliose nimis inquit hanc opinionem esse præter ueritatem et præter Aristotelem putans tamē debili tormento fortissimum cuneum nominalium protrasse.

**A**d primum respondeo, quod illa propositio, maior uidelicet, debet capi in hoc sensu, quod superior terminus debet intrare definitionem termini inferioris significative sumptu et quando ex illa cum minori quam ibi subintelligis inferi, quod uniuersale est de essentia substantiae: dico quod illa propositio in rigore est falsa: eius tamen contradictione in rigore debet concedi: nullum uniuersale est de essentia substantiae, sed magis proprie loquendo debet concedi quod uniuersale explicat essentiam substantiae, hoc est naturam que est substantia. Et quod hoc sit uerum et ad mentem antiquorum dictum apparent: nam Comment. viij. Metaphys., inquit, impossibile est quod aliquod illorum que dicuntur uniuersalia sint substantiae alicuius rei, et si declarant substantias rerum. Ecce quam aperte nostram responsonem insinuat tam celebris uir. Ex qua autoritate tanquam fortissima base satis patet ad mentem antiquorum esse responsonem quod at multoties non inveniuntur, quod dicitur, hoc est de essentia et substantia huius et c. glosantes hoc importat, hoc declarat, hoc significat et c.

**A**d ultimum respondeo: quod si uniuersale capiatur pro qualitate mentis et non pro scripto nec uocali, tunc dico quod omne uniuersale secundum essentiam est accidentis, id est secundum esse quod habet in anima, tamen secundum esse representativum ad extra non omne uniuersale est accidentis, quia non omne est signum accidentium: unde quia aliquid uniuersale est signum substantiarum est uniuersale substantiae: et quia est signum accidentium, dicitur uniuersale accidentis, sicque coniuiduntur prædicamenta, omne tamen uniuersale est accidentis realiter: et si uniuersale prædicamenti substantiae est accidentis, nec in-

uenit quod aliquid accidentis sit superius ad substantiam quod illud est signum substantiarum: nec hoc est maius inconveniens quam dicere quod aliqua vox sit signum multarum substantiarum, quod et ipsi habent concedere, et quando ulterius procedis, quod idem est superius ad se eo quod uniuersale est qualitas et qualitas est genus ad uniuersale. Dico quod qualitas est superior ad ipsum terminum uniuersale considerando ipsum secundum esse quod habet in anima, et non secundum quod est signum talium. Et quando iterum insistis quod prædicamentum qualitatis est esse commune ad omnia uniuersalia, posset hoc negari, quia hoc uniuersale qualitas non est inferior ad hoc nomen qualitas, quia non est inferior ad ipsummet: Sed age, concedo tibi quod tale prædicamentum est commune ad omnia uniuersalia secundum se et materialiter sumpta: Et si proterius probando consequentis falsitatem, quod idem non prædicatur de diversis prædicamentis et cum uniuersalia pertineant ad diversa prædicamenta non prædicabitur de illis, semper procedis equivoce: nam quod uniuersalia pertineant ad diversa prædicamenta, est ratione rerum quas significant et secundum ordinem quem habent ad res: sed si de illis prædicatur qualitas est secundum esse materiale quod habent in anima. Vnde iste propositiones, substantia est qualitas, quantitas est qualitas uenient distinguendae penes hoc quod substantia vel quantitas capiantur materialiter vel personaliter (ex tendendo nomen materialiter ad simplicem suppositionem) Si enim stent materialiter pro conceptu substantiae et quantitatis ambe sunt uera, sed in sensu personali falsa sunt. Quod si insanias: ad minus habeo quod prædicamentum qualitatis in plus se habeat quam quodlibet aliud prædicamentum: quia cum illæ sint uera et istæ etiam, albedo est qualitas: scientia est qualitas: iam de pluribus prædicatur quam hoc nomen substantia, vel hoc nomen qualitas, Respondeo dicendum (si forte placabitur iste vel modo dicendi sancti Thomæ) quod ad hoc quod aliquod prædicamentum vel generalissimum eius habeat se in plus quam aliud; oportet quod de pluribus terminis diversorum prædicamentorum significative sumptis prædicetur unum quam aliud. Vnde si pri me propositiones fuerint uera, est capiendo terminos materialiter: nec in illa acceptione pertinet ad prædicamentum substantiae: atque hoc de nominalium solidâ positione.

**E**t sic patet quid dicendum sit secundum has tres doctorum classes ad principalem questionem, Inter quas si aliquis me censorē cōsuleret opinionē Scotti subtiliorem. s. Thomae Aristoteli accommodatiōnē, nominalium ueritati magis consonam censerem.

### De sensu antiquorum.

**I**llud tamen non est silentio transcendens, quod Boetius et Commentator, et adhuc ipse Theophrastus super hac re sensere. Commentator namque præter autoritates eius alatas in septimo Metaphy. de quibus differimus in com-

mento quod facit super vniuersalia Porphyrii, vniuersalia puta genus & species intentiones animae vocat ut ibi videre est per totum processum. an per intentiones intelligat res ut concipiuntur vel potius ipsas formales cognitiones quibus cognoscuntur. non satis compertum est, verum est tamen q. in libro Perihermenias cōmēn. iiiij. Super illa verba Aristotelis rerum aliæ sunt vniuersales &c. Vbi diffinit philosophus vniuersale sic ipse cōmentatur, intentiones sunt duobus modis, aut vniuersales aut particulares. & vniuersalis definitionem sic glosat, est int̄tio de cuius proprietate est q. predictetur de pluribus ut animal de homine & de equo, si ergo loco rerum ipse glosat intentiones constat q. nisi nimis oblique verba Aristotelis cōmētetur nō videtur posse capi intentiones pro notitijs formalibus sed pro ipsis rebus cognitis. quod multum fauet realibus & maxime sancto Thom. Verum est q. a sancto Thoma allegatur quodammodo contra se i quoddā opus. Cōmēn. primo de anima vbi dicit vniuersale esse mentis qualitatem, que pro nominalibus ficeret. Sed ego non videbam talem autoritatem q. si reperitur habebit bonū sensum.

¶ Boetius vero autor grauissimus editione ij. super pri mū Periherme. libro ij. super diffinitionē vniuersalis hæc verba ambigua habet qq. videtur magis ad reales declinare, Omnis inquit propositionis significacionis sue proprietatem ex subiectis intellectibus capit. sed quoniam necesse est intellectus rerum esse similitudines: vis propositionū per intellectus ad res quoq; cōtinuantur. Atq; ideo cum aliqd affirmare cupimus vel negare hoc ad intellectus & cōceptionis animae qualitatem refertur, quod enim imaginatio ne intellectus concipimus, id in affirmatione aut negatione ponētes affirmamus vel negamus. Qui passus maximā vim habet ad tenendum q. res conceptae subiectiuntur & predicentur. & sic in hac homo est animal cum subiectiuntur vniuersale subiectum erit hemo secundū q. habet esse cognitum, & sic vniuersale erit conceptus obiectius, nec fauet nominalibus q. ibi dicat qualitatem illud q. subiectitur & predicatur quia humanitatem ipse vocat in toto illo pcessu qualitatem hominis. & platonitatem qualitatē Platonis. quare crediderim, hoc nomen qualitas non sumi vni uoce apud istos antiquos, post quod dictum vult ipse concludere quoddā pulcherrimum videlicet q. ex rebus intellectis sumitur qualitas propositionis, & ex placito & voluntate sumitur qualitas, & probat primum his verbis, videmus nāq; alias esse in rebus huiusmodi qualitates que in aliam conuenire non possunt, sed in vnam particularē singularēq; substantiam, alia est enim qualitas singularis ut Platonis vel Socratis. Alia est quæ communicata cum pluribus totam se singulis & omnibus prebet, & est ipsa humanitas est enim huiusmodi qualitas que singulis tota sit & in omnibus tota, quotiescūq; enim aliiquid tale animo speculamur, non in quālibet vnam personam per nomen hoc: mentis cogitatione deducimur, sed in omnes eos quicūq; humanitatis diffinitionē participant, Cū hæc ergo ita sint homo dicitur vniuersale ipsa vero Platonitas particularē. & Paulo post homo est vniuersale, humanitas nāq; ex singulorū hominū collecta naturis, in

vnam quodammodo redigitur intelligentiam, Cōstat igitur q. humanitas secundum q. colligitur in intellectu diciatur esse cōmuni. & per consequens hic doctor magis realizat q. nominalizat, Plura alia dicit quæ ob prolixitatem omitto.

¶ Sed & Theophrastus Aristotelis discipulus ut ipse Boetius videtur allegare vniuersale vocat q. de pluribus naturaliter predicatur, ut homo, non q. positione ut hoc nō men Alexāder de troiano & de macedone Philipi filio predicatur. hoc enim positione de pluribus dicitur illud natura, hæc Theophrastus, vbi videtur Theo. illam partculam Aristotelis. Natum per ly naturali glosare, ex quo habes q. illa quæ ex positione. i. impositione sunt cōmuni. non sunt vniuersalia proprie, quod pro tanto dicitur quia est illud vniuersale mentis naturalis reisimilitudo ut ipse Boetius iam explicauit ad mentem certe realium, & sic nō oportet saluare q. non sit genus per equiuocationem ut nominales saluant, sed quid Auctena senserit declaratū est illa autoritate, que pro nominalibus est allata, & hoc de principali & tot sc̄culis tediousa quæstione.

### Secunda quæstio principalis.

Vtrum sint quinq; tantū vniuersalia & vtrū ad illa sit vniuersale genus vel potius predicable.

Postq; de ipsis vniuersalib; qđditate pertractatu est, supereft ut ipsum consideremus secundum ordinem quē habet ad inferiora, id enim poscit ordo doctrinalis & quocūq; I. mediocriter perito seruandus ut post considerationem rei in ordine ad se, ipsa eadem consideretur secundum habitudinem quam habet in ordine ad alia extra se, quod in hoc capite ductore deo fieri, particimur igitur p̄f sentem quæstionem in tres Articulos. In primo de numero vniuersalium differemus, obijcenturq; difficultates quibus cōmuni schola cespitare solet. In ij. vtrum illorum vniuersale vel predicable sit genus ad predicabilia, & quam habitudinem habeat inter se. In tertio dubia in ouebimus quæ magis accommoda p̄senti proposito videbuntur,

¶ Ut primum igitur ordinari declarandus est sensus illius propositionis exclusiue sicut cōmuni declaratur, vbi aduertere q. sicut ex sumulis accipimus, præter multas species exclusionis quas ly tantum habet, duas sunt preci p̄pæ, scilicet excludere gratia arietatis & gratia pluralitatis, tunc excludit ly tantū gratia pluralitatis, quando excludit ab aliquo numero, quēcūq; maiorem ipso, vt tā tu octo dipondia sunt in bursa mea, excludit per illam maior numerus dipondiorū a bursa q. sit octonarius, non tamen excludit minorem vel inferiorem numerū, sed quādo excludit gratia arietatis, excludit predicatum a quocūq; alio a re importata per subiectum, quod sub alijs verbis dicitur excludere predicatum a quocūq; opposito subiecti, causa cuius differetie secunda exponentes differunt, nam in prima acceptione assignatur secunda exponens per ly non plura q: ita vt remouatur maior numerus alterius datur per ly nihil aliud in quibus exponentibus satis

E iiiij



accōmode illi affectus exclusionis exprimuntur. quo sit ut  
multe propositiones negentur in uno sensu quæ debent  
in alio concedi, de quibus elementarum logicum consule,  
solet autem ex cōmuni modo concipiendi (ut in nostris ex  
ponibilibus annotauimus) quando determinat terminum  
numeralem teneri gratia pluralitatis ut tantū quinqꝫ ho  
mines currunt et in propositione presentis questionis  
quare superfluo distinguitur talis propositio, vbi intelle  
ctus ipse docet qualiter signum exclusivum sit accipiendo,  
vera est ergo propositio illa in sensu proprio quem facit  
ut ostendunt sue exponentes, Quinqꝫ sunt vniuersalia et  
non sunt plura q̄ quinqꝫ vniuersalia, quas oportet bene in  
telligere, non enim vult secunda exponens q̄ non sint nu  
merice plura individua q̄ quinqꝫ, cum sint numero pene in  
finita, sed q̄ nō sint plures species vniuersalium q̄ quinqꝫ,  
Quam si velis nominaliter declarare sic expones, i. nō sūt  
nisi quinqꝫ termini specifici cōtentī sub illo termino vni  
uersale. Et secundū reales, non sunt nisi quinqꝫ species in  
tentionū inferiores ad secundā intētione vniuersalis, gene  
reitas, specialeitas et cetera. Debitē ergo propositionem intelligendo affero predicātam propositionem esse indubitanter  
veram, que autoritate Porphyrii tradentis nobis hanc do  
ctrinam sat poterit ratiocinari, cum enim ageret de vniuer  
salibus non numeravit nobis nisi quinqꝫ, q̄ si plura essent  
vel pauciora, redundantia vel defectu redarguendus au  
tor esset, sed et modo quodam probandi numerum mem  
brorum divisionis alicuius diuisi quo frequenter utuntur  
antiqui patres qui (iudicio meo) est efficacissimus veritatē  
propositionis sic corroboro. Vnde iuxta nominalem veri  
tatem sufficientia horum sic venari poterit. nam vniuersale  
aut significat substantiam aut accidentem, si substantiam, vel  
totam vel partem, si partem, vel materialem, et sic est ge  
nus vel formalem. Et sic est differentia, si vero totam sub  
stantiam, sic est species, nam species dicit et significat to  
tum esse individuorum, si vero significat accidentem vel est ip  
sum conuertibile vel non, si sic est proprium, si non, est acci  
dens, cum igitur non sit possibile a signare aliquem termi  
num qui vniuersale appelletur nisi aliquo illorum quinqꝫ  
modorum, erunt tantum quinqꝫ vniuersalia.

Antonius andreas scotistarum facile princeps qui ut re  
fertur Scoti fuit auditor. aliter ponit horum vniuersalium  
sufficientia, (quam ponit Scotus in suis predicabilibꝫ),  
penes predicari, q̄a predicari dividitur inqꝫ et in q̄le tāq  
in p̄ se differētias, predicari aut inqꝫ est predicare essētiā  
per modū essētiā id est per modū subsistētiā et nō deno  
minantis, hoc autē cōuenit dupliciter, vel q̄ predictet totā  
essētiā subiecti, et sic est species, si enim esset aliquid in es  
sentiā individui pr̄ter essētiā speciei duo individua, diffe  
rent essētialiter, et sic posset species diuidi, et individū  
diffiniri, Vel predictat partem essētiā, et sic est genus. si  
enim genus diceret totam essētiā frusta indifinitione  
apponeretur differētia, si vero predictetur in quale hoc est  
per modū denominantis hoc contingit dupliciter, quia  
vel predictatur in quale essētiale, et sic est differentia. est  
enim differētia substantiæ qualitas ex quinto Metaphy.  
vel contingit q̄ predictatum predictet accidentem per modū

denominantis. Et hoc dupliciter, vel accidēt quod egredi  
tur a principijs substantie et sic est ppriū, vel accidēt cōc,  
et sic cōstituitur qntū predicable, et cū predicari de plus  
ribꝫ nō cōtingat alijs modis, sequitur et cetera. In quaquidem  
sufficientia magis probatur sufficientia predicabilium q̄  
vniuersalium, sed quia predicable proprie semper presu  
ponit vniuersale sicut passio subiectum, non multū refert  
hoc vel illud afferere,

Sed contra istam conclusionem de numero vniuersali  
um arguitur nonnullis rationibus et primo sic, ens  
est vniuersale et tamen non est genus et patet per Ari  
stotelē. ij. Metaphy, nec est species, quia iam de ipso pre  
dicatur genus et sic non esset tancedens, nec est aliquod  
vniuersale de numero trium predicabilium, quia ens pre  
dicatur inquit teste philosopho in thopis et in. iiiij. Meta  
phy. Illa vero predictatur in quale ut constat. ergo sex sūt  
vniuersalia, sed q̄ sit vniuersale patet cum non sit individu  
um et predictetur de pluribus inquit.

Secundo sic diffinitio est vnum de predictatis quæ philo  
sophus designat in libro thopis. ergo est vnum de pre  
dicabilibus. quare erit vnum de vniuersalibus. et sic pre  
ter illa quinqꝫ aliud erit addendū vniuersale puta diffinitio.  
Tertio sic predictari est proprium vniuersali. ergo quot  
sunt predictata tot sunt vniuersalia, sed predictata sunt q̄t  
tuor que numerat philosophus. s. thopis. ergo non  
sunt nisi quattuor vniuersalia, et sic numerus vniuersali  
um redundat.

Quarto sic, quod modis dicitur vnum oppositorum tot  
modis dicitur et reliquū, ut habet Aristoteles primo Tho  
pico. sed vniuersale et singulare sunt opposita. ergo cum  
singulare sint numero pene infinita vniuersalia etiā erūt.  
Quinto sic, individuum est predicable ut afferit autor su  
mularum, sed predicable omne est vniuersale. ergo plura  
sunt q̄ quinqꝫ vniuersalia.

Sexto sic differentia generica ut animatum, et specifica  
ut rationale habent diuersos modos predictandi. ergo sunt  
predicabilia distincta. antecedens probatur quia differē  
tia generica habet predictari de pluribus differentiis spe  
cie. Et alia predictatur de differentiis numero. si dicas ve  
dici soletq, solum habent diuersos modos predictādi ex par  
te subiectibilium et tunc differentia talium versabitur pe  
nes materiam que non sufficit ad causandam diuersitatem  
predicabilium, sic arguo, genus et species solum habent  
modos predictandi materialiter distinctos et conueniunt  
in forma, ambo enim predictantur in quid de suis subiecti  
bilis licet vnum de multis specie aliud de multis tantum  
numero. ergo et cetera.

Primum argumentū in quo petitur an ens sit vniuersa  
le, facile diluitur secundum sanctum Thomam qui ponit  
ens p̄ prius dici de substantia q̄ de accidente et de deo q̄ de  
creatura, dicitur enim de accidenti et de creatura per quā  
dam similitudinem et proportionem q̄ habent creature  
ad deū, quia ergo ens est equiuocum nō est vniuersale. nā  
vniuersale secundum uniformem rationem debet compete  
re inferioribus ut ex saicto Thoma in capite precedentī  
notauimus, ac per idem possumus de passionibus transce  
dentalibus

dētalib⁹ loqui. lōge tamē maioris difficultatis erit respōsio in via Scotti & nominalium qui vniiformiter hanc equiuocationē negant. Scottus nāq; in dist. iij. q. iiij. probare nititur hanc vniocationem & etiam in distinctione. viij. tam ex parte conceptus formalis quā ex parte realitatis obiectū & imperfecte non enim ponit realitatem obiectiuā vt perfecte cognoscibilem quia ponit ipsam abstractam a modo intrinseco. Respōdet tamen in sua logica ipsemēt q; ideo ens non est vniuersale quia est equiuocū & equiuoce dicitur de substantia & qualitate. q; si hoc non adādīsset facile possemus saluare dictum suum: per hoc q; ly ens pot capi duplicitate uno modo vt dicit realitatem obiectiuā perfectam cum modo intrinseco. alio modo vt dicit realitatem obiectiuā imperfectam sine modo intrinseco. qualis est illa realitas quā correspondet conceptui formalī cōmuni deo & creature. primo modo esset equiuocū & secūdo mō nō. hoc posset dici vt a cōtradictiōe saluaretur sed nō sinit nos exēplū illud qd̄ possit de substātia et qlitate. VI teri⁹ arguēs cōtra se ait qā ad min⁹ in predicamēto substantiae erit vniuocū & sic erit vniuersale in predicamēto substantiae. R. q; non est vniuocū ad omnia quia de his quae ad latus ponuntur vt de differētiis ultimis predicatur denominatiue, & de his quae directe ponuntur predicatur in quid. hēc respōsio non est digna ingenio tam subtili, qd̄ suspicor quia dicit (ad hoc dicitur) qndo ad obiectiōē respondet manifestū enim est q; si illud impedit, generalisimū substantiae non esset vniuersale quia non dicitur vniuoce de differentiis & speciebus, locutus est ergo Scottus hic non secundum propriam sententiam cum oppositum sentiat in locis citatis. sed secundū opinionē quae illo tempore vigebat (supposito q; illud opus sup vniuer salia non sit adulterinū) Antonius andreas scotistārū primarius in suis predicabilibus postq; citauit Scotti responsiōē dicit se non crederely ens equiuoce dici. Idem habet Ioannes angelicus in glosa quam fecit super quastiones Scotti. ergo verisimile est illam responsiōē non esse Scotti. nec esse in via eius securā. Quare idē Antonius sic soluit facili argumentum. q; Porphyrius ordinavit hunc librum de vniuersalibus ad librum Cathegoriarum vt ipsemēt videntur promittere. ergo rationi consentaneum est q; loquatur de vniuersalibus in coordinatione predicamentali reponibilibus, talia autem sunt entia limitata, & cum ens sit saltē infinitū p̄misue dicatur q; deo & creatura, nō erit de vniuersalibus quae habet tractare Porphyrius erit tamen detranscendentibus.

¶ Conuenire etiam videtur in hoc Ioannes angelicus vir quidem in hac doctrina non flocipendens qui negat ens posse esse vniuersale eo q; est illimitatum. & tam deo q; de creatura dicitur quidditatue, & sic aliqd̄ vniuersale esset in deo & sic vel esset genus vel species &c. quorum neutrū in deo potest esse. Negare etiam debet Franciscus Maronis conformiter ad ea quae ipse dogmaticat in suo conflatu dist. xvij. & sāt Bonaventura lib. i. dist. xix. q. ij. ens esse vniuersale dicūt. n. q; ad rationē vniuersalis pertinet quadruplex imperfectio. s. diuisibilitas, plurificabilitas contrahibilitas & compossibilitas idest q; habet com-

poni cum alijs. Aliae tres proprietates non sunt tam obscuræ & cū nulla istarum possit esse in deo non erit vniuersale in deo, & sic ly ens non erit vniuersale cum dicatur & sit in deo, hēc sunt quae in hac re videntur mihi consona Scottice veritati ex mente tam solennitatem doctorum in hac via citata, nec opus est pro solutiōē imaginari Chimeras, sicut ego vidi quandam imaginantem, cum enim nō bil viderit in Scotto & suis sequacibus, facile & falso si ne fundamento enunciabat.

¶ Nominales vero & si i vniocationē entis cum Scottis aliquo modo conueniant, determinat enim Ioannes buridanus inter philosophos nominales scholæ Parisiensis doctissimus super. iij. Metaphy. q; secundum Aristotelis intentionem ens & vnum & omnia transcendentia omnia sunt analogia in significando & prædicando, sed secundū veritatem fidei quae docet, accidens posse existere seorsum a substantia ens vniuocum est ad substantias & accidentia deo & creature, dicemus igitur q; ens in significando vniuocū est ad emūa prædicamenta sed in prædicando non prædicatur vniuoce de omnibus, vniuersale ergo oportet q; habeat aptitudinē ad vniuoce prædicari respectu illorū quorū dicitur ēē vniuersale, hē enim diuersimodē prædications sunt, substantia est ens, quantitas est ens, qualitas est ens, prima enim quidditatua & directa est secūda vero non, vt visum est in prædicationibus, q; si arguas ad minus in prædicamento substantiae erit vniuersale, quia vniuoce prædicatur, nec obstat recursus ad prædicationem quae fit in his quae a latere ponuntur, nam isto modo substantia non potest dici genus & vniuersale respectu suorum inferiorum. Respondeo q; si ly ens non habeat aliam significationem a prædicamento substantiae quae vniuoce significaret aliud aliud, non inconveniret concede re ipsum esse vniuersale, sed cum maneat ly ens in sua transcendentali significatione, oporteret q; vniuocē in prædicando respiceret omnia immediate inferiora, quod non facit, q; si ipsum restringas vt significet vel supponat tantum pro his quae sunt de prædicamento substantiae, tunc vel erit substantia vel conuertibile cum isto termino substantia, quare iam non erit difficultas de transcendentia. Ocam in logica sua respondet sufficientiam dari de vniuersalibus non transcendentibus, in quo uidetur ultimā testandum.

¶ Ad secundum facile responderet nominales non esse vniuersale quia non est incomplexum, diffinitio enim debet esse oratio longa ex genere & differentia uel proprio &c. Nec ualeat, est prædicatum de illis quae numerat Aristoteles in Topicis, ergo est prædicabile de his quinque, bene quidem est prædicabile larga acceptione quia Aristoteles non cepit ibi prædicatum nisi pro termino apto ad determinandum problema & talis est diffinitio, sed de hoc in Topicis.

¶ Sed secundum reales non erit vniuersale quia diffinitio non importat unam naturam nec unum conceptum obiectivalem, & per consequens nec unam intentionem fundatam in vno conceptu obiectivo, nec valet illa consequia, quia alia consideratione sumit prædicata Aristoteles

## SECUNDA QVAESTIO PRINCIPALIS

teles i Topicis, q̄ p̄dicabiliā hic sumatur ut mox dicim⁹.  
 ¶ Tertium argumētū petit hanc difficultatem. quid sit  
 in causa quod Aristoteles numerans ea quae propriæ p̄-  
 dicantur in Topicis nō numerauit nisi quatuor. Et Por-  
 phyrius numerauit quinq; p̄dicabiliā. Respondeo q̄ phi-  
 losophus i. Thopicorum distinxit p̄dicata que sunt ge-  
 nus, diffinitio, proprium, & accidens, per distinctionē pro-  
 blematum, diuersa enim problemata habent diversimode  
 terminari ex diuersitate predicatorum. non ergo numera-  
 uit ibi omnia p̄dicabiliā quia nō differentiā nec speciem  
 specialissimā, quia cū h̄ec directe non habeat p̄dicari ni-  
 si de indiuiduis, & problemata scientia de quibus vult  
 Aristoteles determinare non sint de indiuiduis propterea  
 non fecit speciem & differentiam distincta p̄dicata  
 & si sint p̄dicabiliā, differentiā vero genericam colloca-  
 uit optime sub genere, quia vtrūq; dicit essentiā licet nō cō-  
 ueritibiliter de illo de quo p̄dicatur, nec posuit ens vel ali-  
 quod transcendens in numero predicatoru. eo q; transcedē-  
 tia nō sunt talia p̄dicata, quibus mediatis possim⁹ ter-  
 minare problemata ad aliquā artem pertinētia, problema  
 enim p̄supponit aliquid certum & querit dubiū ex vij.  
 Metaph. cap. vltimo, ens autem & res imprimūtur in ani-  
 ma prima impressione secundū Auenē in Metaph. cap. v.  
 quare cū nemo dubitet de re aliqua an sit ens. nō constitu-  
 itur p̄blema extracēdēti, Aristoteles enim illo. i. Topicorū  
 inquit non esse omnia problemata querēda quae a rūdib⁹  
 possent terminari. sed illa tātu quae cum aliquali difficulta-  
 te & pena possunt determinari. non enim rationabiliter  
 dubitatur apud doctos vtrū hec rosa sit purpurei coloris  
 vel ne, vel q̄ hic ignis est calidus &c. Distinxit ergo Arist.  
 p̄dicata penes p̄dicare essentiā & non p̄dicare es-  
 sentiam. q̄ si p̄dicatum p̄dicat essentiā, vel conuerti-  
 bilitate, & sic est diffinitio, vel non conuertibiliter, & sic  
 est genus, et in hoc satis bene includitur differētia generi  
 ca, si non p̄dicat essentiā, hoc iterum vel conuertibiliter  
 vel nō, si primū est propriū, si secundū est accidens, & cū  
 alia sint inepta ad determinandū problemata. nō sunt ni-  
 si quatuor, at cū p̄dicabiliā ordinaretur ad p̄dicandē-  
 ta. oportuit determinare tā de vniuersalibus quae ponun-  
 tur a latere, q̄ de vniuersalibus quae ponuntur in recta li-  
 nea, & vt hoc fieret alia consideratione considerauit Por-  
 phyri⁹ quinq; vniuersalia, q̄ penes p̄dicari inquit vel  
 inquale vt vidimus, & sic non est mirum q̄ diuersus nu-  
 merus resultet in p̄dicatis & in his quinq; vniuersalib⁹  
 cum diuersis intentionibus & mediorū venandi diuersi-  
 tate, ex hoc facile ad formam respondebis.

¶ Ad argumentum igitur distinguo antecedens quia vel  
 capis p̄dicari large pro eo q̄ est esse p̄dicatum utcūq;  
 sit, & tūc nego q̄ p̄dicari sit passio vniuersalis, cōuenit  
 enim multis alijs terminis. si aut capis p̄dicari i.e. eē p̄-  
 dicatū vt Arist. sumpfit in f. Topi, p̄ eo q̄ est p̄dicare es-  
 sentiā vel nō essentiā. nego et antecedēs nā passio vniuer-  
 salis nō est nisi p̄dicari de plurib⁹ inqd vel i quale, si aut  
 capias p̄dicari in hac vltima acceptiōe nego tibi cōsequē-  
 tiā si in cōsequēti intelligas de p̄dicatis Arist. sed si vni-  
 formiter p̄cedas dico q̄ sunt quinq; p̄dicata.

¶ Ex argumenti materia facile dicitur q̄ vniuersale &  
 p̄dicatū vt Aristoteles cœpit habēt se impertinenter facē  
 le enim verificabis quattuor propositiones requisitas ad  
 imperinentiam.

¶ Ad quartū respondeo verū esse q̄ si aliqua opponantur  
 & proprietam multiplex debet esse vnu sicut & reliquie  
 vt quia multitudo & vnum opponuntur, quod modis dici-  
 tur vnu putu numero, specie, genere, &c. tot modis dicitur  
 multi, similiter acutū & obtusum sic se habent, nam acu-  
 tum dicitur de voce stylo & gladio, sic obtusum, ita q̄ de  
 bet esse correspondētia in significatione, non tamē oportet  
 q̄ sit correspondētia in multitudine singulariū signifi-  
 catorū pro quibus possunt supponere, bonum enim & ma-  
 lum opponuntur capiendo illos terminos vt dicūt bonitatē  
 vel maliciā moralē, nō tamē oportet q̄ pro tot quibus ha-  
 bet supponere malum habeat supponere ly bonum, simi-  
 liter dic de albo & nigro, quare ad argumentum concessō  
 antecedenti, nego consequētiā.

¶ Ad quintum respondeo q̄ iste terminus p̄dicabile &  
 p̄dicatum potest capi propriæ & restictæ & impropriæ  
 & large, impropriæ accipitur pro omni illo q̄ p̄t ēē p̄-  
 dicatum, & sic c̄epit autor sumularum quādo dixit indi-  
 uiduum esse p̄dicatum, Proprietatē capitur quando suppo-  
 nit pro aliquo termino p̄dicabili in quid vel in quale de  
 pluribus & hoc modo indiuiduum non est p̄dicabile,  
 Quare ad argumētū distinguo cōsequens vel large et sic  
 concedo q̄ est p̄dicabile, stricte vero, nego,

¶ Ad ultimum respondeo vt responsum est vñq; ad repli-  
 cam, & quando arguis q̄ genus & species nō habent ni-  
 si diuersos modos p̄dicandi differentes in materia nego  
 illud, immo differūt, quia licet genus p̄dicetur in quid si  
 cut species longe tamen differenter, quia genus p̄dicat  
 & dicit partem potentialē quae in diffinitione subiectibili  
 lis se habet vt materia, species vero dicit totum esse indi-  
 uidorum, differentiae vero semper dicūt formam & quale  
 quid, licet genericā imperfectiōē formā dicat q̄ specifica  
 nō tamē se habent sicut totum & pars,

¶ Solet difficultari de isto termino vniuersale an sit p̄-  
 ter ista quinq; vniuersalia, sed in hoc non est multum  
 immorandum. cum id q̄ est superius non conuidatur  
 suis inferiorib⁹, quando enim queritur in questione  
 an sint plura q̄ quinq; vniuersalia in hoc sensu queri-  
 tur i. an sint plures species contentæ sub illo termino  
 vel conceptu vniuersale, & hoc de primo articulo.

### Secundus articulus,

¶ Sed an vniuersale sit genus ad ista quinq; p̄dicabi-  
 lia vel non controuersia est inter Scotistas & Thomistas  
 q̄ sub brevibus reserabimus, ex mente igitur Thomistarū  
 est hec cōclusio.

¶ Vniuersale nō est gen⁹ ad ista quinq; de quibus agit Por-  
 phyrius, hoc patet nā rō vniuersalis quae est esse in multis  
 p̄ prius dicitur de tribus primis q̄ de duob⁹ vltimis quae ac-  
 cidentaliter insunt. ergo nō erit genus ad illa, cōsequētia  
 est nota, quia q̄ est genus ad aliqua debet habere vniiformē  
 rationem

rationem ad ea . sed probo antecedens , substantia & accidentis in nullo vniuocari possunt ut patet ex iij. Metaphy. ergo nec in esse substantialiter nec in esse accidentaliter , qui sunt modi substantiae & accidentis.

¶ Itē quia per prius videtur q̄ cōueniat ratio vniuersalis generi q̄ specie eo q̄ est magis vniuersale cū de pluribus beat predictari, itē quia si esset genus ad illa illa essent species respectu illius , & sic vnum de alio predicaretur , hec enim esset vera genus est species , differētia est species , qd̄ videtur esse falsum cum conuidantur in illo genere & opponantur.

¶ Sed iste rationes parū concludit primo quia facile dice retur ad primam , q̄ supponit falsum vel ad minus satis dubium in illo quod dicit de equiuocatione substantiae & accidentis , quod paulo post examinabimus.

¶ Ad secundū facile dicetur q̄ gen⁹ nō est magis vniuersale q̄ aliud , est tamē maius , hoc tamē nō sufficit ad hoc q̄ vniuersale equiuoce predictetur , nā multitudo exunitatib⁹ aggregata quæ ē diffinitio numeri vniuoce dicitur de omnibus numeris & non analogice , & si quaternarius numerus sit maior quam binarius .

¶ Ad aliud dicitur cōcedēdo quod infertur , s. q̄ hēc debet concedi genus est species capiendo subiectū ut qd̄ & predictū ut mod⁹ , & licet in alijs spēbus realib⁹ hoc nō cōtin git , cōtingit hoc in secūdis intētiōibus ubi una pōt̄ predictari de alia denotatiue , sed de illis inferi⁹ sequenti articulo .

### Opinio Scoti.

¶ Doctor subtilis & sui sequaces oppositam tenent cōclu sionē scilicet vniuersale ē vniuocū ad qnq̄ vniuersalia & p̄ cōsequēs genus ad illa , q̄ sic patet , vniuersale ponitur in diffinitione cuiuscūq; & nō rōe differētia ergo rōne genes , maior patet sciēti diffinitiōes & minor etiā est clara cū sit primū quod requiritur in diffinitionib⁹. Ad hēc , cōuenienter respōdetur ad questionē factā per quid de quo cūq; vniuersali & nō est trāscēdens ergo est genus , p̄bo consequentiam ex Porphyrio probanti aliquid esse genus q̄a cōueniēter respōdetur ad questionē factā per quid .

¶ Itē q̄ aliquod genus p̄fect⁹ participetur ab una specie q̄ ab alijs : comune est omni generi , dicit enim philosophus q̄ in genere latent equiuocationes , sed hoc non obstat logicus ponit genus vniuocum ad suas species ppter vnitatem rationis . Igitur logice loquēdo vniuersale poterit ēē gen⁹ ad ista quinq; , & si perfectius reperiatur in uno quam in alio inferiori .

### Nominalium opinio.

¶ Inter nominales est controuersia nam Ioannes dorpius Buridani cōmentator , tenet istū terminū vniuersale nō ēē genus ad quinque ; predictabilia , occasionē nat⁹ ex verbis Buridani in suis predictabilib⁹ , inquit enim predictabile ppter sumptū est qd̄ diuiditur in genus & specie , & c. qd̄ non dixit de vniuersali , quæ cōclusio probatur q̄a iste termin⁹ predictabile importat modo generali omnē modū predictā di de pluribus suis secūdū qd̄ suis secundū quale , & quodli

bet illorū quinque ; predictabilium importat modū predictan di speciale . ergo illud se hēt vt gen⁹ , & hēc vt species .

¶ Prēterea nunq̄ absolutū vel minus cōnotatiū pōt̄ esse genus ad cōnotatiū vel magis cōnotatiū , quia tunc fieret in p̄dicatione generis indirecta p̄dicatio , sed vniuersale est minus cōnotatiū q̄ predictabile aliquod partiale , vt in terminis est notissimum . ergo non potest esse genus ad aliquod illorum .

¶ Ex hoc descendit ad cōclusionē prop̄positā , vt Aristoteles habet in ante p̄dicamētis diuersorū generū & nō subalternatim positorū diuersē sunt species & differētia sed vniuersale & predictabile sunt diuersorū generū , & non subalternatim posita cum vnum sit vt subiectū alterū significet propriā passionē . ergo quinq; predictabilia sunt sp̄s istius termini predictabile , & sic nō erunt species huius termini vniuersale qd̄ erat intentū . Sed contra hēc currunt argumenta quæ fecimus in Tho. quæ non sunt parui momēti p̄ pte Scotti , est etiā cōtra totā ceterā nominaliū & precipue cōtra venerabilem acceptorē in sua logica assērētē vniuersale esse genus , & si obiter dicat & nō p̄bet .

### Concordia nominalium .

¶ Inter quos doctores vel fallor vel in nullo prorsus sibi inuicem repugnant , vrum enim vero consonat , nec inter veritates potest esse aliqua pugnantia , vnde pro cōcordia notato hanc distinctionem , q̄ vnuquodq; istorum quinque ; predictabilium potest accipidupliciter , Vno modo sine illa cōnotatione ad suū subiectibile , predictabile enim respectū dicit ad subiectibile . alio mō cū tali cōnotationē , vt iste terminus genus pōt̄ capi sub hac cōsideratione q̄ est terminus qui aptus natus est de pluribus predictari differētibus specie , alio mō secundum hāc cōnotationē tātū , q̄ est termin⁹ aptus natus ēē in pluribus specie differentiib⁹ eo modo quo declarauimus , primo mō , sic predictabile ēē gen⁹ ad ista quinque ; ita vt nō possit ēē ly vniuersale & hoc p̄bauerūt argumēta Ioānis dorpii , nec hoc ab alijs debet cōtradici , sed secūdū mō , bene ly vniuersale ēē gen⁹ ad quinque ; predictabilia vt sic , & nō ly predictabile , & hoc p̄bat p̄tones cōes , nec cōtra hoc currūt argumēta Ioānis dorpii . Quo fit vt iste termin⁹ gen⁹ vt dicit illū respectū ad subiectibile : ēē ppter passionē in ordine ad gen⁹ secūdū mō captū , & ppter portionabiliter sicut se hēt predictabile in ordine ad ly vniuer sale , ita species predictabilis ad species istius termini vniuer sale , quare vtrūq; est genus .

¶ Haud dissimiliter poteris dicere in via Scotti si recurras ad secundas intentiones .

¶ Sed qualiter se habeāt vniuersale & predictabile communis est oīm logicorū concordia , q̄ predictabile est propria passio vniuersalis , capiendo predictabile non communiter , sed pro eo quod est predictari de pluribus vniuoce inquit vel in quale , quod satis ostendit Commentatoris diffinitio , inquit enim vt iam suo loco alle gauimus , vniuersale ēē intentionem de cuius proprietate est vt predictetur de pluribus : quo nihil clarius dici potuit nec presenti proposito accommodatius . Item Porphyrius sub cuius vnc disciplina profitemur :

SECUNDA QVAESTIO PRINCIPALIS

in capite de genere loquens de tertia acceptione generis rem videtur tangere, ut habet Argilopili translatio in hac verba, de tertio vero genere philosophorum est sermo, qd & describentes sic assignarunt, genus est qd predicatur de pluribus &c. Vbi appellat illam definitionem descriptiua quia datur per predicari, sed in tali semper ponitur aliqd proprium diffiniti, ergo ex mente Porphyrii predicablem proprium est, Itē Aristoteles in plarisq; locis dat diuersas definitiones vniuersalis non synonimas, aliquando enim diffinit per esse in multis & preter multa: quæ videtur esse propria diffinitio & quodammodo per essentialia, In alia pte per hoc qd est predicari de pluribus ut in primo Per hinc menias, sed ly predicari declarat Commentaria, tanquam proprium, igitur, non ergo cespitandum esse reor in re vbi tanti viri proprios calculos apposuere, sed nec nominales nostri ab hac sententia debent discedere cum sit eorum regula infalibilis, qd quando duo termini sunt convertibles & unus eorum connotat extrinsece supra reliquum ille qui extrinsece connotat est proprium respectu alterius, cum ergo isti duo termini vniuersale & predicable & si ambo sint connotatiu sic se habeant qd ly predicable dicit aliquid extrinsecum ad ly vniuersale & pro quo cunq; unus eorum supponit habet supponere alias & ecō uero, habebunt se ut regula dicit.

¶ Ex quo sequitur qd si velis diffinire predicable, sic poteris diffinire, est vniuersale aptum natum de pluribus predicari, corollarium patet quia passio iuxta Aristo. in Topi. per subiectum habet diffiniri.

¶ Sequitur etiam tot esse predicabilia quot sunt vniuersalia, codemq; modo quo ens & alia a ratione vniuersalis recimus possunt rejici a ratione predicabilis.

¶ Sequitur etiam male quosdam in via Scoti dixisse qd vniuersalis intentio consurgit mediante comparatione qua comparatur aliqua natura sub hac ratione qd est predicable, quia mediante illa comparatione non consurgit nisi predicabilitas, oportet ergo ut sub hac comparatione que includitur in sua definitione que est esse in pluribus consurgat & pullulet illa secunda intentione vniuersalitas, alias enim due secunda intentiones resultant mediante eadem comparatione & iudicio, quod non est multum Scotice dictum.

¶ Sufficientia autem & distinctio horum predicabilium (ut sine calumnia procedamus) sic poterit venari ex diversitate suorum subiectibilium comparata ad diuersum modum predicandi, quia subiectibilia alicuius predicabili sunt in duplice differentia, quia quædam sunt sibi coordinata in eadem recta linea predicamentali, alia vero non sunt sibi coordinata in eadem recta linea, secundum primam considerationem accipiuntur prima duo predicabilia puta genus & species, genus enim predicatur de speciebus & individuis & species de individuis tanquam de aliquibus sibi recte subordinatis propter bimētē distinctionem talium subiectibilium, secundum vero alia subiectibilia sumuntur alia predicabilia ultima, si enim non predicatur de sibi subordinatis, in recta linea & est predicable cum non sit genus nec species, erit alia

quod illorum trium, qd vel predicatur dicendo substantiam vel dicendo accidentem, si substantia, erit differentia, si accidentis vel conuertibiliter & inseparabiliter, & sic est proprium, vel non, & sic est quintū predicabile.

Tertius articulus.

¶ Pro tertio articulo mouentur dubia, primum est quod modo secunda intentio vel terminus secunda intentionis potest predicari de alia secunda intentione secum conditente aliquod unum superius, Secundo an haec sit concedenda præsertim in via Scoti homo est vniuersale.

¶ Primum dubium mouetur propter illud inconveniens quod adducebatur in precedente questione, de huius concessione & similiū genus est species, & propter illud argumentum quod olim mihi in hac militia tyrunculo & adhuc puero veluti lapis offensionis erat, videlicet, quia si vniuersale esset genus, genus qd est ipsum vniuersale continetur sub pte quod est falsum, probatio sequelæ nam vniuersale continentur sub genere ex quo est genus, & adhuc amplius predicable continetur sub proprio, ex quo est propria passio vniuersalis, hoc autem est falsissimum. Et præter Aristotelem, inquit enim quarto Topicorum si illud quod ponitur sub specie assignatur esse genus ad illam, mala est assignatio, cum ergo ipsum vniuer sale ponitur sub genere quæ est quædam species ut dictum est, non poterit esse genus ad illam, ex duabus igitur regulis, apud omnes logicos iam pridem receptis res ingerit dubium, videlicet, qd species disparate nunquam predicatur de se ipsis & qd nunquam genus continetur sub sua specie, hoc dubium equaliter currit in via nominalium sicut in via realium, tamen quia reales non satis intelligibiliter interpretantur, circa eorum modum dicendi primo insistimus.

¶ Vbi aduerte hoc esse priuilegium secundarum intentionum ut non solum sint aliorum modi intelligentie verum alternis vicibus se modificant ut speciem genus, & genus & species & adhuc se ipsis, ut genus est genus, species est species ita ut sub alia & alia ratione sint ipse quidditates aut quid est & modi sui & aliarum, inquantum, intelliguntur sunt quod quid est, inquantum vero sunt rationes intelligendi aliorum: sunt modi, quo fit in his secundarum intentionum predicationibus se penumero annexatur haec distinctio, vel capitulū trinū extrellum ut modus, vel ut quid, vel judicium ut modus, & predicatum ut quid, vel econtrario ab his realibus,

¶ Verutamen quid sit predicatum capi ut modus vel ut quid, non satis explicant isti reales Scotus tamen in suis predicationibus plerūq; distinguunt capi predicatum ut modus vel ut quid, solum tamē in questione sexta explicat quid sit et ilud satis implicate, respondens enim ad illud argumentum qd fecimus ex mēte Thomistarū habet haec obscura verba quilibet istarum intentionum potest accipit ut modus

ut modus; quando est enim illud quod intelligitur tunc est quid: quādō autē est ratio sub qua aliquid intelligitur tunc accipitur ut modus: hēc ille: & ponit exemplū de hac, genus est species: quod sic declaratur quādō est illud quod intelligitur i. quando est aliquid quod tenet rationē obiecti: & intelligitur aut per se, aut secundū se ab intellectu: & nō est ratio cognoscēdi aliud: tale dicitur quid, & merito: quia se habet suo modo sicut quidditas mouēs ipsum intellectū, ita ut intellectus intelligat naturam & essentiā eius propriā, & non essentiā alterius pereā: quādo uero est ratio sub qua aliquid intelligitur i. quādō aliz quid est modificās aliud & non representans se tanq̄ obiectum mouens, sed modificat illud aliud: alia est ratio sub qua aliud intelligitur tūc dicitur modus & nō abs re quādō tunc nō representat se intellectui: sed tantū est ratio cognoscēdi aliud tribuēs modum sub quo ab intellectu co scatur aliud cuitribuitur, sed q. ipsum uniuersale & que cunq; alia intētio possit esse quid & modus patet: quia re spectu cuiuscunq; quidditatis uniuersalis est modus: eo q. intelligitur sub modo uniuersalitatis: ut si dixeris natura humana est uniuersale: ly uniuersale est modus sub quo intelligitur modo uniuersali qui est esse in pluribus: sed tūc est quid ly uniuersale si p. seipsa itētione materialiter caperetur: quia ut sic est ueluti quādā quidditas ut declarauimus, potēs ipsum intellectū mouere, & intentionē suo modo terminare. & sic sensus est, natura humana est aliquid quod est secunda intētio existēs uniuersale, qui falso est, & analogia & huius similitudo accipi potest in rebus realibus: nā indumentum pontificiū q. uulgas rochētum uocat, potest accipi ut modus & ut quid: tūc accipie tur ut modus quandō est ratio cognoscendi & sub qua cognoscitur ipse pontifex, nihil de natura talis indumenti intelligentes nec considerantes: tunc uero accipietur ut quid, quando ipsum indumentum secundum sui naturā cognoscitur uel q. est lineum uel holadicum: non considerando ipsum secundum q. est ratio sub qua cognoscitur ipse pontifex, tunc enim est quid, quia est uelut quidditas mouēs intellectum ad formandum sui notitiam & non alterius rei per ipsum: sic uidetur dicēdū esse de secundaintētione quacunq; sed quod uniuersale & omnis secunda intētio possit accipi ut quid: id est possit per se aut secundum se intelligi aperte probat Scotus in suis prædicabilibus questio ne quinta sic: quia primum obiectum intellectus (scilicet q. quid est) intelligitur sub ratione uniuersalis: illa uero ratio siue modus non est idem essentialiter cum ipso quid est sed modus eius accidentalis: ergo cum sit maxima distan tia inter illa, intellectus potest distinguere inter oīa quae non sunt essentialiter eadē. Si ergo pōt ponere differentiā utrumq; differens potest intelligere: probatur consequētia per Philosophum secundo de Anima: suadentem sensum communem hac ratione: nec obstat dicere q. illud non fuerit in sensu, ut prohibeatur cognosci ab intellectu: quia regula hec philosophorum intelligitur de rebus sensibilibus & materialibus. Quod autem hec declaratio ad mentem sit Scotti patet, nam ipse sexta questione prædabilium ubi tractat de passionibus uniuersalis concedit

hanc propositionem. A. est uniuersale: ut ly. A. sit nomen passionis, & concedit illam tanquam denominatiū prædicationem: & ipse contra se arguens obicit: quia nunquam subiectum prædicatur denominatiue de sua propria passione: quia subiectum non se habet uelut accidens respectu passionis sed econtrario, quod oportuisset in prædicatione denominatiua. Ad hoc ipse subtiliter de more suo respondet: quia uel ly uniuersale capitut ut qd, uel ut modus: si ut quid, uerum cōcludit responso: nec in hoc sensu uult concedere illam: si capitut ut modus, concedit eam: ac si diceret, si ly uniuersale capitut ut modus, sub quo intelligitur ipsa propria passio ( illud enim est quod ibi facit denominatiū prædicationem ) tunc uera est propositiō cum conuertatur cum suo subiecto cum quo debet adēquari in communitate, ut ex primo Posteriorum, patet, ergo si subiectum est commune & uniuersale & sua propria passio: ergo modus sub quo cognoscitur est uniuersalitas: ergo ibi uniuersale capitut ut ratio sub qua cognoscitur A. & sic ut modus. Si uero capiatut ut quid id est ut secundum se intelligitur & non est ratio cognoscendi aliud, tunc propositio est falsa: quia sensus est, quod A. est uniuersale, id est secunda intētio: que intelligitur & est ipsum uniuersale, cuius passio est ly. A. nec poterūt illa uerba commode alio modo glosari.

¶ Ex qua declaratione sequitur, q. quando prædicatum capitur ut modus, & subiectum ut quid: semper est denominatiua prædicatio.

¶ Patet etiam uniuersale & pprīā passionē de se inuicē denominatiue prædicari: differenter capiendo ly uniuersale in talibus prædicationibus.

¶ Fit etiam ut propter istam duplēm acceptiōnēm istarum secundarū intentionū, scilicet ut quid uel modus possint exerceri tam præpostorē prædicationes, ut opposite species de se inuicē predicentur: & superius de suo inferiori, quod est quod regule ille logicales obiecebant, quod si non contingit in speciebus prime intentionis est quia non contingit tales esse modos intelligentiāliarum quidditatum.

¶ Sequitur etiam non esse inconueniens quod aliquid conuertatur cum superiori: & denominetur a suo inferiori, hoc patet de ly. A. quod conuertitur cum ly uniuersale & denominatur a proprio: hēc enim est uera: A. est pprīū. i. A. cognoscitur sub modo proprio, capiendo prædicatum ut modus & subiectum ut quid.

¶ Sequitur quarto inferiorū & superius posse esse modos in his prædicationibus unius & ciusdē: iste enim sunt ure. A. est uniuersale. & A. est proprium: capiendo utrobi p. prædicatum ut modus.

¶ Sequitur quinto superius denominari ab inferiori sicut inferiorū a superiori: sicut n. hēc est uera: genus est uniuersale capiendo subiectū ut quid, & prædicatū ut modus (est. n. eius intētio q. secunda intētio generis quae cōtinetur sub uniuersali intelligitur sub mō uniuersalis) pariter si conuertas pprōnem uera erit, subiecto ut modus, & prædicato ut qd sensus est modus uniuersalitatis est is sub quo intelligitur intētio generis, sed si accipiatur utrumq; extrectum us

## SECUNDA QVAESTIO PRINCIPALIS

quid, falsa est propositio. Sensus enim est: intentio generis  
qua intelligitur est intentio universalis: acceptio autem ut  
modus utriusque extremi non est usitata apud Scotistas  
istiusmodi loquendi autores: quia ad hoc quod aliquid dicatur  
ut modus oportet ut dicat modum accidentis respe-  
ctu subiecti: quod si ibi aliquid est ut subiectum iam illud ut  
quid capietur: quod si uelis improprie membrum illud di-  
stinctionis addere: explica sensum talium: ac si cuperetur  
utrumque ut quid. Haud dissimiliter practicabis de illa, uni-  
uersale est genus: quia si capiatur subiectum ut quid et  
predicatum ut modus: uera est: si autem utrumque ut quid,  
falsa est: si subiectum ut modus et predicatum ut quid,  
sensus est: Modus universalitatis est id sub quo intelligi-  
tur intentio generis.

**S**equitur sexto secundam intentionem speciei predicari  
ut modus de omnibus quatuor praedicabilibus et de ipsa  
captis ut quid: quia unumquodque illorum intelligitur sub  
modo speciei sub universalis: si autem utrumque extremum ca-  
piatur ut quid: false sunt propositiones, cum disparatu de  
disparato praedicitur: sed si accipias conuertentes earum  
putas: species est genus: species est differentia: species  
est proprium: si subiectum primae accipiatur ut quid, et pre-  
dicatum ut modus, uera est propositio: cum sit sensus secunda  
intentio speciei quod est eius quid intelligitur sub modo ge-  
neris et ita est: quia respectu intentionis que fundatur in  
natura humana, in natura albedinis genus est: et si acci-  
piatur subiectum ut modus, et praedicatum ut quid, concedenda  
est etiam sicut et conuertens concedebatur: aliae uero propone  
no sunt concedenda nisi subiecto ut modus, et praedicato  
ut quid: ex quibus oibus poteris facilere respondere ad propone  
huiusmodi que tibi proponuntur.

**S**equitur ultimo in his secundis intentionibus repiri gene-  
ra et species et ordinem praedicamentalem: nisi quod de more  
realium tales predicationes non debent exerceri per abstracta  
etia sed per concreta: nec inter tales species esse aliquam op-  
positionem nisi captis ut quid. Iuxta quem sensum autoritas  
Aristotelis debet intelligi quando loquitur de superiori  
et inferiori in autoritate citata in arguento. Et hec secun-  
dum Scotum: nec dissimiliter censeo dicendum secundum  
Sanctum Thomam. Quod si arguas hanc esse conceden-  
dam: genus est universalis: capiendo utrumque extremum ut  
quid eo quod praedicatur superius de inferiori negetur co-  
sequentia: nisi altero sumpto ut modus. Quando enim di-  
citur quod universalis dividitur in quinque praedicabilia, non  
est intelligendum quodlibet sit illa universalitas loquen-  
do pro substrato: sed quod quelibet potest intelligi sub  
modo universalitatis: quare licet sit genus: non debet fieri  
praedicatio nisi secundum concretum, ut sit in his, ani-  
malitas et humanitas.

### Sensus Nominalium.

**N**ec nominales nostri debet ab hac via recedere, licet cla-  
rioribus et brevioribus uerbis iuxta morem suum ada-  
periant. Notant igitur hi, ut uidetur sentire instaurator  
eorum in sua logica, et post ipsum plerique nominales, q-

termini secundarum intentionum habet hanc specialē prero-  
gatiā, ut habeant reflexionē supra se ut de ipsis alternis  
uicibus predicentur superius de inferiori, et econtrario,  
disparate species de seipsis (ponūt. n. coordinationē predi-  
camentale terminorū secunda intentionis: licet non ponat dif-  
ferentias a latere) haec. n. dictio trūs de seipsa predicatur  
materialiter sumpta et est superius respectu sui: simili-  
ter species est genus: genus est species: et in grammatica  
uerbi est nomine: quia ista dictio uerbi est nomine: et tamen  
sunt species disparate: similiter haec: hoc uocabulū numer-  
rus pluralis est numerus singularis: que sunt etiam species  
disparate: ad haec: hoc uocabulum dictio est genus ad oēs  
ptes orationis: et tamē hoc uocabulū nomine predicatur  
taq; genus de illo uocabulo dictio: pariter in philosophia idē  
et diuersum sunt species essentialiter cōtēt: et sub adaliquid:  
et tamē oē adaliquid est idē sibi: et oē diuersum ab alio est  
idem sibi: et oē idē est diuersum: et in pposito uniuersale  
est genus: et tamē genus est uniuersale: in quibus predi-  
catur inferioris de superiori: sicut econtrario.

**S**ed quæreris quid sit aliquē terminū habere reflexionem  
supra se: Respōdeo nihil aliud esse, quod talē terminū signifi-  
care seipsum proprie ad placitū, et posse uere predicari de  
se ipso materialiter accepto: ut hoc nomen dictio signifi-  
cat seipsum, et praedicatur uere de seipso materialiter sum-  
pto. Hec. n. est uera: ly dictio est dictio: capiendo praedicatum  
personaliter et significatiue: similiter haec: iste terminus no-  
mē est nomine: et iste trūs species est species: quod fere nunq;  
cōtingit in primis intentionibus: nō. n. cōcedimus quod iste ter-  
minus homo sit hō: uel quod iste terminus albū sit albū: uerifi-  
cantur ergo huiusmodi propone in uniuersum subiecto te-  
to materialiter pse et significatiue: et praedicato tēto pe-  
sonaliter et ut significat ad placitū: quare cum subiectū ca-  
piatur materialiter, habet se ut quid, et habet se ut mate-  
ria: et quia praedicatum capitulū personaliter et cōnotat ex-  
trinseco supra subiectū d'r ut modus: et sic est praedicatio  
formaliter denominativa siue accidentalis: et sic in idē re-  
dit modus loquendi realiū et nominaliū circa hāc materiā,  
quare regulē illae celebres sepiissime fallunt: quando alter  
terminorū capitulū materialiter: et tales trūs sumptus si-  
gnificatiue habet supra se talē reflexionem: tunc. n. dispa-  
rate species et inferioris de suo superiori: et multe ac-  
tie prepostere predicationes exercentur: ut hic aliquo  
modo tetigimus.

**Q**uo fit ut nunquam debit aliquā ppositio in hac ma-  
teria concedi: nisi altero extremerū sumpto significatiue  
et personaliter: altero uero materialiter sed cum significatio-  
ne: ita ut terminus stet pse cōnotando significatiōne: et  
sic sensus huius propnis: genus est species: est, ista dictio  
genus est res significata per hoc nomen species: eo quod  
haec dictio species fuit imposita ad significandum omnia  
illa que continentur sub aliquo genere: de quorum nume-  
ro est ly genus: similiter haec: uniuersale est uniuersale:  
sensus est: ista dictio uniuersale que pro se supponit con-  
notando significatiōne, est res significata per istum  
terminum uniuersale sumptum personaliter: eo quod  
iste terminus uniuersale fuit impositus ad significandum  
omne

omne categorema uniuocū incōplexū &c. de quoru numero est ly uniuersale. Fit etiā ut conuertētes harū seruatō eodē sensu optime possint concedi: & sic de alijs p̄positionibus practicabis: oēs n. tales concedūtur ut faciunt p̄dicationē denominatiā directam uel indirectam: qua p̄dicatione nō inconuenit q̄ exerceantur tā prepostere p̄dicationes propter reflexionem dictam quam tales termini secunde intentionis habent supra se & supra ailios: ut ostensum est.

## Secundum dubium.

¶ Pro materia secūdi dubij notat Scotus in sua logica quādam distinctionē imis sensibus reponendā: q̄ significatiū termini cōsignificantis uera naturā i. ueram quidditatē que non habet esse p̄ opus intellectus, potest tripliciter considerari. Vno modo secundū esse q̄ habet in suis singularibus a parte rei: & hoc modo insunt ei accidentia realia: puta esse album uel nigrum: esse in loco. &c. Sunt n. talis conditionis h.e.c realia & accidentia ut rerū singulariū existentiam presupponant tanquam basim sine qua sustentari nequeunt. Secundo modo consideratur tale significatum absolute ut ab intellectu prescinditur nullo habito respectu in ordine ad sua inferiora. sed tantū secundū esse quidditatiū: & hoc modo insunt ei predicata & essentialia superiora. substātia, corpus & similia. Tertio modo potest sumi ut p̄ formā intelligiblē ab intellectu apprehenditur ac si dicretur, alio modo potest sumi cōparatiue secundū aliquā p̄prietatē in tali respectā: scilicet: quia natū est esse in pluribus, & de pluribus natū est p̄dicari: & isto modo insunt ei predicata intentionalia: puta q̄ est genus. l. sp̄s.

¶ Ad dubium igitur respondeo iuxtabanc uīa: q̄ si ly homo capiatur primo & secundo modo, falsa est illa p̄positio: sed tertio modo uera est: si enim primo modo esset uera, tunc caperetur personaliter homo: & sic quilibet homo singularis esset species. Secundo autem modo capitur absolute: & sine cōparatione non insunt ei nisi predicata superiora: nisi n. capiatur cōparatiue assurgere nequit secunda intentionē: sed tertio modo est uera: nā de quocunq; de quo uerificatur diffinitio uerificatur diffinitū: sed hec est uera, homo sic acceptus est p̄dicabilis de pluribus differentiis numero: ergo est species: quare & uniuersale.

¶ Ex hac distinctione pulcherrima potest alia suboriri: q̄ uniuersale est triplex: Physicum & Metaphysicū & Logisticū: significato uniuersalis capto primo modo secundū esse reale quod habet in individuis appellatur uniuersale physicum. Physicus. n. considerat de quidditatibus secundū eorum existentiā quā habent in singularibus: quia secundū existentiā quā habēt in rerum naturā. Secundo modo erit uniuersale metaphysicū: quia tunc est considerat & abstractū ab oībus p̄prietatibus individuantibus & secundū q̄ sibi absolute cōgruit p̄dicata essentialia & quidditatiua de quibus metaphysicus sic cōsiderat: Sed tertio modo ab illa natura sic cognita comparatiue sumitur uniuersale logicum: quia de naturis ut sic per accidens saltem ut habent denominari a secundis intentionibus tractat logic-

cus iuxta Auicenne commune dictum.

¶ Quo fit male quosdam distinguere: quando petitur ab eis expositiō diffinitionis alicuius uniuersalis in dialectica uel p̄ substractō, uel pro p̄ se significato: non n. substratum nec ut est a pte rei: nec ut est in intellectu absolute potest esse aliquid uniuersale logicū: nec ego uidi Thomistā aliquem doctum nec Scotistā qui talē distinctionē afferret: p̄ substractō n. sic capitū ut est i singulāribus erit physiciū uniuersale si autē put est abstractū erit metaphysicū: sed logicum nullo pacto: quod bene nota.

¶ Sed argues probando illā p̄pōnem esse ueram in primo sensu sic: Hoc p̄dicatum species inest homini secundū q̄ est in pluribus: & hoc p̄ est esse in pluribus conuenit ei secundum esse materiale quod habet in individuis: ergo secundum tale ly homo est species.

Itē in tali p̄dicatur non uera naturā de uera naturā, ergo oppositum de opposito, quare propositio est falsa. Rursus hō est species & species est intentionē, ergo homo est intentionē: conclusio est falsa & non minor, ergo maior.

¶ Ad Primū respōdeo q̄ homo potest duplicitē capi: uno modo secundum suppositionē psonalem quae secundū realis est quando accipitur pro suppositis: alio modo sumitur secundū suppositionē simplicē, quae est quando terminus capitū pro suo significato immediato tantū, id est p̄ ipsa natura absolute: & secundū istam duplicitē suppositionē aduenit sibi duplex modus essendi in singularibus: unde secundū primū modum est quidem in singularibus realiter: & suscipit oīa accidentia quae suscipiunt sua individua: hec n. sunt uerē: homo est albus: homo est currens: si Sortes uel Plato sit albus uel currat: sed si sumatur secundo modo, tunc etiam est in individuis, sed longe diuerse: quia secundū significationē & predicationē: non n. potest esse p̄dicatum homo de Sorte secundū esse quod habet i suis singularibus, licet a parte rei homo sit Sortes: quia p̄dicari cū sit secunda intentionē non conuenit significato talis termini secundū q̄ est a parte rei: & secundū hūc modū p̄dicata realia quae p̄dicātur de individuis nō habent p̄dicari de hoc uel aliquo cō simpliciter supponēt. Discoigitur, q̄ licet hō sit semp in suis individuis: tamē homo non dicitur de pluribus secundū q̄ est in illis realiter propter rationem datam, & sic non est species nec uniuersale: quia homo secundum quod est in pluribus, & est in individuis supponit personaliter & secundum quod est species uel p̄dicatur de pluribus supponit simpliciter: quia hoc quod est p̄dicari non inest sibi nisi secundum significatum primarium. Ad argumentum igitur nego mīnorem: non enim p̄dicatur quia est in pluribus si ly esse in pluribus denotetur competere homini secundū esse reale & psonaliter p̄dicetur: sed quia abstractū est & habet uniformē rationē significationis ad omnia singularia sub se contenta.

¶ Ad secundū dicitur q̄ illa p̄dicatio est denominatiua, p̄dicato. s. capto ut modus: subiecto ut quid: & ideo nō inconuenit: sensum poteris dare ut nouisti: inconueniens tandem est utroq; termino ut quid.

¶ Ad tertium respondeo negādo cōsequentiā: quia cōmitti-

tur fallacia figura dictionis mutando quale in qd: nec premissae sunt dispositae ad inferendum aliquam conclusionem quia id puidetur esse medium tenetur aequoce in maiori ut modus: in minori ut quid.

**T**Quod si queratur an illa predicatione sit per se aliquo modo pseitatis facile est respondere si natura talium modorum diligenter suspiciamus: quia non pertinebit ad prium modum cum non predicitur diffinatum nec pars definitionis nec ad secundum cum non predicitur propria passio non enim intentione fuit a primis principiis subiecti: quia tunc supflueret intellectus: nec uidetur quod subiectum sit causa predicationis inherenti predicti ad subiectum, nec alio quouis modo.

**T**Doctor Sanctus haud dissimiliter diceret ad re quae sita: habet enim opusculo i. lect. sexta fere eadem uerba que ex Scoto adduximus: ita ut mihi uideatur ex S. Thoma Scotu in hac pte illa doctrinā de promulgatione. Post quae uerba paulo inferius ait. Naturā habet duplex esse: unū in singularibus, aliud in anima: et secundū utrumque consequuntur naturā sua accidentia: nā esse in hoc singulari cōpetit naturae ut est in singularibus: non tamen competit ei secundum qd est in anima. Si n. illa reduplicatio esset uera, nunq̄ esset illa natura nisi in hoc singulari: nec etiā cōpetit ei nō esse in hoc singulari: quia tunc nunq̄ posset intelligi esse in singulari saltē intellectu uero, qd est falsū. Ex quo cōcludit qd natura ut sic, abstrahit a quolibet esse: non tamen negat aliquid esse: sed tantum intelligitur sine illis: et subiunxit: nec etiam potest dici illa natura sic considerata uniuersalis: quia de ratione uniuersalis est cōmunitas et unitas, et neutrū horū conuenit secundū suā absolutā cōsiderationē. Si enim cōmunitas esset de intellectu talis naturae, tunc in quocunq; inueniretur talis natura inueniretur cōmunitas quod falsum est: cū in suis singularibus reperiatur sine cōmunitate: nec etiam aduenit sibi uniuersitas uel secunda intentio secundū esse quod habet in individuis: quia nō inuenitur in individuis secundū unitatē qd operatus est ad esse uniuersale.

**T**Concludit igitur qd natura humana nō est species secundū qd habet esse absolutū: sed put equaliter est similitudo, oīum ducē uniformiter in oīum individuorū sub se cōtentorū cognitionē: ex quo dicto uides ī clare tertium mēbrū quod addebat Scotus in sua distinctione.

**T**Ex quo infert unū pulchrū corollariū, qd hoc nomine species nō predicabitur de Sorte nec ly uniuersale: eo qd species et huiusmodi intentiones nō dicuntur de natura humana secundū esse absolutū. i. secundū qd absolute cōsiderantur: sed est de accidentibus que cōsequuntur ipsam, put est in intellectu. Si n. species cōpeteret naturae secundū se, illud cōpeteret Socrati: nā oīa que predicantur et conueniūt superiori secundū se predicatur de inferiori: quare ad questionē conformis erit responsio cum Scoto.

**T**Nominales tamē distinguere tales ppōnes penes hoc qd ly hoc capiatur materialiter uel psonaliter uel simpliciter: primis duobus modis negabunt ppōne: tertio uero modo cōcedē illā: et p hoc patet quid dicēdū est secundū has doctōrū classes ad ppōnes ubi uidetur misceri termini pri-

me intentionis cū terminis secundū intentionis: quae predicationes debet esse denominatiue: ad hoc ut uere sint.

**T**Inquirerē hic (et nō abs re) difficultatem de singularis odditate: sed quia alio nos uocat res, expectabit nos hēc determinatio usq; ad caput de specie: ubi fit mētio de individuo: ubi dilucide res pro nostro modulo digeretur.

### Caput de genere.



Idetur itaq; neq; genus, neq; spēs dici simpliciter. Dicitur enim genus et arborum hominū aggregatio: quiquidem ad unum quipiam et inter se habent respectum, qua significatio Pelopidarum d'r genus, quoquidē ex respectu qui est ab uno idest Pelope: et multitudine eorū qui inter se etā habet cōiunctionē que ab illo pfluxit sic est nūcupatū, ut ab alijs generibus sit sciunctū. Dicitur et alio modo genus uniuscuiusq; principiū ortus: tā ab eo qd genuit, qd a loco in quo est quispiā ortus. Sic n. Orestē quidē a Tātalo: Hylū autē ab Hercule dicimus genus habere: et rursus Pindarū quidē Thebanū genere. Platone autē Atheniēsem dicimus esse: patria nāq; principiū est generatiois cuiusq; pindle ac pater. Hoc autē significatio i prōptia esse uidetur. Pelopidae nāq; dicuntur qui genere descendunt a Pelope: et Cecropide qui a Cecrope: et horū quoq; ppōne qui. Atq; prius sane genus est nūcupata cuiusq; ortus origo: postea uero et multitudine eorū qui ab uno principio eoru pfluxerūt: quodquidē a ceteris sciūgētes ac se parates totū aggregatū Pelopidarū diximus genus. Alio modo d'r genus id sub quo spēs collocatur: fortasse accepta similitudine a prioribus uocabuli eius significatis. Nā et principiū quoddā eorū que sub se hēt genus tale ē: et prēterea uidetur multitudinē omnē amplecti quā, si infra se continet: his igitur tribus modis d'r genus. De tertio uero genere philosophorū est sermo: qd et describētes sic assignarūt: genus id esse dicētes qd de pluribus specie differētibus hoc ipso quid est predicatur: ut aīal. Eorū enīque predicatur: alia de uno solo dicuntur, ut idividua, ueluti Socrates et hic et hoc. Alia de pluribus predicatur: ut genera: species, differentiae, propria, et accidētia coiter sed nō cuiq; proprie atq; genus est exēpli causa. Aīal. Spēs hoc: Differētia rationale. Propriū risibile Accidētis albū, nigrū, sedere. Genus igitur ab hisce quidē que de uno solo dicuntur hoc sane differt qd ipsū de pluribus predicatur: ab his autē que de pluribus predicatur hisce differre uidetur: at qd a specie quidē hoc. Species n. et si de pluribus predicatur nō tamē de pluribus specie sed numero differentibus predicatur: homo nāq; quiquidē est species de Socrate et Platone dicitur, qui nō specie sed numero differunt. At aīal quod est genus, de boue, equo, atq; hoīe predicatur: Quae et specie nō solum numero differunt: a proprio uero hoc, nam propriū quidē de una specie cuius est propriū et de individuis hisce que sunt sub illa specie predicatur: ut risibile de homine solo et de singulis hominibus dicitur, genus autem non de una specie, sed de pluribus

ribus differentibus prædicatur. A differentia quoq; com-  
munibus qd accidetibus hoc. Etenim dñe. nix cōmuniq; accidentia quanq; de pluribus di-utur ac differētibus spe-  
cie, non tamen hoc ipso quid est, sed h̄c ipso potius quale  
est h̄ec dicimus prædicari. Interrogati nāq; quale quid est  
homosratione dicimus: & quale qd est coruus? dicimus  
nigrū: quorū rationale quidē est differētia, nigrū autē ac-  
cidēs: sed cū quid est h̄o interrogamur, aīal respōdemus,  
quodquidē est h̄ois genus. Quare hoc quidē de pluribus  
inq dici genus ab individuis que de uno solo prædicatur  
señgit. Hoc uero differentibus inq specie ab hisce que nō  
ut genera: sed ut species aut p̄pria prædicantur ipsum di-  
stinguit. Illud autē hoc inq ipso quid est prædicari adifferē-  
tijs ipsum cōibusue accidentibus separat: que nō hoc ipso  
sane quid est: sed hoc ipso quale est, aut quomodo se habet  
quodq; eorū de quibus dicuntur prædicari suaptenatura so-  
lent. Nihil ergo superfluum descriptio dicta conceptus ge-  
neris continet, neq; quicquam excludit quod ad naturam  
generis spectat.

## Expositio textus familiaris.

**V**identur itaq;. Hic incipitur pars executiuahuius  
operis: in qua agit autor de quinq; uniuersalibus  
absolute & p se: ubi prius agit de uniuersalibus que di-  
cunt essentiā, q de uniuersalibus que ipsam circunstāt pro-  
pter dignitatē quandamq; naturae prioritatem, atq; inter  
uniuersalia que dicunt essentiā, prius incipit autor a ge-  
nere: tu quia prius quoad naturā: tūctiā quia cōmunius  
& uulgatus quid est. Prius quoad naturā: nā cū ipsum  
sumatur a materia uel se habeat tāq; materia, ut hic autor  
cap. de differētia refert: & materia est aliquo modo prius  
ipso toto & forma: prius nā erit etiā uniuersale sumptū  
ab ipsa, q uniuersale sumptū a forma q est differentia &  
uniuersale sumptū a toto, uel dicens totū q est species.  
Est etiā notius quoad nos: eo q maior differētia magis &  
nobis cognoscitur: sed maior differētia est generis q spē:  
ergo genus est nobis magis notū: quare ab ipso icipiēdū  
erat. In hoc ergo capite autor agit tria. Ponit duas cōclu-  
siones: unā in forma & alia in ualore: eo q ponit pbatio  
nēcius: tres generis acceptiones & earū descriptiones.  
¶ Prima conclusio. Videtur & ita res se habet q hoc no-  
men genū nō dicitur simpliciter. i. uniuoce sed multiplicitate  
hoc est equoce: more boni autoris prius diuidit multi-  
plex q diffiniat. Nec hoc intelligas in qdlibet multiplici esse  
faciēdū: ut nōnulli perperā & male intelligūt. Sed de mul-  
tiplici cui iuxta nominis significantiā nō potest sibi adhi-  
beri unica diffinitio ut est in proposito: & in quocūq; uere  
equiuoco. Probat cōclusionē adducendo tres acceptiones:  
duas ciuiles & reales: tertiā logicā & intentionālē duas  
merito preponit alteri: quia nomē secundē intentionis semp  
sumitur metaphorice & trāslaticie a nomine prime ipo-  
sitionis: ut uidere est si singula uocabula scientiarū sermo-  
naliū p̄curras: prima acceptiōne si ciuiliter & realiter  
uelis loqui sic interpretaberis. Est aggregatio plurium sic  
se habentium inter se, q unūquodq; illorū habet respectum

ad unum & quo originem habuit: & etiā inter se rationē  
cognitionis mutuo se respicientes: ita ut sint duo respe-  
ctus in unoquoq; illorum illius congregationis, ut cōgre-  
gatio Pelopidarum & Romulidarum nominaliter est no-  
men supponens pro aliqua multitudine duo connotans, &  
talis multitudo fluxa sit ab uno principio & q iter se ha-  
beat cognitionis respectum, ut hoc nomen Pelopide, Ro-  
mulide. Secunda acceptio est pro principio congregationis  
alicuius siue sit patria siue pater: ut Hercules, a quo Hera  
clitarū genus: sed non intelligas quocunq; principiū ha-  
bere rationē generis: nisi illud sit ratio distinctionis alicuius  
congregationis ab alijs, unde non crediderim Adam  
posse dici genus isto modo, esto q ab ipso de fluxa sit oīum  
hominum congregatio: nec etiam quemlibet patrem uila-  
garem: sed eum tantum qui gestis illustribus nomen siue  
posterioritate dedit per quem eius posteritas ab alijs distingue-  
tur, quod insinuat Porphyrius in ferius, quam acceptiōne  
intellige ad proportionem prime: & ut insinuaret que  
uelit sub definitione comprehendendi: sub sternit exemplū du-  
plex de patre & de patria. Per patriam intelligit hic Por-  
phyrius locum communē siue regnum, siue sit prouincia,  
siue regio, uel ciuitas illustris cum constellatione cœlesti si-  
bi correspondenti. Quam propterea uocat generationis  
principium: quia ratione influentiā concurret effectu  
quodammodo ad generationem & potissimum ad conser-  
uationem locatorum: eo quod unaque p̄prias ut experimen-  
to comprobatur, conuenientius conseruat in sua uel rea-  
gione uel ciuitate ubi nata sit & educata quam alio in  
loco: & quia tribuit denominationem locatis: ratione cuius  
distinctionem eorum qui illic oriuntur cognoscimus  
ab alijs, ut Africa, Europa, Gallia, Bethica, Carpeta-  
nia, Roma, Hispalis, Athenæ. Quibus locis satis distin-  
gūtur qui in talibus degūt, ut Romani ab Atheniēsibus  
quia bi Athenis, illi Romæ sunt educati & commoran-  
tur. Dixi illustrēm: quia non sufficit quocunq; patria ad  
ad hāc distinctionē nisi sit nobilis. (Atq; hoc quidē signi-  
fificat) Ponit differentiam inter has acceptiones dices  
hanc secundam acceptiōne esse magis in promptu quam  
prima: q intelligas quia prima acceptio sumit denominatiō-  
nem a secunda: cum sit secunda principium: modo pro-  
pter unumquodq; tale. &c. quia enim homo ille qui Ro-  
man cōdidit appellatus est Romulus: hinc tota posteritas  
ab eo descendēs Romulide sunt appellati: sed non credas  
ob hoc proprietate esse hanc prædicationē, Romulus est ge-  
nus: q h̄ec sit usitata: illa uero non: nec credo aliter posse ue-  
rificari q in obliquo si proprietatē sermonis attēdas: hoc  
scilicet modo: Romulus est principiū generatiois: de prima  
uero acceptiōne & in obliquo & in recto uerificatur hoc  
nomē genus. (Alio mō d'r genus id sub quo species collo-  
catur) Ponit tertiā acceptiōne logicā quā nō credo diffini-  
tionē: sed potius quādā acceptiōis insumationē: sicut si dē-  
ceremus, h̄o accipitur p̄ aīali habentia duos pedes: sed quic-  
quid sit intelliges illud sic iuxta triplicem uiam. Sanctus  
Thomas sic. Est obiectius conceptus cui supponitur tan-  
quam inferior alius obiectius conceptus specificus.

### TERTIA QVAESTIO PRINCIPALIS

Scotus sic. Est secunda intentio quae ut applicata alicui naturae pluribus naturis specificis communicabili sic se habet, quod ei supponitur tanquam inferiori quidditatiue alia secunda intentio prout applicata est naturae specificae; que suppositio logice in fundamētis debet exerceri. Nominales: est uniuersale cui supponitur immediate & quidditatue & directe terminus qui habet prædicari de pluribus differentibus numero fortasse accepta similitudine. &c. Probat similitudinem quam habet genus primo modo cum alijs duabus acceptationibus: ubi simul uidetur dare causam quare præcesserint illæ acceptiones hanc, & tantum ponit similitudinem cum secunda acceptione: quia sicut genus secundo modo est principium sue congregatiōnis, sic genus tertio modo est principium diffinitiū suarum specierum uel ingreditur compositionem. Metaphysicam earum: ut animalitas respectu humanitatis: si Scotice loquamur: & sicut amplectitur genus secundo modo suam multitudinem; ita genus tertio modo amplectitur secundum uniuersitatem omnes species: eo q[uod] communior est in prædicando suis speciebus: sed conuenit cū prima quia cum genus primo modo nihil est realiter nisi aggregatio plurium ad unum aliquid, ita genus tertio modo in re non est nisi species plures habentes ordinem ad unum conceptum, conuenit etiam cum illa: quia sicut aggregatio est aliquid totum continens sua individua, ita genus tertio modo est quoddam totum logicum & uniuersale continens suas species, differt tamen ab hoc quia genus tertio modo cum sit totum logicum sive uniuersale uerificatur de quacunq[ue] sua parte subiectiva, ut hec est uera, homo est aīa: aliud autē nō ut constat: quod ex eo est: q[uod] hoc totū est in significatiōne & logicū: illud uero totū & materiale & integrale: differt etiā hec tertia acceptio a genere secundo modo: quia illud est principiū realē & physicū mediatum uel immediatū respectu eorū qui ab ipso descederunt: hoc uero est Metaphysicum principium respectu suarum specierū: quia metaphysice constituit species sub se contentas, uel est principium logicum, quia intrat diffinitionem specierum, atq[ue] propter hanc diffidentiam dixit Porphyrius fortasse. De tertio uero genere Philosophorum est sermo quod describentes sic assignarunt. Rictis alijs acceptationibus capit tertiam tanquam proposito accommodatiōrem de qua sermo est apud Philosophos. Notanter dicit apud Philosophos, quia apud oratores & poetas noiores sunt due prime acceptiones, de patria. Vergilius. Italiā peto genus & patriam ab Ioue summo. De secunda. Ouidius. Nā genus & proauos & que non fecimus ipsi? Iuuenalis. Quis fructus generi tabula iactare capaci. Horatius in sermonibus: Et uixisse probos amplis & honoribus auctos. Contra Leuinū Valerij genus, & multa id genus que adduci possunt. Quod describētes sic assignarūt: Genus est q[uod] de pluribus differentibus specie &c. Vocat diffinitionem generis descriptiā, quā Commentator & Boetius & bona nomi naliū pars ingenue admittit: datur enim per genus & propriū: licet Scotus uocet ipsam quidditatiā, quam sic intellige iuxta sanctū Thomā: est obiectiūs con-

ceptus de pluribus specie differētibus prædicabilis in predicatione quidditatiā.

Scotus. Est secunda intentio quae ut applicata naturae pluribus differentibus specie communicabili est prædicabilis de pluribus intentionibus ut applicatis pluribus naturis specificis quidditatiue & directe: quia predicationem ex erebis secundum earum fundamēta, ut homo est animal. Dicitur ergo de pluribus, hoc est de multis, ubi ly differre specie capitū realiter & non logice.

Nominales sic. Est uniuersale prædicabile de multis terminis differentibus specie id est significantibus res diuersarū specierum in predicatione essentiali & quidditatiā & directe: nec multum ab his diffinitio quam de genere nominatissimus Zeno Scitticus dedit, uidelicet. Est conceptio plurium ac manentium notionum differentium specie: ut cum dico animal. Probat hanc diffinitionem esse bonam ubi innuit secundam conclusionem scilicet, diffinitio assignata est bona: & in uirtute prætentit hanc rationem, eo tendit omnis bona diffinitio ut in ea explicetur natura & substantia diffinitiū aperte & sufficienter, quod quidem sit ponendo in diffinitione aliquid quo diffinitum conueniat cum alijs sui generis, & quo differat ab omnibus que non sunt talis natura (ob id enim ponitur in diffinitionibus genus & differentia uel aliquid eis proportionatum) sed in tali diffinitione est aliquid per quod conueniat cum alijs omnibus uniuersalibus: & per quid differat: ergo illa est bona: minore probat Porphyrius in ductorie: & hoc de genere.

### Tertia quæstio principalis.

De diffinito diffinitionis generis.

**Q**uestionibus generalibus tenui calamo pro nostro modulo prelibatis ad questiones minus generales & si non minus utiles ueritatem textus concorrentes appellendum est: & quia in hoc capite tantum ponit Porphyrius diffinitionem generis & eam probat esse sufficientem, queritur primo quid diffiniatur in hac diffinitione: & postea nata occasione iuxta quamlibet sententiam famosam annexemus aliqua que uere sunt scitu digna: nec proposito erunt impertinentia.

**S**anctus Thomas (ut opinor) & quodammodo iam persuasimus in questione de uniuersalibus: conceptus obiectiūs prout habet uniformem rationem ad plura diffentiā specie debet dicere quod hic diffinitur: quod ex eo poterit suaderi, quod nunquam facit mentionem de secunda intentione pro genere uel specie: sed semper uocat genus uel species obiectiūm conceptum, sub tali modo ut substeratur tali uniuersalitati, quod ex his etiam poterit confirmari: quia iuxta hanc diffinitionem illud oportet esse genus quod prædicatur inquit de re: sed tali conceptui obiectiū ut sic competit prædicari de re, & non secunda intentione: esto quod ponamus illam aliquo modo difficiam a conceptu ut de se cōstat, igitur: nec etiam competit tali naturae iuxta eius absolutam probationem ut Sanctus

**E**tus Thomas probauit.

¶ Item quia si hic diffiniretur intentio pari ratione in diffinitione speciei, et cum genus predicitur de specie iuxta illud Porphyrii gen⁹ est cui supponitur species: deberet haec secunda intentio predicari de illa, sed cosequens nequit esse cum sint disparata igitur.

¶ Rursus Porphyrius diffinitionem suam familiari exemplo demonstrans, in processu capitum exemplificat de anima et de homine. q. et ipse Aristotele princeps noster in plae risq; locis videtur facere, in illa enim regula ante praedicatione mentali vbi ordinat inferiora et superiora secundū subiectionem et predicationem q; proprium generum et specierum est: ponit exemplum de homine et animali quod etiam aperte facit in capite de substantia, nulla prorsus mentione facta de his diminutissimis entibus, nec est verisimile si his intentionibus tribueretur rationes generis et speciei et aliorum, q. Aristo. et Porphyrius fidus eius sectator tāto silētio rē preterissent, maxime cū toties ex professo sit homini sermo de his vniuersalibus et de genere et specie, Adde etiam q; illa diffinitio, vulgatissima Aristoteli ipsius vniuersalis esse in multis et preter multa non plane potest competere nisi conceptui obiectiuo ut sic nam secundum modum quem habet: est in multis quia predicatur de multis, et est preter multa quia per considerationē intellectus separatum est preter individuantes conditions, quod nimis oblique applicare poteris intentioni. at scio dices ut vulgus euastonis gratia plerūq; dicere solet exemplorū non requiritur veritas, hec euasio nō est digna quæ in ore eruditōrum hominum versetur in quoq; enim exemplo duplex veritas potest contingere, una est q; sit vera propositio exemplum quod proponitur, secunda stat in hoc q; exemplum conueniat rei cuius est exemplum, prima veritas nō requiritur et de hoc intelligatur dictum illud si usquam a viro docto dictū fuerit. secunda autem veritas per necessaria est, adeo ut illa deficiente merito qui exemplum ponit argui possit utpote qui disparatam efficiat locutionē, verbi causa si aliquis diffiniens propositionem dixerit exēplariter ut homo est asinus bonum exemplum est non tamen habet primam veritatem, si autem posuissest exēplum ut homo quia secunda veritas deest (nō n. cōpetit illi enunciationis diffinitio) malum exemplum et falsum esset, rurus si aliquis dixerit de nomine complexo q; est habens partes &c. et ponat exemplum de hac Chimaera currit, falsa propositio sed verum exemplum, sed si quis dixerit ut Chimaera indebitum exemplum est, igitur hec secunda veritas nunq; debet efficiere in bonis exemplis, eo vel maxime q; qui exemplum ponit ad hoc ponit ut notificet id quod sub oscure dicebatur q; nequit fieri si disparatum exemplū ponat et vbi haec secunda veritas efficiat. stat igitur argumentum in pedibus, et licet hoc saluari possit per duplice predicationē quam subtiliter isti imaginantur scilicet exercitam et signatam de quibus postea quando scoticant imaginationem elucidabimus agenus. quia quod significatur per hanc species est genus debet per hāc exerceri homo est animal, oblique tamen, mirum enim est q; Aristoteles et antiqui patres hoc tacuissest presertim cum ab hoc totum negotium in predicationibus pendeat, crediderim

igitur (vt salua pace tante schole loquar) hanc non esse peripateticam doctrinam et si acutum subtilitatis vigeat. Quare si aliquando audieris in hac sancti Thomae doctrina diffiniri genus et subtracto, non intelligas vt nonnulli nunc male intelligunt q; diffiniatur natura secundum suā absolutam considerationem, quia illa de se nō predicatur nec logice diffiniri potest, sed de illa ad Metaphysicū expeditat, improprie tamen et indirecte ad logicū, Metaphysicū enim vniuersale est. ergo sub ea ratione secundū quā consideratur a logico quæ est prout consideratur ab itelle eti, sub ea ratione debet diffiniri.

¶ Sequitur etiam quedam Thomistam a vero tramite sancti Thomae deuiaſſe qui in secundis intentionibus et in his vniuersalibus parem fecit Thomam cum Scoto.

¶ Sed obijcit Scotus sic, ens per accidens non est scibile ut patet ex Aristotele. vi. Metaphysics. ergo non est diffinibile, sed ille conceptus ut sic dicit conceptum cum modo secundae intentionis. ergo est ens per accidens, consequentia videtur esse nota, quia ens per accidens illud est q; aggregatur ex pluribus non facientibus unum per se, nec habebitis se tanq; actus et potentia, et q; sit ens per accidens suaderi poterit hac via ut fortiorē reddamus hanc rationem, nam si corpus cum accidenti reali facit ens per accidens, ergo multo magis quando adiungetur ens rationis.

¶ Præterea vel diffinitum illius diffinitionis est conceptus obiectiuus in cōmuni ad omnes conceptus obiectiuos quæ sunt genera inquantū genera sunt et sic diffinis genus secundarū intentionum et non predicanētorū realium, vel est conceptus obiectiuus animalis, vel coloris sed hoc non quia conceptui obiectiuo plantarum competet diffinitio generis et non tale diffinitū q; est vitium in diffinitione. nec est dicendum q; aggregatum ex omnibus, quia tunc ens per aggregationem diffiniretur, et nō videtur quid aliud. igitur.

¶ Ad primum multifarie respondere possum primo dicendo q; Aristoteles solum prohibuit entia per accidens nō diffiniri diffinitione quidditatua et hoc si cōcederemus illū esse ens per accidens, non tamen prohibuit quin alia diffinitione possent diffiniri, sicut de multis contingit, tamen quia hoc videtur derogare Aristotelis doctrinæ et tūc non proprio haberetur scientia de his vniuersalibus, videor mihi dicendum ipsum non esse ens per accidens nec concedendum est aliquid aduenire tali conceptui obiectiuo de novo ut puta relationem rationis sicut videtur Scotus imaginari, sed ipsem obiectiuus conceptus cum tali modo habet esse per conceptum formalem intellectus, resultante in ex tali conceptione qua cognoscimus illud pro ut habet vniiformem rationem &c. Quare non poterit esse talis cōceptus obiectiuus ut sic: nisi cum tali modo, quia si talis modus per possibile posset desperdi, iam noticia formalis illius non esset, quare nec ipse conceptus obiectiuus, igitur sic dicitur q; cognoscere Socratem ut hominem non est conceptus formalis connotatiuus \* in nominalium secta, ita et in hac via dicendum erit de illo conceptu, q; nō est ens per accidens, quare recissum est argumentum, si tamen hic dicetur q; genus diceret aggregatum ex conceptu obiectiuo et ex secunda intentione sibi aduenienti, argumentum



### TERTIA QVA ESTIO PRINCIPALIS

apparenter procederet, sed nō in nos. Item qd refert dicere cognoscere rē sub mō. I.rē cū mō primū non facit ens per accidens nec conceptum connotatiūm, secundū sic.

¶ Ad secundū & si videatur difficultas respōdeo qd in qua cunctis diffinitione est duplex diffinitū, remotū scilicet & in adequatum quod diffinitioni minime aequatur, quale est Socrates in diffinitione hominis, nec in re aliud poterit assignari diffinitū in diffinitionibus realium specierum, cū teste grauiſſimo Boetio res que est ideo sit quia vna numerosit, aliud est propinquum quod est ens rationis ut humanitas obiectus habens esse in intellectu, secundum suam absolutam considerationem, que proprius diffinitū huius animalis rationale est, in proposito autem quelibet natura generica habens esse obiectus, poterit dici remotum diffinitū ut humanitas & albedo, assignare tamen vnam naturam cōmuniſbus his que diffiniuntur nequit fieri iuxta hanc viam ut Scotus habet imaginari de secunda intentione que appellatur genericitas quia vel iam cū ipso incidemus vel si nō illis conceptibus obiectus nequit dari vnu cōmune nisi secundū illam uniformē rationē quam habet ad plura specificē distincta, dicit igitur qd non datur adequatem diffinitū qd sit vnum nisi per aggregationem quod non videtur multum probabile, vel dic diffinitū illud esse quancunq; naturam generican ut sic & signata animalitate quando ar quis alicui conuenit diffinitio cui non diffinitū, quia color ut sic concepto distinguo, vel qd non conueniat diffinitum secundum qd est talis quidditas & sic concedo quia disparata sunt quidditas animalis & qd ditas coloris, vel qd non verificetur secundū illā uniformē ratioē secundum quam dicitur esse genus & sic nego modo illā uniformitas eque bene reperitur in colore ut sic. sicut in animalitate ut sic, quare sufficiet ad diffinitionē in qua tam diuersa diffiniuntur: qd reperiatur quedam vnitatis p̄portiōis sive similitudinē inter diffinita remota rōne cuius diffiniatur, que vnitatis p̄portiōis cōsistit in hoc, qd sicut se hēt animal ad hominem & ad equū &c. ita color ad albedinem & nigredinem, hec n.c. est vera, color ut sic habet vni formē rationē ad plura diuersa specie, nec est maius periculum concedere qd animalitas ut habet uniformē rationē &c. sit diffinitum propinquum huius diffinitionis, qd concedere qd Socrates ut homo est diffinitum propinquum huius animalis rationale, Cui ista nō placuerint apponat p̄ prius calclum quia non parui momenti est veritatem peripateticā in hac via adiuuenisse & que vera & difficultia sunt ei applicuisse, & soluat melius si possit nam sic artium facta sunt incrementa.

¶ Ex aduerso etiam obiciunt aliqui, quia vel dum concipiatur genus concipitur aliquid rei in specie vel non, si non conceptio est ficta & Chimericia postq; modo intelligendi nō correspōdet modū essēdi īmo ē sine mō effēdi, si sic, vel illud ē idē cū specie vel aliud, si idē, tūc idē erit cōceptū generis et speciei, si est aliud igitur p̄ter species & individua est aliquod cōmune, quod est scoticus adhucere vestigis.

¶ Rursus si genus & differentia non differunt in re, ergo tantum differunt modo concipiendi, quare idem est conceptus generis & differentiae (de obiectu loquor) quod in

conueniens est in hac via.

\* Prima obiectio illud videtur querere scilicet an aliqd correspondat in re conceptui obiectivo generis & in vniuersum cuilibet vniuersali, quod sub alijs verbis solet queri an vnitati conceptus generis & speciei correspondeat aliqua vnitatis in re ante omne opus intellectus. hanc difficultatem exacte volens examinare anxiē nimis doctrinam sancti Thomae (præsentim illam vbi hoc poterat vel obiter ab ipso recitari) ex animo euolui, nec quicq; offendere potui tam longam percurrentis viam de vnitate in re que correspondere possit vnitati generis & speciei, præter hoc qd opus. iiiij. de natura generis. cap. viij. loquens de vnitate quam habet natura generis ab intellectu habet haec verba, Vnitas quā intellectus facit in tali natura fundatur super vnitatem inuenta in re, que vna est illa vnitate, sed in quo stet ista vnitatis in re non declarat illud, veruntamen Herue⁹ quolibet i.q. ix. & post eū aliqui Thomistarum ut Durandus. Capreolus. Petrus de palude, dicunt in rebus correspondere tali conceptui obiectivo vel tali vnitati conceptus vnitatis conformitatis, quequidem vnitatis reperitur inter res que sic representantur ex natura rei, vel quantiē ad naturam substantialē vel accidentalem, quequidem reperitur in rebus sicut dicitur reperiri vna similitudo in aliis duo alba, dicitur enim similitudinem esse inter duo quia est in uno subiectu & fundamētaliter. & in alio terminative, ut verbi causa inter duos homines est conformitas in humanitate vnius ad alterum, & si petrus est cōformis ex natura rei Paulo est p̄ cōformitatē existēti in petro & terminatam ad paulum, & si compares paulum ad petrum dices econuerso. haudsecus dicetur de conformitate in animalitate & alijs essentialibus licet non sit tanta quanta prima, quam conformitatem sic describit petrus niger ex mēte Herue⁹, est entitas vniuersusq; rei accepta secundum esse quod habet formaliter in uno & terminative ī alio, qd ut dicit clare Herue⁹ vnitatis hēc est realis, est enim formaliter in ipsa re que non potest competere vnitati habenti esse per rationem.

Dicunt insuper talem vnitatem esse numeralem quod cōsequenter habent dicere cum omnem vnitatem a parte rei ponant numeralem, qd si arguatur quia tot erunt vnitates conformitatis quod individuales, & sic tot erunt vniuersalia. Respondent qd vnitatis vniuersalis non fundatur super vna conformitate numero sed supra vnitatis cōformatum, quod est dicere supra ipsa singularia ut conformia sunt, vel dicunt qd fundatur super vnitatē mutuae conformitatis, quicquid sit. vel ista vnitatis est aliqd a parte rei p̄ter individua vel non: si sic in lapidem offensionis impungis, si non sunt nisi ipsa individua conformia. ergo non sunt nisi ipsa individua ut sunt huius naturae. ergo non dedisti vnitatem in re correspondentem tali conceptui, Sed qd isti voluerunt habere (ni fallor) hoc est qd conceptus genericus & generaliter qd libet vniuersale nō est omnino fictus, eo qd in re correspondentem individua ut sunt conformia in specie, quod nullo pacto correspondere solet Chimericio conceptui, quare inaniter vexantur nōnulli Thomistæ super disquisitione illius vnitatis an sit rationis vel realis

vel realis. an sit absolutum vel relativum, non enim est relatum cum sint ipsae res, unde quidam sanctus et perit? Thomista in quadam tractatu de natura universalis inquit duplex esse universal, unum reale aliud rationis, reale (inquit) est singularia sua ut conformia sunt, suo igitur modo universal rationis correspondet suum universal reale et sic non est fictus conceptus.

¶ Alio modo potest dici et quidem sine calumnia quod circumscripta actuali conceptione formalis ipsius objectui conceptus qui genus dicitur nihil correspondet in re praeter species, nec species sunt aliae in re nisi ipsa individualia. quo rum quodlibet est potens facere in intellectu diuersos conceptus formales quibus apprehendat diuersos conceptus objectuos generis speciei et differentiae et c. Secundum dixerat quod apparent in ipso, utpote per ratiocinari quod in ipso apparet formatus intellectus conceptum quo cognoscit ipsum ut rationale, ex quo formalis conceptus resultat objectivus in quo representatur differentia et per sensituum quod in ipso apparet formatus conceptus formalis generis ex quo resultat objectivus generis, taliter quod licet sit una res et una natura numero per ea que in ipsa apparet diuersa, una res nata est diuersos conceptus causare, quod sanctus Thomas secundo de anima bene notat, inquit enim quod ab anima rationali quatenus est principium intelligendi sumitur hominis differentia, et quatenus est principium sentiendi sumitur ratio animalis, licet in re una et eadem sit animarationalis et sensitiva, ex diuersitate igitur apparentium erunt conceptus speciei, generis et differentiae diuersi, sed hoc dum concipiuntur, quia in re idem sunt, quare non distinguuntur tantum modo concipiendi isti conceptus, sed dum concipiuntur, nec sunt facti, quia licet conceptus generico non correspondeat in re aliquid commune ante intellectus opus sed tantum individualium, apparent tamen ibi aliqua tanquam diuersa.

\* Percontaris autem, postquam ab apparentibus sumitur istorum conceptuum differentia dum concipiuntur, ita ut in re nulla sit prorsus differentia ante opus intellectus, unde sumitur ratio generis in rebus corporalibus, et difficiilius ad huc, quia substantiae spirituales et incorporeae non sunt nobis nota quo ad suas operationes, et demum cum sint simplices et in composite non apparebit in eis ista diuersitas, quare deficit modus venandi genus: ceterosque objectuos conceptus in his substantiis.

¶ Pro huius solutione adverte quod habet sanctus Thomas prefato opusculo de natura generis in multis capitibus, in omnibus predicamentis reperitur aliquid in potentia et aliquid in actu, quo fit ut cum in deo ista non reperiatur in predicamento apte non possit reponi. et cum in omnibus circa primum ens sit actus et potentia et omnia circa primum pertineant ad predicamentalem coordinationem, hoc ergo est coe quod in omnibus in predicamento reponibilis ab eo quod obtinet locum potentie sumitur genus, ab eo quod obtinet locum actus debet ipsa differentia sumi, est n. n. utrobius similitudo quod sicut materia actuatur et perficitur per formam et ponitur in determinatio gradu entium, sic suo modo genus actuatur per differentiam quia tollitur sibi potentialitas

(ut sic loquamur) quae imperfectio est, et determinatur ad definitam et determinatam speciem, quod facile perspicies si id quod importatur in conceptu objectivo differet, et ad id quod importatur conceptu objectivo generis comparatur. Unde Averroë in sua Metaphysica ait quod omne quod habet quidditatem determinatam per esse: id est per aliquid quod formaliter dat esse est in genere. Ex quo colligitur quod a determinabili et perfectibili et adeterminante et perficiente debent ista rationes generis differentiarum sumi, et non nisi modo quo dictum est, differenter tamen in rebus corporalibus et spiritualibus, quia cum in rebus materialibus tota potentialitas sit a materia cuius esse est posse informari et perfici, ab illa sumitur ratio generis in his, perfectio vero ipsius compotiti cum sit a forma, et cum per formam ipsum compositum sit in actu in his aliud est in essentia id a quo sumitur ratio generis ab illo a quo differentiae ratio sumitur. Cauter tamen est id intelligentium non enim sumitur a materia ut comparatur forma et conuidetur ei tanquam altera pars, sed ut comparatur compotito secundum quod per eam compositum habet potentialitatem, similiter nec a forma ut comparatur materia tanquam altera pars, sed ut per eam ipsum compositionem habet perfectionem et est indeterminato gradu entium. Si enim comparentur ad se ut sunt partes, nullo pacto posset de toto praedicari, a materia igitur ut est materia totius et non solum formae sumitur genus, et a forma ut est totius et non solum ut est materiae sumitur differentia, quo sit ut nomen designans totum sumptum et materia totius sit genus et praedicetur de toto. nomen vero designans totum quod nomen sive conceptus sumitur a forma praedicetur de toto, et nomen designans totum sumptum ab utroque sit species, et sic saluari potest praedicatio qua genus praedicetur de specie et si sit sumptum a parte quia a parte ut est totius.

¶ Alio modo saluant nonnulli reales illam praedicationem dicendo quod non praedicatur pars de toto, unde conceptum animalis duplicitate considerant, uno modo in quantum potestate continet omnes differentias quia est quodammodo ad illas in potentia, et sic ipsum genus est quodammodo totum. Alio modo in quantum contrahitur et perficitur a particulari differentiae et sic habet rationem partis, quia igitur praedicatur primo modo accipitur tanquam totius et non tanquam pars, aliud dicunt quod logice potius est pars ly homo quam ly animal, cum ly homo sit pars subjectiva hoc est inferior insinuando et supponendo, sed hi nominales sunt, et consequenter in sua via loquuntur, placet tamen mihi modus dicendi sancti Thome inter realizantes, sed reddeamus unde sumus digressi, a diuersis igitur partibus quidditatis ipsius compositi sumitur ratio generis et differentiae.

¶ In simplicibus tamen non similiter res sese habet, nam cum non sit in eis compositio physica ex materia et forma sed iuxta hanc viam ex essentia et esse genus et differentia ab eodem simplici sumitur secundum essentiam, quorum essentiam esto quod tam longe speculemur, pro modulo tamen nostrae cognitionis inueniemus ibi a quibus isti co-

### TERTIA QVAESTIO PRINCIPALIS

ceptus sum itur utpote in quibus sit sub modo potentialitas & actus. Quorum potentialitas stabit in hoc q. substantia separata & indivisibilis habet esse ab alio & non a se & hoc secluso quocunq; intellectus opere in ipsa reperiatur, quod suo modo potentialitatem dicit, est etiam suo modo aliquid tanquam actus, qui erit gradus sue perfectionis secundum quem magis vel minus approximatur perfectioni puri & simplicissimi entis, vel secundum q. magis vel minus distant a non gradu perfectionis, habent se igitur velut i formae, quia sicut per formas metimur perfectiones individuorum diversarum specierū, ita per hos metimus perfectiones illarum substantiarū, quod est signū illos habere se veluti actus, nec videtur aliud posse dici in his in quorū perspectione intellectus noster ipsa noctua tenebris costior est, non enim est dicendum q. ab essentia sumatur ratio generis, & ab esse ratio differentiae, quia illud unde sumi debet ratio differentiae de essentia debet esse rei, cū differentia intret distinctionem rei, modo esse non est de ratione essentie, licet n. angelus nō sit nec existat, diffiniri potest angelus ergo posset diffiniri sine differentia, cū tū nō habeat id se cūdū qd̄ sumitur rō differentiae qd̄ neqd̄ esse, adde etiā qd̄ esse est accidentiarum quodāmodo rei, inquit enim Commentator iiii. Metaphy. q. hæc propositio Sortes est: est de accidentalē predicato, esse igitur non pertinet ad essentiam, sed differentia semper est de essentia rei cum nō possit diffiniri sine illa, igitur ab essentia sumetur differentia, nec ab essentia genus, cum essentia includat in se genus & differentiam sue ea a quibus sumuntur. Standū ergo est in iū quod ex doctrina sc̄t̄i doct̄i excerp̄sim⁹. Plura alia in hac via absoluisseni nisi vererer limites dialecticorū p̄tergressum iri, sed descendamus ut sit iam nobis res cum Scoto.

#### Scotus.

¶ Propter rationes in precedentem opinionem ablatas net Scotus in sua logica. q. xiiij. secundam intentionem proprię & per se diffiniri quę ab his abstracto nomine appellatur generitas, quem postea secutus est Ioannes andreas in suis predicationibus, & Franciscus in suis passibus & reliquum Scotistarum vulgus, videtur enim sibi se sufficienter improbase, rem sub modo non posse diffiniri, at quidditas non potest esse diffinitum quia absolute considerata & cognita non est magis universalis quam particularis, restat igitur ut sit secunda intentio generis, Notā dū est tamen ut ipse Scotus notat, q. intentio potest capi duplū citer, uno modo absolute nihil in illa considerando, & sic solet appellari nomine abstractio intentio generis, alio modo ut est rei siue quiditatis applicabilis, Ex hoc notabili credo posse colligi claram expositionem illorum vocabulo rū ut quid est ut modus, quia tunc capietur ut quid quando sumitur secunda intentio absolute & nō ut applicatur suo fundamento quia habet se velut quidditas suo modo, sed tunc capietur ut modus, quando sumitur ut applicatur realitati ut hic dicitur, tunc enim est modus sub quo intelligitur talis realitas & per hoc facile verificabis propositionis

nes quę in hac materia verificari solent q̄re male dixit q̄dam exponendo quid & modus in suis predicationibus.

¶ Diffinitur & nominatur in concreto per hoc nomē genū, & iuxta primum modum consideratur & diffiniatur a Metaphysico qui tantum quid est rei speculatur, Ex quo apparet Scotum non considerare secundam intentionem logice quomodo cunq; sed cū modo ut dicebat praedens positio licet differenter, quare hic non diffinitur intentionis absolute sed intentio ut tribuitur quidditatē generice, et per hoc verificant isti illud Auicenae dictum q. logica tractat de secundis intentionibus adiuntis primis, quod nominales habent verificare ( si modo Auicenā non habent parvū pendere) sic, logica tractat de terminis secundis intentionis quorū significatio orta est ex terminis prima intentionis, quod satis apparet per autorē in quolibet vniuersalit. ¶ Ex hoc notabili infert Scotus, q. licet predicari sit intentionū per se, rei per accidens ratione secundarum intentionum, esse tamen est rei per se, unde solet dici in hac schola q. illud q. significatur in predicationibus intentionū exercitetur in suis fundamentis, quo sit ut ista sit vera genus predicatur de specie, non tamen est vera hæc, species est gen⁹ quia proprie esse nō pertinet ad intentiones per se, sed rebus quibus applicantur, Sed erit vera hæc homo est animal, vel albedo est color, per quod soluunt argumenta alterius partis, nam q. Porphyrius si posuerit exemplum fecit illud ut notius esset quod volebat patet facere, notiora enim sunt fundamenta harum secundarum intentionum quam ipse intentiones, & voluit etiam ostendere q. predicationes signatae debebant exerceri per predicationes de esse quod nequid fieri in talibus cū non illis proprie cōueniat. ¶ Predicationem autem signatam vocant isti quę fit mediante verbis secundis intentionis, ut puta cū his, predicatur, affirmatur, signat, negatur, predicationem autem exercitam vocant quę fit cum verbis denotantibus idētate rei ad rem, nec hec acceptio aliena est a communī nominalium schola, & vocatur exercita predicatione qd̄ id quod signatur in prima exercetur & exequitur in secunda, ut in multis exemplum manifestum est, Signata autem dicitur quia fit sub signis & modis rerum quę secundis intentiones sunt, huius disparis predicationis tria substernuntur exempla in quibus apparbit rationi consonam esse hanc differentiam, dicimus enim equus negatur de homine, hæc de actu signato est quę per hanc exerceatur homo non est equus, haud secus pones in affirmatione, simileiter si dicas ad negationem superioris sequitur inferiorē hec de actu signato est, exerceatur tamen per hanc si res nō est animal non est homo, & hoc verbum excluditur significat exclusionem, exerceatur tamen p. hoc adverbium tamen ut si in modo loquendi consueto dixeris omnes alij a veris christianis excluduntur, ergo tantum vere christiani erunt beati, similiter dic in exceptiuis.

¶ Vnde collegit Scotus regulam q. a predicatione signata in secundis intentionibus ad predicationem exercitam in eisdem terminis non valet consequentia, ut non sequitur genus predicatur de specie, ergo species est genus, dicitur notanter in secundis intentionibus: quia in primis bene valet

valet, ut si dicas animal excluditur ab alio ab homine. ergo tantum homo est animal, similiter animal prædicatur de homine. ergo homo est animal. Ratio huius regulæ est, quæcum prædicatio fiat in illis ut applicabiles sunt quidditatibus deficientibus, talibus in prædicatione exercita quando prædicatur intentio de intentione ut deficiunt, cōmittitur fallacia manifesta, & sic id est ita sive exercitum denotari habet in suis fundamentis, quo sit ut licet illa secunda intentione prædicatione exercita non prædicetur de pluribus differentibus specie sed tantum de differentibus numero sufficit tamen quæ predicitur prædicatio exercita per suum fundatum, quare quando audis quæ diffinitur intentio generis in hac diffinitione non intelligas quæ diffinatur quædam secunda intentione cōmunicabilis suo modo pluribus omnibus secundis intentionibus quæ sunt & denominant quiditates genera ut intentionem fundatam in conceptu obiectivo coloris & animalis, quia hic diffinitur genus secundum quæ applicatur primis intentionibus, quia ut sic, prædicatur de pluribus differentibus specie in prædicatione exercita, accipitur ergo pro secunda intentione applicata quiditatibus reali de quibus erat sermo apud Porphyrii & Aristotelem, qui nunquam fecerant mentionem de prædicamentis secundarum intentionum.

**D**ubitabis autem qualis sit hec generis diffinitio secundum scotum, nam iuxta antiquorum sententiam descriptio eius ut superius tradidimus, pro quo notandum est quæ habet Scotus in. iij. distin. q. ij. vbi querit si sacramenti potest dari aliqua diffinitio quæ sit mere & proprie quidditatis, uarespondet, quinq; requisita requiri ut aliquid possit proprio quidditatu diffiniri. Primum est quæ sitens posituum ob cuius defectum priuationes, entia facta quæ antiqui vocant prohibita nequeunt propriè diffiniri quidditatu, eo quod nullā veram entitatem habent, diffinitio enim proprie dicta iuxta philosophum. i. T o. est ratio verū esse significās, id est rō per quam distincte indicat verum quid rei, Secundū est, quæ illud sit per se unum hoc est quæ non sit ens per accidentem ut patet ex. vii. Metaphy. cap. iij. & per ens in se unum intelligit quæ sit simplex, vel si compositum, quæ illud componatur ex per se actu & ex per se potentia, Tertiū est: quæ sit ens reale sive realitas concepta alicuius entis realis, per quod excludit ipse secundas intentiones & generatim oēs relationes rationis, cuius ratio est, quia talia cum non proprio sint entia non proprio habent quid quod exprimi habeat per tales diffinitionem. Quartū est quæ sit Metaphysice compositum. i. quæ non corresponeat ei conceptus obiectivus simpliciter simplex, sed conceptus resolutibilis qui duas includat realitates quarum una se habeat ut contrahens relata & contracta, quod ex Aristotele. vi. Metaphysices capitulo tertio probari potest, diffinitio (inquit) est ratio logica, super quo inquit Commentator sicut tota ratio ad rem, sic pars rationis ad partem rei se debet habere, ergo cum diffinitio quidditatu habeat partes quarum una dicit quod & alia quale: oportet igitur ipsum diffinitum in partes posse resoluī, ut puta in conceptum obiectivum quidditatum & conceptū qualitatuum: sic quæ non debet correspondere ei conceptus simpliciter simplex, quo sit ut entitas &

vltime differentiae essentiales nequeant proprie diffiniri, Quintum est quæ nō sit singulare, eo quod illa sunt ab arte relinquenda, & si diffiniretur singulare in quantum tale est, aliquid includeretur in diffinitione quod non pertinet ad quidditatem sed esset extra quidditatem ipsius. quare non esset illa diffinitio mere quidditatu, oportet igitur quæ diffinitio quidditatu proprie dicta sit entis positivi quæ in se sit unum reale compositum, & universale,

**E**x qua doctrina facile ad questum respondebis diffinitionem hanc & quancumque aliam cuiusvis entis rationis sit, proprie non posse esse quidditatu, ut patet ex tertio requisito.

**D**iffinitionem tamen quidditatuam improprie capiendo ipsam nō p diffinitio dicere verū quod, sed pro diffinitio dicit aliiquid quod est de ratione diffiniti & de sua essentia suo modo: nihil prohibet in hac via dicere quæ illa est quidditatu quod ex eodem huius sectae principe patere potest in sua logica vbi de his tractat universalibus. q. xv. respondens. n. ad hanc questionem ait, hac esse bonam diffinitionem, & quasi pretendit hanc rationem, illa est bona diffinitio in qua importatur ratio diffiniti, sed in diffinitione generis ponitur prædicari de pluribus quæ est ratio universalis sibi superioris ex Aristotele. i. Perbier. ponitur ergo genus diffiniti quæ suo modo dicit quid, & ponitur differentibus specie per quam differentiam contrahitur ipsa universalis ratio ad esse genus, suo modo, igitur est bona diffinitio licet non proprie, sicquod passus manent concordes, cui sententiae adhaeret Antonius andreas, & Ioannes angelicus.

**E**x quo sequitur quædam Scotistiā præter Scotū fuisse locutum cu dixerit hanc diffinitionem & similes esse per additamentum, non enim est in tali aliquid quod sit præter essentiam diffiniti.

**S**ed argues, genus se habet ut materia & differentia ut forma, ut patet ex isto autore in capitulo differentiae, & hoc respectu speciei, sed materia nunquid prædicatur de toto composto nec de altera parte, ergo nec genere de specie quod est assumptum.

**I**tem quia si hec est vera homo est animal, ergo hec erit vera humanitas est animalitas, consequentia est nota per locum a coniugatis in prædicatis per se, sed consequens est falsum ex Auicenæ dicto in hac schola recepto equinitas est tantum equinitas &c. igitur.

**A**d argumentum primum dicitur quæ Porphyrius noluit genus vocare materiam, sed quæ habet proprietatem materię, unde sicut materia habet esse indeterminatum ad hanc vel illam formam & adueniente formam determinatur in physica compositione: sic suo modo in Metaphysice constituta genericā natura in illo priori ante contractionem indifferens est ad contrahi vel coactari per hanc vel per illam essentiale differentiam, & sicut determinatur materia a forma ad hoc ut indeterminato gradu entium constituantur, ita etiam determinatur suo modo Metaphysico natura genericā contracta a differentia ut sit in determinato esse Metaphysico, quare non posuit Porphyrius omnimodam similitudinem sed quandam imitationem.

**A**d ultimum respondeo negando consequentiam, & ad

### TERTIA QVAESTIO PRINCIPALIS

Solum q̄ allegatur dico illum modum tantum tenere in cōcretis per se quae concernunt subiectum, vt si arguas albū est coloratum ergo albedo est color, sed in terminis per se qui sunt concreti concernentes suppositum consequentia p̄tutus non valet sicut est in proposito. ratio huius discriminis est \* quia quando termini concernunt suppositum & in consequenti capiuntur abstracta tunc fit abstractio vltimata in qua solet in hac scola dici nihil nisi idē de eo dem verificatur: nisi alterum sit formaliter infinitum, quā do vero fit abstractio a subiecto non fit vltimata abstractio immediate, sed tantum separantur accidentia quae adhuc possunt alia abstrahi abstractione, sic q̄ nihil prohibet q̄ talia abstracta de se inuicem verificētur, ex qua solutio habes duplex genus concreti, concretum q̄ concernit suppositum vt homo, q̄ non proprie facit predicationem denominatiuam, aliud quod concernit subiectum quod solet ens per accidens appellari & q̄ facit proprie denominatiuam predicationem & accidentalem, habes pariter duplex abstractorum genus.

\* Alias difficultates poteram hic mouere, sed quia in precedentibus questionib⁹ sunt partim decisse & quidem precipue, reliquas nunc omittimus ne in infinitum habeatur, hic terminum Scoto super hac re ponentes & ad nominales me conferens.

#### Opinio nominalium.

¶ Qui sicut de vniuersali dixerunt ita de genere & eius definitione sunt dicturi, videlicet in hac definitione terminum genericum diffiniri tanquam diffinitum remotum vt animal, color, propinquē vero hoc vocabulum genus sumptū cum secunde intentionis cōnotatione quod prædicta si habet de pluribus specie differentibus, i.e. de pluribus terminis specificis vel discretis individua diuersarum specierū significantibus, vel de pluribus terminis quorum unus est specificus & alius individualis alterius speciei individualis significans, logice enim omnia debent per vocabula exprimi & declarari, nec isti termini specifici & generici qui propri conceptus mentales sunt in hac via sunt figmentici & chimerici & si nominales non ponant naturā a parte rei communicabilem aqua quodammodo mens ipsa mouetur & ad quam ipsa intellectio terminetur, mouetur enim intellectus a rebus singularibus, atq̄ ad conceptum genericum, vt suspicor, sufficiunt duo individua diuersarū specierum. immo crediderim sufficere & si sint eiusdem speciei, nihil enim prohibit ut sicut habitus duabus noticijs sortis & Platonis & intellectu cognoscere illa conuenire informis essentialibus, motus primo ab operationib⁹ ab his formis essentialibus emanantibus cum voluntatis imperio consurgit formatus specificus cōceptus hominis correspondens isti vocē homo significatiue sumptū, ita eisdem notitijs habitus & presuppositis, & intellectu comparante talia individua sic cognita secundum q̄ cōueniunt in aliquo essentiali vt puta in hoc q̄ est esse animata &c. motus etiam ab aliquibus operationibus animalibus ab essentia ipsorum emanatibus, vt est moueri sentire &c. cum voluntatis imperio formet genericum conceptū. Dixi notanter cum voluntatis imperio, quia non videtur cognitis

singularibus in quibus operationes hominis in quantū hominis per quas comperimus cōceptus specificos & etiam animalis, quando indifferens est intellectus ex parte obiectorum ad comparare sub hac ratione vel illa a quo determinatur ad formādum potius conceptum genericum quā specificum nisi ab imperio voluntatis, quo fit ut non semper sit necessarius voluntatis concursus sed tali indifferēcia presupposita ex parte ipsorum obiectorum: loquor hic de primo conceptu communi qui haberi potest exclusa cōvocabulorū imutatiōe et impositiōe, nā mod op̄ auditionē vocabulorū vel visionē sufficienter immutatur intellect⁹ ad tales conceptus formandos, quia terminatiue terminatur ad collectionem illorum individuorum in quibus reperitur & reperi potest ratio illa vel conuenientia qua mediante assurgebat talis conceptus, quare nec ad moueri nec ad terminari facti sunt vniuersalium conceptus, modus hic abstrahendi communis alia via probari nequit: nisi q̄ cum a parterei nō sit res vniuersalis, sed quicquid est, vniū numero est, non videtur conuenientior modus abstrahendi conceptus communes, nisi enim intellectus intelligat alia qua conuenire non videtur quomodo possit formari conceptum illorum representatiuum, nō tamen censeo improbabile q̄ ab specie vniū singularis producatur specificus cōcept⁹, qua de re a primarijs huius via ponuntur fundame‐ta satis rationi consona de abstractione.

¶ Primum est q̄ ab omni conuenientia essentiali est abstractibilis conceptus absolutus communis & incomplexus representans illa quae sic possunt conuenire, dicit absolutus, quia connotatiuus saltim extrinsece a conuenientia accidenti tali sumitur vt iā iam dicetur. dicitur communis, quia singularis ex simplici presentatiōe obiecti causatur aduertente potentia, dicitur incomplexus, quia complexus ex significatiōne partium resultat, vt homo existens asinus, homo currens & nec intelligas a conuenientia essentiali in unquam abstrahi conceptus nisi absolutus, quia non obstat q̄ assūgat cōnotatiu⁹ saltim extrinsece, vt patet de cōceptu correspondenti huic voci rationale, sed q̄ a tali non abstrahatur conceptus connotatiuus extrinsece patet, nam talis est representatione conceptus & tanta qualis est conuenientia a qua sumitur, sed conuenientia est essentialis. ergo conceptus representat essentialiam solum. ergo saltim non erit cōnotatiuus extrinsece vt patet per eius definitionem. ergo vel ille erit absolutus vel intrinsece connotatiuus.

¶ Ex quo ipsi sua fundamenta dilatantes dicunt etiam a liud quod conceptus qui significat aliqua quae aliquomodo distant representat etiam ea quae minus distant, quod sub alijs verbis dicitur q̄ conceptus qui significat aliqua extrema in perfectione significat etiam extrellum perfectius cum medijs & ipsa media in perfectione, vt si datur conceptus representans homines & equos ille idem representabit homines & Elephantes supposito q̄ elephas sit perfectior equo essentialiter, ratio est quia si representatio insequitur conuenientiam, qualis & quanta erit conuenientia a qua sumitur conceptus talis erit representatio, sed conuenientia essentialis que reperitur inter equum & hominem illa & adhuc maior reperitur inter hominem &

Elephantem

elephantem: quia alias et intermedium non esset perfectius extremo imperfectiori: ergo et representatio extendet se ad illa: non tamen oportet ut econtra fiat, sed quod conceptus representans minus distantia representet quae magis distent.

Sed de abstractione conceptuum connotatiuorum accidentalium ut de ly album, coloratum et similium. eodem modo potest dici: uidelicet quod cognitis duabus rebus et consideratis secundum quod conueniunt in albedine, assurgit connotatiuus conceptus album representans non modo illa singularia, uerum omnia que possunt esse capacia albedinis: qui cum iuxta conuenientia representet: et conuenientia est extrinsece: representabit aliqua intrinsece, sive; connotatiue et cocretiuem. Si uero albedines duas abstractiuas cognoscere poterit etiam a tali conuenientia essentiali abstracti essentialis conceptus sicut in substantiis: sed illud intelligi solet de conceptu connotatiuo communi quoad significatum formale: quia quoad materiale non abstractitur a conuenientia accidentalii et essentiali: quod intellege sine calunia: uidelicet quod materiale significatur per terminum absolutum: quia quando terminus suppones per materiali est etiam connotatiuus, ut patet de isto termino coenans, cuius materiale est res comedens: qui abstracti debet ab accidentaliconuenientia non oportet.

¶ Super cuius abstractione sunt qui dicant prærequiri conceptum absolutum sui significati materialis, ut ad abstractionem huius conceptus album, prærequiritur conceptus absolutus omnium corporum, et conceptus absolutus significati quod de formalii importat ut albedinis, et assignantes rationem dicunt, quia primus conceptus a nobis formidus non potest esse connotatiuus: eo quod ad quancunq; noticiam formandam necessum est concurrere obiectum uel supplens uicem obiecti, et hoc est receptu apud omnes philosophos: obiectum autem quod per isto statu mouet immediate est accidentis sensui immutatiuum: iuxta illud Aristotelis accidentia magna nobis parte coferunt ad cognoscendum quid sit igitur: uerbi gratia albedo: tunc sic, non est ut intelligibile per albedo ducat in cognitionem alicuius alterius quam prius cognoscatur in se: sed talis cognitione est absoluta, qua per tale cognitionem res in se et non in ordine ad aliquid aliud: quare erit absoluta.

\* Ratio haec uel fallor, uel non est tantum apparentiae ut putatur esse, unde negari posset antecedens, et sic uidetur mihi falsum quod primus conceptus non potest esse connotatiuus. Et quando probas quod intellectus mouetur ab accidenti: distinguo: uel ab accidenti ut est a subiecto separato, uel ut est in subiecto. Si primum, nego: si secundum, concedo: sed tunc nihil habes contra me: et quando dicas esse inintelligibile quod aliquid ducat me in cognitionem alicuius sine hoc quod prius cognoscam id quod sic dicit: iam uidetur hoc esse falsum in speciebus sensibilibus que sine sui cognitione ducunt nos in rerum cognitionem quarum sunt: quare si res ita se habet sat est intelligibile: sed ad intentionem eius dico, quod si ipsa albedo ut separata esset, et per se duceret me in cognitionem rei, eo quod ipsa sensibilis est, prius debuisset ipsa in se cognosci: mo-

do manifestum est quod ipsa mouet non secundum se solum, sed prout est in alio: scilicet prout est in re quanta subiectata, ergo eo modo primo mouebit: quo potest ipsa immutare et immutat: sed non mouet nisi ut est in quanto: postea intellectus per abstractionem potest illam intelligere absolute, non intelligendo subiectum quantum.

\* Quare indubitanter teneo primum conceptum quem intellectus format esse connotatiuum, quod et uidetur asseuerare dominus Cardinalis Aliacensis: nec in hoc pono differentiationem inter partes quantitatius unius totius et ipsius totum et inter formale et materiale: et sic prima cognitione cognoscitur paries mihi obiectus in se totus confusa: et postea intellectus tendit in partes singulas, sic in proposito. Experientia etiam ad hoc stat: nam uiso Aethiopem conceptum primum quem mihi uideor formare ipsius Aethiopis est, et non nigredinis in se et absolute. Rursus quia uidetur hoc derogare Aristotelis doctrinæ: Nam si prius habeo albedinis cognitionem et significati materialis quam formem conceptum huius rei albae, sequeretur quod prius cognoscere partes alicuius diffinitionis quam ipsum diffinitum: patet cum illa ponatur in diffinitione illius termini album: sed consequens est falsum Aristotele in proœmio Physicorum reclamante qui comparat totum physicum et partes ad diffinitum: et dicit quod sic totum est prius notum nobis: quia ut ipse dicit, confusa et compositiora sunt nobis notiora quam partes: sic diffinitum est nobis primo notum cognitione confusa, et postea inquit, intellectus per diffinitionem, id est per conceptum partium diffinitionis in partes singulas diuidit cognoscendo illud per partes distincte, ergo.

¶ Primus igitur conceptus qui formatur ordine confusede cognoscendi ut nos cognoscimus, connotatiuus est, qui terminatur ad rem sub accidenti immediate, mediate uero et magis confuse ad materiale et ad formale. Postea intellectus cum uis abstractiua sit, unum sine alio considerat et intelligit. Quo fit ut conceptus correspondens huic uoci hoc album non significet omnia corpora mundi immediate, quam propriam significationem appello: nec uidetur mihi tot prærequiri ad conceptus connotatiui formationem, quot doctor hic debet ponere, primo conceptum absolutum albedinis, deinde istius corporis, rursus ipsius rei albae, deinde alium conceptum singularem alterius albedinis: et etiam corporis alicuius: et postea rei albae: postea has res albas comparare et c. cum experientia uideatur repugnare: frustra igitur fieri per tot ambages quod potest fieri per copiæ: et probabilis puta ex duobus conceptibus cum comparatione talis cois conceptus assurgere ut dictum est, Quod sub cœsura sapientiæ dictum esse uelim.

¶ Ex his fundamentis sequuntur aliqua que tanquam male sonantia inferuntur contra nominales, utpote qui doctrinam Aristotelis inuertant simul et Porphyri. Primum est, quod poterit dari terminus quidditatius superior ad generalissimum, patet: nam plus conueniunt conuenientia aliqua res de prædicamento quantitatis can-

aliquibus de predicamento qualitatis, quam cum alijs rebus eiusdem predicamenti: igitur a tali conuenientia abstrahibilis est conceptus ea representans: quicquidem erit superior ad ly quantum quidditative, & non erit transcendens quin nihil distabit a genere: q. si Arist. unq dixit & post eum Porphyrius q. sunt decē genera &c. intellegitur de facto & iuxta impositiones iā factas, & de conceptis non abstrahilibus.

¶ Sequitur secundo, q. non poterit dari immediata diuisio istius termini ens posito q. non dicatur analogice de substantia & accidenti sed uniuoce: patet: quia maxime datur quando dividitur in substantiam & accidens: sed ad hoc poterit dari immediatior: quia possunt dari duo termini inferiores ad ly ens, & unus eorum superior ad ly substantia, & aliis ad ly accidens: plus enim conueniūt essentialiter omnes substantiae cum aliquibus perfectis accidentibus, quam cum alijs imperfectis, igitur a tali abstrahibilis est conceptus ea representans, qui superior erit ad substantiam, & inferior ad ens. Ex oppositocom parabis omnia accidentia ad alias imperfectas substancias & alium conceptum abstrahes superiorem ad ly accidens, quo dato si illi conceptus appellantur. A. & B. haec erit immediatior diuisio, entium aliud. A. aliud. B. Eodem modo probabis dari adhuc hac immediatorem: & sic sine termino.

¶ Sequitur tertio q. de possibili loquendo non datur immediatum genus ad ly homo: quia plus conueniunt homines cum elephantibus quam cum alijs animalibus essentialiter, igitur dabilis est conceptus ea representans qui erit superior quidditative ad ly homo, & inferior ad ly animal. Insuper cum non impliceat contradictionem quod inter illas duas species deus creet unam imperfectiorem humana, & perfectiorem elephantina: abstrahibilis est conceptus ab individuis nouae speciei creatae & humanae illa representans: quicquidem inferior erit ad conceptum precedentem ( quanto conuenientia est strictior) & superior quidditative ad ly homo, & sic sine fine.

¶ Quid si arguas ex Aristotele sexto Metaphysicorum, quod species rerum sunt sicut numeri, ergo sicut numerus est immediatus ad aliud, ita species & sicut non possit dari medium inter quatuor & quinq: ita nec inter duas species. Insuper sequeretur q. non possemus cognoscere hominem, cum indeterminati conceptus & pene infiniti non possunt formari.

Respondeo ad primum, ly sicut non dicere exactam & perfectam comparisonem, sed potius aliquam similitudinem que in hoc stat: quod sicut non dantur duo numeri diversarum denominationum aequales, sic non dantur duas species aequae perfectae, & sicut est ordo in numeris sic in speciebus.

Ad secundum concedo non posse perfecte cognosci pro isto statu ipse homo: satis tamen est quod predicata essentialia usitatora & communiora pro nostro modulo nouerimus. His argumentis aduersatur Scotistarum Scola precedenti corollario. Qui cum ponant compositionem

metaphysicam in rebus in predicamento reponibilius ex realitate & realitate ne ponant processum in infinitum in realitatibus in quibus soliti sunt statum ponere ut sursum in entitate, deorsum in haecitate: nā per eorum modū arguēdi, si aliqua plus conueniunt q. alia quorū utrūq: sit quod: aliqua realitas est eis cōmuni & si sine termino p cederet species intermedia: sine termino procederent conuenientiae: & sic sine statu procederet ipse realitates quod intēdunt cuitare, nō debet ergo admittere inter quascūq: species medias posse creari a deo aliqua alia: cum alioqui in ipsis formis adhuc accidentibus teneant dabile esse maximam charitatem quā deus potest creare, qua non potest dari maior, ut habet Scotus in primo: distinct. xvij. quæ quidem impossibilitas ex parte rei factibilis in genere fatendū est, puenire: igitur dables sunt species immediate ut puta humana uel elephatina quæ magis conueniūt essentialiter in aliqua realitate a qua sumetur ratio generis cui subdit immediate humanitas, in quo sistendū est: cum a deo p ea quæ dicta sunt alia specie cū qua humana species possit conuenire creari nequeat.

¶ Sequitur quarto, q. si p genera subalternati posita intelligatur unū genus alteri supponi tanquam inferius, dabis sunt duo genera non subalternatum posita, quorū eadē est species: ut patet si a conuenientia essentiali repta inter homines & equos abstrahatur cōceptus. A. & a. conuenientia inter equos & leones abstrahatur. B. iam istorū duorum puta. A. & B. erit eadē species puta hoc nomen equus: & tamē neuter illorū alteri supponitur: sed si intelligatur p genera subalternatum posita quæ cōtinētur sub aliquo uno tertio genere non contingit.

Quo fit ut dentur duo termini quidditative superiores ad unū tertium & tamē ipsi inter se nō sint conuertibiles nec synonimi: nec alter eorum quidditative est superior quidditative ad aliū.

¶ Sed cōtra fundamēta principalia a quibus oīa ista pdiderūt arguitur sic: sequeretur q. cōceptus brutorū a conuenientia inter illa repta abstractus representaret hōes: sequēs est falsum: igitur: sequella pbatur: significatio cōceptus imitatur conuenientiam: sed illud idem in quo conueniūt bruta eminētiori modo reperitur in hōe: iuxta illud Aristotelis sicut trigonus in tetragono, sic vegetatiū in sensitiuo & generatim imperfectius in perfectiori: ergo representatio conceptus brutorū extendet se ad homines, quod est intentum.

Præterea si illo modo cōceptus genericus assurgeret: sequeretur quod conceptus hominū esset genus: capiendo illum ut representat res unius speciei: & nullo posito miraculo creationis nouorum hominum in materia uel in forma: sequella probatur: plus conueniunt essentialiter Sorates & suum brachium & quilibet eius quidditative pars quam Sortes & Plato: ergo a tali abstrahibilis est conceptus illa representās: quem notum est esse specie ad ly homo: cum sit inferior quidditative & formaliter communis. Sed quod illa sit essentialis conuenientia patet: quia conueniunt in hac forma & haec est pars essentialis: ergo conueniunt in aliquo essentiali.

**T**ursum, si illud de abstractione connotatiuorum esset uerum, sequeretur quod non possit dari conceptus connotatiuus, qui representaret aliqua duo uel tria entia: uel in paruo numero: nam cum talis representare habeat non ea que conueniunt sed possunt conuenire, omnia talia representabit, ut patet si abstrahas a duobus secundum quod curunt uel sunt alba.

**T**Ad primū horū respōdeo dupliciter posse intelligi quod aliquis cōceptus abstrahatur a cōueniētia, uel a conueniētia tali solu: uel a tanta: tūc abstrahitur a tali, quād abstrahitur a certa cōueniētia, sed nō a tāta quāta est inter illa: ut cōceptus abstractus diūlūm a conuenientia repersa inter Sortem & Platonem ratione operationum animae sensitiuae, posito (ut dictum est) illud esse probabile, q̄ ab illis possit abstrahi, ille est conceptus abstractus a tali conuenientia qua conueniunt in operationibus sensitiuis uel in anima sensitiua: posito quod ab intellectua distinguitur: sed non est abstractus a tanta quanta est inter illos: quia conueniunt adhuc in alio, puta in hoc q̄ est habere easdem rationales formas in quibus non comparantur. In proposito igitur arguento ita est: quod cōceptus quo bruta representantur abstrahitur a tali conuenientia: sed non abstrahitur a tanta quanta est inter homines & bruta: quia ab illa communior conceptus est abstrahibilis.

**T**Nec ualeat q̄ illud in quo conueniunt bruta eminenter continetur in homine, quia oporteret q̄ realiter: tūc iā quia uidetur prærequiri quod illud uel aliud consimile reperiretur in hōe, modo illud sub quo fit comparatio uel aliud simile non reperitur in homine. Ad argumentū igitur nego sequellam, & ad probationem nego consequentiam: quianō sufficit quod illud eminenter continetur: sed quod realiter & eminenter, uel quod a tanta conueniētia abstraheretur cōceptus, quanta est inter bruta & homines, quod non fit in proposito.

Quo fit ut conceptus specificus specialissimus prie abstrahatur a tali & a tāta, patet cū nō possit esse maior esentialis conueniētia q̄ sit inter indiuidua eiusdem speciei specialissime.

Fitebam ut conceptus connotatiuus semper abstrahatur a tali.

**T**Prosecūdo, ut radicitus absoluatur, nota in hoc stare argumentū uim, scilicet quid requiritur ad hoc q̄ aliqua dicantur essentialiter conuenire plus alijs: pro quo uideor mihi respōdere, illud scilicet prærequiri, q̄ aliqua essentia lia repāatur ī his quae nec ipsa nec similia repāatur ī alijs, propter quod Sortes & Plato plus cōueniunt realiter & physice q̄ brunellus & Sortes. Ad argumentū igitur nego antecedens, & quando probas q̄ plus conueniunt Sortes & brachium q̄ Sortes & Plato: distinguo: essentialiter & sic nego: uel accidentaliter & sic concedo: & quādo iterum arguis: conueniunt in hoc quod est habere hanc animam: & istud est aliquod esentialle: ergo plus conueniunt essentialiter, conceditur maior sed negatur minor: non enim de essentia est habere hanc animam: sed habere animam: nec ualeat: nō potest saluari sine illo, ergo

est de essentia illius: distinguitur: uel q̄ non possit saluari quantum ad speciem: & sic nego: uel quantum ad indiuiduum & sic concedo: modo multa sunt sine quibus nō possunt res indiuidualiter saluari: & tamen non sunt de essentia eorū. Si enim hoc argumentū ualeret: probaretur parī forma quod due aquæ diuersarum fontium essent diuersæ speciei: quia plus conueniunt due partes eiusdem fontis, utpote quibus est eadem forma totalis, quam aquæ diuersarum fontium: & illud est esentialle: quia forma de essentib⁹ est: quod Aristoteles in Topicis negat. Haud dissimili modo dices si ponatur tibi q̄ eadem materia numero sit in diuersis indiuiduis.

**T**Ad ultimum respondeo negando sequellam. & ad probationē concedo, quod si conceptus connotatiuus abstrahatur a cōmuni bus accidētib⁹: non dabitur conceptus paucorum representatiuus: quia talis representabit oīa quibus potest conuenire. Sunt tamē nonnullæ p̄prietates indiuiduales quibus possunt conuenire aliqua duo: ut puta esse genitos a tali patre sub tali ascendentī natos: & cetera id genus quæ paucis communicantur: a quibus si abstrahatur cōceptus non erit tam cōmuni: sed paucorū (ut luce clarius est) representatiuus.

**T**Dubitatur super intellectu illius dicti Aristotelis septimo Physicorum quod uulgo sic habet. In genere latent equiuocationes.

**T**Insuper an album sit genus uel species.

**T**Super primo aduerte illud dictum tanq̄ corollarium ab Aristotele deduci ex quadam prolixa disputatione quam paulo superius in illo libro capite penultimo texere uideatur, ubi conclusit (ut Commentatori placet) motus nō esse comparabiles nisi sint unius speciei: & quia motus locales nō sint unius speciei: nisi sint supra eandē magnitudinem secundū specie (non n. accipitur ut ipse dicit) & probat differētia specifica motū: ab instrumento quo fit, ut q̄ fiat pedib⁹ uel alis &c. sed ex magnitudinū figuris supra quas habet fieri ut recta circularis) sequitur igitur q̄ motus locales erunt & que uelocias qui sunt in æquali tpe & supra eandē magnitudinē. Probauit insup paulo ante q̄ illud in quo debet fieri comparatio nō debet admittere dīfīcio: ibi. n. æquiuocum uocat multiplex quod diuidi potest: non enim, inquit, dicimus, utrum unum sit magis coloratum quam aliud, nec debent comparari nisi secundū alibi uel aliud specie: infert ergo ex oībus his, genus nō unum aliqd est: sed iuxta hoc latē multa: ac si argueret: oīs cōparatio debet fieri atomo. i. indiuisibili: in genere non est comparatio, ergo genus non est aliquod unum: sed iuxta hoc latē multa: ubi obiter aduerte quod non dixit latē equiuocationes: esto quod ita sit: unde ibi comma est in antiqua trāslatione ante ly equiuocationes, postea dicit, suntq; equiuocationū aliae quidē multū dīctātes, ut in æquiuocis quos nostri recēsiores a casū dicūt: aliae uero habētes quandā similitudinē ut nomē signans uerā naturā secundū q̄ pictū significat a similitudine reperta uiuacius in uno & uero supposito. Aliae inquit proxime aut genere uel similitudine quae non uidentur æquiuocationes cum sint. Hęc ille. & ponit exemplum de genere: ut animal:

de similitudine, ut hoc nomen magister quod de magistro scholas regente dicitur & per similitudinem de magistro regente domum.

\*Quem passum doctor Sanctus Expositorum Aristotelis uexillarius sic interpretatur. Genus non est una natura sed species est una natura: quod sane intelligas oportet, id est quod non sumitur logice ab una natura: species vero logica sic. & assignans rationem ait: quia species sumitur a forma ultima quæ simpliciter una est in rerum natura: utputa rationalis anima: genus autem non sumitur a forma aliqua quæ sit una in rerum natura sed secundum rationem tantum: non est nam aliqua forma ex qua homo sit animal præter illam qua est homo: nec est alia forma qua equus sit equus præter eam qua est equus. Quod si una esset, inquit, facile essent comparabilia illa propria cōparatione: sed per abstractionem a differentijs quæ intellectus facit ab operationibus forsitan sumpta, sit unū in ratione: quare physice genus non est unum, id est non est aliqua forma una. Logice autem secundum intellectus operationē dabitur conceptus unus obiectivus illa omnia representans: Hec ille in ualore: sicutq; apparet quomodo non sit unum: ac subinde quomodo latent æquiuocationes: quia ex eo est: quia latent diuersæ formæ quæ physice æquiuocationes sed uniuocata nuncupari possunt, quo sit ut maior sit unitas in nomine sive conceptu representante q; in rebus representatis: & hic credo q; stat æquiuocationis punctus: Ex uerbis etiam sequitur, q; secundum Thomam duplex est æquiuocatio, Logica & Physica. Physica diuersitas i; formis ultimis est. Logicauero diuersitate cōceptuum obiectivium dicit. Aīl igitur logice uniuocū est: physice uero. i. secundum ea quæ includit æquiuocum est.

### De sensu doctoris subtilis:

Hic p; Scoti imaginatione ponit solet triplex æquiuocatio, & triplex uniuocatio: sed q; rectus indicat obliquū, de uniuocatione differamus. Vniuocationis igitur mēbra hec sunt. Physica, Metaphysica, Logica. Physica ea dicitur esse, quæ est unitas alicuius naturæ omni opere intellectus secluso, ut unitas quæ est in humanitate a parte rei: & in quacunq; alia specifica realitate quam dicunt solum reperiri in specie specialissima, in qua solū reperitur unitas minor unitate numerali circumscripto opere intellectus, & addunt quo æquiuocatio huic uniuocationi opposita reperitur in genere, de qua æquiuocazione uolunt intelligere p̄famatam Aristotelis autoritatem, per hoc insinuantes non dari a parte rei unitas naturæ generice. Unitas Metaphysica, dicunt quod est unitas prima intentionis quæ abstrahitur a pluribus ex natura rei: ut conceptus obiectivus quo representantur animalia. Vniuocatio logica est harum postrema, & est propriæ unitas intentionis logice applicatae unirealitati sive prime intentioni, quæ est unitas Metaphysica. quæ quidē intentionis unitas semp sumitur ab unitate Metaphysica tāquam a fundamento proximo, has duas uniuocationes non negant esse in genere sed primam tantum.

Duo hic libet uidere, intellectum sanum autoritatis, & aliud cuius occasione dubium est allatum: an uide licet detur a parte rei realitas generis habens propriam unitatem secluso intellectus opere, quod multi negant, ut tibi p̄ oculis fixum est, & ubique passim cernes. ¶ Primo, quod ad autoritatem attinet nihil derogaretur Scotica doctrina, quod intelligeretur sicut Sanctus Thomas eam intelligit, presertim cum physica æquiuocatio (si Peripathetice sit loquendum) a natura sumatur: modo non est nec debet appellari natura realitas, sed tantum id quod debet & potest principium motus esse quod forma Physicæ potissimum est. Item quia tunc angelus diceretur uniuocum physice & de ipso physicus non considerat. Sed age, loquamur ut plures: poterit ergo dici sub genere latere æquiuocationes, quia sub realitate generis continentur multæ realitates specificæ continentia potentiali quarum quilibet nata est facere & causare diuersum conceptum obiectivalem ab alia, quæ pro tanto potentialis dicitur, quia contrabilis est per differentias natas diuersas naturas specificas constituere Metaphysice.

¶ Super secundo quod ab omnibus debet concedi hoc est, & quod Scotus habet in Metaphysica, ut ego uidi in quibusdam eius reportatis, que compilauit Ioannes Comoniensis, pro quo declarando uolo ut hoc sit priuatum dictum:

Accipiendo genus pro substrato hoc est pro prima intentione, est in se conceptus unus distinctus a conceptibus differentiarum: & per consequens a conceptibus specificis, quod probat scidem Scotus sua ratione uulga ta & trita, omnis intellectus certus de unoconceptu communem & dubius de conceptibus diuidentibus illum communem, habet conceptum de quo est certus: distinctum ab illis de quibus est dubius: quia alias uel erit certus & dubius de eodem conceptu: uel erit certus de nihilo quorum utrumq; inconuenit, sed aliquis potest esse certus q; conceptus generis de aliquo possit dici: dubitando q; de illo codē conceptus aliquis differentiarum dicatur, ergo ille distinguitur ab alijs: cōsequētia est nota: & maior satis consona rationi: sed probatur minor: quia possum ego cognoscere de aliquo q; sit mobile motu progressivo quæ est passio animalis saltem perfecti, non cognoscendo an sit homo. I. equus uel irrationale, igitur. Quid hec ratio ualeat in quæstione sequenti de uniuocatione entis examinabitur, sufficiat igitur hoc esse ex mente Scoti. Item ex Aristotele nono Metaphysicæ quæ differunt sunt aliquid idem entia: tunc sic arguo: omnia illa quæ differunt & non sunt primo diuersa: magis sunt nūm in eo in quo conueniunt: q; in illis in quibus distinguuntur: nam opposito dato essent primo diuersa & non differentia, eo modo quo sumebatur in maiori: sed due species alicuius generis pprie differunt differentiis: & sunt idē in genere: ergo genus est magis unū in illis q; differentiæ quibus distinguuntur. Quare conceptus generis est conceptus unus.

¶ Secundum dictum, genus habet propriam unitatem a parte rei distinctam ab unitate quæ reperitur in specifica

fica natura minor unitate specifica, quod sic probatur: Genus est per se ens reale sicut differentia: alias quomodo possent constitutere Metaphysice humanitatem? ergo habet secluso intellectus opere aliquam unitatem. cōsequētia est nota: quia quamlibet realitatē a parte rei cōsequitur sua unitas: sed probatur antecedēs: quia si non esset ens reale, nunquam per se & primo p̄edicaretur de specie quae realitas est a parte rei.

¶ Præterea distinctio generis est distinctio ex natura rei: ergo unitas generis est unitas realis & ex natura rei. consequētia est nota: quia distinctio ex natura rei prærequisit unitatem ex natura rei eorum quae distinguuntur: alias non posset cadere talis distinctio inter illa. ¶ Tertium dictum: genus habet propriam unitatem distinctam ab unitate realitatis differentie, probatio. Illa quae sunt immediate principia conuenientie & differentie, neque sunt esse totaliter idem, & hoc secluso intellectus opere: sed genus & differentia sunt huiusmodi cum mediante genere conuenientia quod diffinitur cum alijs, & mediante differentia differat, & hoc secluso intellectus opere: ergo illa distinguunt ex natura rei: ergo habent proprias unitates.

¶ Nec ista sunt contra Philosophum quod.n. Philosophus dixerit genus non esse unum, intelligendum est quoad contenta sub eo: sed realiter una realitas est a parte rei habens suam unitatem minorē unitate specifica: quae tāto erit minor unitas quātū cū maiori diuīsione cōcatur: sicq; sursum uersus cūdō minorabūtur unitates, quātū cōmunicabiliores erunt realitates.

Illud autem quod dicitur non descendere in species secundū eundem perfectionis gradum in quo creditur esse aequivalētia actualiter, ad differentias referendum est, potentialiter autem ad ipsam generis realitatem: quia potestate contrahi potest per diuersas differentias diuersas species cum genere constituentes: uel dic q; diuersis modis intrinsecis communicantur speciebus.

¶ Sed quia sermo incidit de genere & differentia, dubitatur an genus p̄edicetur per se de differentia: & uideatur q; sic: quia homo p̄ se est animal: & rationale p̄ se est homo: ergo rationale est animal: minor probatur, cum homo sit rationalis per se.

¶ Rursus si genus p̄dicaretur per accidēs de differentiis ergo per accidēs p̄dicabitur de specie: sed consequēs est falsum ut notū est, igitur: sed probatur sequella: quia quā docūq; aliquid p̄dicabile p̄dicatur de altero p̄ accidēs, p̄dicatur p̄ accidēs de quocūq; i quo illud formaliter in cluditur: sed rōnale includitur in hoīe ut constat: igitur.

¶ Ad hoc respondeo negatiue: nam ut patet ex Auicenna quinto Metaphysicorum: genus & differentia p̄dicantur de specie: non tamen dicunt totam speciem per se: sed genus significat materiale, differentia uero formale: & utrumq; licet partem speciei significet: tamen per modum totius: ut iampridē declaratum est: cum ergo materiale sit extra formale: consequēs est quod non erit per se: intelligo semper de primo modo persicatatis. Itē quia si p̄dicaretur per se, unum animal esset multa animalia: quia si p̄

sc p̄dicatur: quero autem importat idem animal genus cū differentia, & sic committetur nugatio in diffinitione: uel distincta, & sic homo esset duo animalia: quia est animal & rationale: quod est intentum: & sic Scotus nō uult uocare ipsam essentialē nec accidētalem, sed substantialem tertio dist. vii. q. prima.

¶ Ad primum igitur respondeo negando hanc esse p̄ se, rationale est p̄ se homo: nec ualeat consequētia conuertēdo, quia propositio p̄ se non semper habet conuertētē p̄ se: habet tamē conuertētē necessariā: & hoc est quia uariatur appellatio de ly per se.

¶ Ad secundū negatur consequētia, & ad probationē negatur maxima illa: nec habetur unde possit sufficiēter probari. P̄dicabitur ergo p̄ accidēs: nō q; cōceptus sit accidēs, sed q; sint distincti cōceptus obiectui: ita ut aīl q; est genus nō includatur in rationali: nam ex Arist. vi. Topi. differentia non participat genus.

### Secundi dubij decisio.

¶ Ad secundum dubium iuxta realium sentētiā fatēdum est ad nullū p̄dicamētum posse p̄tinere ly albū: cum non significet unam naturā in certo p̄dicamēto reponibile: eo q; illud quod est i p̄dicamēto reponibile debet esse in complexum, hoc est in se unum.

¶ Sed secundū nōinales supposito q; uniuersalitas debeat attēdi ex parte significati formalis. dicēdum est quod est species specialissima: eo quod non habet sub se terminum quidditatue in fieri & formaliter communem: nam maxime esset ly homo albus: uel ly album hac albedine: sed primum non est quidditatue in fieri ex parte significati formalis quod hic attēditur: secundum autē non est formaliter commune ex parte eiusdem significati, & nō uideatur quis alijs terminus sit acceptibilis sub ly albū, ergo est species specialissima.

¶ Nominales breviter se expeditunt super illa autoritate dicētes latere equiuocationes, quia sub genere sunt termini specifici quorū quilibet natus est causare conceptū communem specie distinctum ab alio.

### De sensu Arist. & antiquorum,

¶ Nam principis nostri Aristotelis ceterorumq; patruntem paucis & sine lite aperiamus. Vnde ante omnia illud est mente de genere cuilibet Peripathetico tenendum, quod de uniuersali in communi dictum est: uidelicet nihil esse aut posterius esse, taleq; secundum sui completam rationem non esse in re, sed tantum intellectus operi. Et etiam supponenda diffinitio quam in Topicis assignat. Sed preter hēc multa in libris prime Philosophie interserit de genere. Vnde sexto Metaphysicorum aperte fatetur genus nihil esse preter species, quod intelligēdum est realiter ut ponebat Plato, & decimo Metaphy. textus commento. xxiiij. ubi habet Argyropili translatio. Tale inquit genus appello quo ambo. i. duæ species idem dicuntur, non per accidens inquit siue sit ut materia siue alteri. Primum ponit propter Platōne ne afferat genera separari realiter a speciebus.

CAPUT SECUNDUM

**T**in secunda parte dubij uidetur dimittere sub dubio an sit materia sive non, quod si sic, scoto maxime faretur: licet omnes possent conuenienter glosari: & infra, textu commen. xxv. dissoluens obiectionem quare secundum aliquam contrarietatem sumitur specifica differentia: & non secundum omnem, inquit: ex eo fit quia alia contraria sunt propriis generis affectus: alia minus. Earum sunt magis quae sumuntur ex parte formarum ut differentiae. Alia autem sunt secundum materiam, hoc est individuum, ut album & nigrum: masculum & feminam: & sic pro tanto aliae erunt magis proprie ad dividendum genus: quia est maior contrarietas: eo quod habet se ut materia: istae autem ut forme: Sic glosat Themistius: & paulo inferius sentire uidetur: quod genus secundum se non capiendo ipsum logicè est diuersum in diversis speciebus. Inquit enim non solum ipsum genus commune esse cœ ambo animalia, sed etiam ad ipsum animal diuersum utriusque competere, veluti alterum quidem equum, alterum quidem hominem esse: quod multum faretur nominalibus & Thomistis: sed glosabit Scotus quod sunt diversa animalia de per accidens, id est ratione alterius & alterius realitatis contrahentis genus.

**T**Ex primo Aristotelis uerbo (ut reor) opinatus est Alexander Aphrodiseus uir in Peripathetica lectione non uel garis litteraturæ, atque Grecorum Peripatheticorum loge princeps in libro de interpretatione, & in libro Priorum: conceptui generico (formali intellige) in re non correspondere conceptus obiectuos specierum, quod nominalibus ualde consonu est: qui quia obiter illud tractabat nihil plus adiecit: allegas p se illud. In genere latet equiuocationes: & ultimum dictum Aristotelis.

Quid Boetius.

**T**rauissimus Boetius omnium Latinorum Peripatheticorum primus secunda editione super Porphy. sentire uidetur, ea a quibus sumuntur conceptus generis & speciei aliqd esse in re singulari, quod Scotica afferret schola inquit enim prefato loco: genus ita commune esse debet, ut unum totum in singulis & uno tempore sit & eorum quorum commune est constituere substantiam habet. Quocirca si neque unum est quoniam commune est: neque multiplex, quoniam eius multitudinis aliud genus inquirendum est, uidebitur omnino genus non esse. Quod si tantum intellectu genera & species ceteraque capiuntur: cum omnis intellectus aut ex re fiat subiecta, ut res sese habeat uel non habeat necesse est: nam sine subiecto fieri intellectus nequaquam potest: Ex hac clausula colligitur generis conceptui correspondere aliiquid in re, uel substantiali ab aliquo in re: quia conceptus & intellectus uerus ab ente debet produci: ut alio loco habet Aueniatus: & subiunxit supponens iam quod in re sit: Rursus querendu est que sit eoru natura: q si ex re sumitur generis intellectus, neque ita sese habet ut intellectui subiecta est, eo quod ut paulo ante dixit, quicquid est, unum numero est: manum necesse est intellectum qui ex re est, &

non ita ut sese res habet.

Hoc argumentum factum est in via Thomæ, & etiam Scotti: & soluit ipsum eo modo quo iam nos alias solutus: dicitque in uirtute, quod si cognouissemus rem compositione modo uel diuisiōne esset mendacium in intellectu: sed si intelligitur modo abstractio unū intelligendo sine alio: sicq; non est mendacium: & adducit exemplum de linea que nunquam separatur a corpore: intelligitur tamen si ne illo: & subdit. Non enim omnis qui ex subiectis rebus capiuntur intellectus aliter quam sese res habent falsus quidem putandus est, sed ille qui hoc in compositione facit, ut cum hominem atque equum iungens putat esse centaurum. Sunt ergo genera & species, inquit, uel incorporeis rebus uel in incorporeis: & concludes ait. Sunt ergo huiusmodi res in corporalibus atque in sensibilibus rebus. Intelliguntur autem præter sensibilia ut corum natura perspecti & proprietas ualeat comprehendendi. Quocirca unum genera & species cogitat ex singulis ex quibus sunt, eorum similitudo colligitur: Iusthumanitas cogitata: tum animo ueraciter quae perspecta fit species: Subsistunt ergo circa sensibilia, intelliguntur autem præter corpora. Ex quibus uerbis colligo duo. Primum, Scotum magis ad hoc accedere: Secundum inter genus & speciem nullam omnino facere differentiam, quoad hoc quod reperiantur in rebus: sed ambo dicit reperi in rebus & subsistere, quod iuuat ad realitatem generis ponendam, eo modo quo suauum est: quae uocabula non nisi oblique ad predicationes possunt referri.

**T**Proprietatem tamen generis qua uidetur a specie iure differre idem Boetius commento super predicamenta sic refert: quod uniuersale est genus ita commune ut eodem tempore totum sit in diversis: intellige Scoto modo per indifferentiam: quod cum in se sit uniuersale per aduentientes formas sit singulare sine quibus naturaliter non subsistit: & quod hic loquatur de subsistentia reali: nec posset esse recursus ad conceptus uel signa: patet per exemplum quod adaptat de cera quod simillimum est ex exemplo Porphyri de statua: ex qua inquit potest fieri modo bovis statua: modo hominis quantum est de se intelligendo eadem materia manens una & eadem: ex quo sequitur iterum naturam generis habere unitatem propriam: & quantum est ex parte sui descendere aequaliter ad oes species modo quo expositum est. Hec ex Boetio.

Quid Auerrois.

**T**Commentator Arabum peritissimus in capite de differentia sic loquitur de genere super illo uerbo Porphyri quod genus habet se ut est differentia, ut figura, uel forma. Sicut substantia rei extra intellectum inquit est ex materia & forma: ita cum est in intellectu respectu eius se habet genus & differentia que sunt partes ipsius rei per intellectum: ubi patet ista per intellectum confluiri. Item primo & duodecimo Metaphy. inquit genus est unum in forma media: per hoc insinuans q genus quod est in intellectu sumitur a forma media: id est sensitiva que

ua quæ media est inter actum completum & potentiam id est materiam, & i. Metaphys. versus finem respondet Commentator ad has duas quæstiones videlicet, utrum forma quæ est conceptus obiectius generis, & forma quæ est conceptus obiectius speciei etiam differentie sunt una forma, quod est querere utrum id quod signatur per nomen generis & differentie & speciei sit unam formam. R. ma nifestum inquit est q[uod] ultima differentia est ex specie quæ est subiecta illius speciei solius, & q[uod] illud quod est ante i. genus non est subiecta propria ei, unde manifestum est q[uod] illud quod significat diffinitio est unum: est tamen multitudine in potentia, h[oc] C[on]mentator ad verbum, ex quibus colligitur aperte q[uod] illud q[uod] signatur per nomen generis et differentie & speciei est unum id est singulare & non plura in actu, potestate tamen quatenus potest facere diuersos conceptus secundum ea quæ apparent est multitudine quædam, quod multum accedit ad sanctum Thomam: nec credo in alio differre: nisi q[uod] C[on]mentator realiter videtur dicere hos tres conceptus obiectuos dicere unam formam sed diuerso modo conceptibilem. Sanctus vero doctor hos tres conceptus realiter non dicere nisi compositum & non formam afferit.

Hinc appetet hos tres primarios peripatheticos aliquo modo inter se distare & unumquemq[ue] suam viam neothericorum tueri, Alexander nominales. Boetius. Scotum, Commentator. sanctum Thomam, & si comode ad quamlibet opinionem possint glosari, sed Thomæ opinio magis peripathetica est, Hæc de genere.

### De specie caput secundum.



Species autem dicitur quidem & de unius cuiusq[ue] forma, qua significatione dictum est. Prima species digna est imperio. Dicitur autem & de eo quod sub assignato genere collocatur, qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueimus quod quidem est genus: album vero speciem coloris, & triangulum specie simili modo figuræ. Quod si genus assignataes mentionem fecimus speciei: genus id esse dicentes quod de pluribus differentiis specie hoc ipso quid est predicator, & nunc id esse dicimus speciem quod sub assignato genere collocatur, sciendum est cum & genus alicuius sit genus & species alicuius sit species: utriusq[ue] inquam utrumq[ue] in ambonum etiam rationibus ambobus ut necessarium est. Assignant igitur peciem & hoc modo, Species est id quod subiectur generi, & de quo genus hoc ipso quid est predicator. Insuper etiæ hoc pacto. Species est id quod de pluribus differentiis numero hoc ipso quid est predicator. Verum hæc quidem assignatio ipsius erit specialem species & quæ tantummodo species est. Ceteræ vero & hisce competent quæ non specialissimæ sunt. Atq[ue] id quod dicimus hoc pacto fuerit manifestum. In unoquoq[ue] prædicamento sunt quedam generalissima genera. Et quedam specialissime species, & inter hæc media quedam sunt quæ genera eadem speciesq[ue] dicuntur.

Est autem id quidem generalissimum genus: supra quod nullum omnino genus transcendet. Specialissima vero species ea sub qua nulla prouersus alia species collocatur. At inter hæc generalissimum inquam genus speciemq[ue] specialissimam: sunt alia quæ genera sunt eadem speciesq[ue] non respectu tamen eiusdem sed diuersorum. Explicetur autem id quod diximus uno in prædicamento. dilucidiusq[ue] sit at hoc pacto. Substantia est quoddam & ipsa genus ut patet, atq[ue] sub ipsa quidem est corpus. Sub corpore vero. corpus est animatum. Sub quo animal cadit. sub quo rursus animal est particeps rationis sub quo homo cadit. sub quo Socrates Plato singuliq[ue] homines collocantur. Horum igitur substantia quidem genus generalissimum est solumq[ue] genus, homo vero specialissima species & species solum. At corpus species quidem est substantia: genus autem corporis animati. Animatum vero corpus species quidem est corporis: genus autem animalis rursus animalis, species quidem est animalis corporis: genus autem animalis participis rationis. Particeps rationis vero animal: species quidem est animalis: genus autem hominis. Homo etiam species quidem est animalis participis rationis, genus autem hominum singulorum non est, Sed species solum. atq[ue] omnino id omne quod est ante indicium uidua & de ipsis sine ullo medio prædicatur: species erit diuina & nullo modo generis rationis subibit, ut igitur substantia quæ supradictum est propterea q[uod] nihil est ante ipsam: genus est generalissimum ut diximus. sic & homo quæ species est sub qua nulla species prorsus neq[ue] quicquid corū q[uod] diuidi potest in species collocatur sed & individualium species est, (individualium enim est Socrates Plato atq[ue] hoc album) species erit profecto solum, ac ultima species specialissimaq[ue] species ut diximus. Media vero species quidem eorum erunt quæ sunt ante ipsa: genera autem eorum quæ sub ipsa sunt collocata. Quare hæc quidem duos habent respectus: unum ad ea quæ antecedunt quo species illorum esse dicuntur, alterum ad ea quæ sub se collocata sunt quo genera illorum esse dicuntur. Extrema vero unum habent dumtaxat, generalissimum enim genus ad ea quidem quæ sunt sub se collocata respectum habet, est enim genus ut patet, ad superiora vero nullum habet profecto, cum supremum sit genus & ut principium primum, atq[ue] ut diximus id supra quod nullum inueniri genus omnino potest: Specialissima quoq[ue] species unum habet respectum: habet enim ad supera quorum species dicuntur, ad infera vero non diuersum habet. sed individualium species dicuntur, Atq[ue] individualium quidem species dicitur, ut continens ipsam, superiorum autem rursus species appellatur, ut continetur ab illis. Differunt igitur. Genus generalissimum est quod genus est & non species, & rursus supra quod nullum aliud omnino genus transcendet. Speciem vero specialissimam hoc pacto. Species specialissima est quæ species est & non genus. Et rursus quæ alias in species ullas diuidi nequit, & insuper quæ de pluribus differentiis numero hoc ipso quid est predicator. Media vero subalterna genera speciesq[ue] appellantur: atq[ue] unumquodq[ue] ipsorum: speciem genusq[ue] ponunt.

non respectu tamen eiusdem: sed diuersorum, ea enim quae ante speciem specialissimam sunt vsq; ad generalissimum gen<sup>9</sup>, genera species generaq; subalterna dicuntur. vt Agamēnon. Atrides. & Pelopides. & Tētalides ac tandem vlti no Iouis. Verū in familijs quidem ad vnum velut Iouem plerūq; principium ipsum reducitur. In generibus aut & speciebus nō ita sese res habere videtur. Nō enim ipsum ens vnum est omnium genus commune, nec vniuersa generis sunt eiusdem supremo genere vno, vt Aristoteles inquit, sed ponantur vt in predicamentis prima genera decem quasi principia decem prima. Et si quispiā omnia entia appellet equiuoce (vt dicit) & non vniuoce nū cupauit. Nam si ipsum ens commune omnium genus esset: vniuoce vniuersa profecto entia dicerentur, cum aut sint decem prima, communicatione nomine tantū est: & nō ratione ea quae ad nomen accommodatur. Genera igitur sunt generalissima decem, Species quidē specialissime sūt quidem in numero quodam: at non infinito. Individua aut quae sub specialissimis collocantur sunt infinita. Quia propter descendere a generalissimiis vsq; ad specialissimas species Plato iubebat: ibiq; stare. Descendere vero per media differētijs specificis diuidentes. Infinita autem omittere, neq; enim cadere sub scientia possunt, Cū igitur ad specia lissimas descendimus species transeamus per multitudinem diuidendo necesse est, at cum ad generalissima ascendimus genera: in vnum multitudinem ipsam congregemus op̄portet, species enim in vnum naturam cōgregat multa & magis etiam genus. Particularia vero ac singularia in multitudinem ipsum vnum ecōtra diuidere semper videntur, Specicināq; cōmunicatione complures homines vnius sunt homo. at vnius atq; cōmuniis ipfis particularib<sup>9</sup> plures, Singulare nanq; semper est diuisiū, ipsum vero cōmune collectiū, atq; vnius est effectiū suapte natura, Assignato autē genere atq; specie: qd nam vtrūq; ipsorum sit quorumquidem genus est vnum, species vero plures (di uisio nanq; generis species in plures semper efficitur) genus quidem semper de specie: prædicatur, Omniaq; omni no supera de inferis semper dicuntur, Species vero neq; de propinquo sibi genere neq; de vlo supero predicatur, Non enim conuertitur, nam vt paria de paribus, hinnibile de equo, aut maiora de minoribus: vt animal de homine prædicetur opportet. Minora vero de maioribus non opporet. Non enim animal hominem esse dixeris: vt hominem animal esse dices, atq; de quibus species prædicatur. de his & specie genus, & genus etiam generis vsq; ad generalissimum necessario prædicabitur, nam siverum est dicere Platonem hominem & hominem animal & animal substantiam esse. verum quidem & Socratem animal & substantiam esse: cum igitur supera semper de inferis prædissentur, Species quidem de individuo: genus autem de specie ac individuo: & generalissimum genus de genere vel de generibus (si plura media subalternaq; sint) & de specie atq; individuo prædicabitur, generalissimum enim de generibus & speciebus ac individuis omnibus prædicatur: genus autem quod est ante specialissimā speciem de vniuersis specialissimis ac individuis dicitur, et

species ea quae est solum species de omnibus individualiis prædicatur. & individualium de vno solo particulari. Individualium autem dicitur Socrates & hoc album, atq; hic accessus filius Sophronisei: si solus ipsi Socrates sit, Individualia igitur ex eo talia dicuntur quia ex proprietatibus quodq; constat: quarum idem aggregatum nunq; in alio fiet, So cratis nāq; proprietates nullo in alio particulari cedent. Hominis tamen communis proprietates eadem in pluribus, immo vero in omnibus particularibus hominibus vt homines sunt fiunt atq; inueniuntur. Individualium igitur a specie & species a genere continetur. genus enim est quoddam totum individualium autem pars. At species totū est ac etiam pars, sed vt pars quidem ad aliud, vt totum autem non ad aliud dicitur: sed in alijs. Totū enim in ipsis partibus est. De genere igitur atq; specie, & quidnam sit generalissimum genus, & quid specialissima species, & quae sunt eadē genera specie sūe: quae præterea sunt individualia: & quot modis genus speciesq; dicantur, satis iam explicauimus.

## Expositio textus familiaris,

**S**pecies autem dicitur &c. Primum de differentia q; despecie debuisse Porphyrius agere si ordinē naturæ debuisse insequi, eo q; cum sit speciei pars prius naturæ est quam ipsa species quae veluti totum est, sed quia generis diffinitio pēdebat ab specie cum in tali positum sit hoc. (differentibus specie) ne longiuscule diffinitionis declarationem protraheret, statim apposuit speciei declarationē in hoc capite in quo satis varie procedit autor, primo ponens diuersitatem acceptiōis diffiniti sicut fecit in precedenti capite & agit in omnibus, demum diffinit membris logicum pertinens proposito triplici diffinitione, deinde nacta occasione ex diffinitiōtertia speciei videtur assignare arborem prædicamenti substatię, vbi obiter diffinit generalissimum duabus descriptiōibus & multa alia que ordine nequeunt comprehendendi, declarabuntur tamen difficiliores passus pro cuiuscunq; via intelligētia, Species duplē citer accipitur, realiter & logice realiter accipitur pro forma alicuius rei quae statin elegantia vultus simul & membrorum debita proportione: & quo hoc nomen speciosus deriuatur, quodquidem vocabulū aliquantulum extensus capiunt Theologi & Physici colorem & saporem & odore & figuram hostie consecratae sacramētales species dicētes, & sic dicitur prima species digna est imperio, Secundo accipitur species logice similitudine forsam accepta ad primā acceptiōē, Quia sicut species primo modo dat quodammodo terminum & perfectionem aliquam rei ciuius est: Ita species secundo modo dat perfectionem rei, tāto enim res est perfectior essentialiter quanto est perfectioris speciei, atq; in hac secunda & logica acceptiōe inquit accipi pro aliquo conceptu vniuersali obiectu suo formalī qui ponitur sub assignato idejst iam diffinito genere immediate quidditatue & directe & hoc pro sancto Thoma & nominalibus, hāc diffinitionem prius expressit Zenō scitius dicens species est quae sub genere continetur et exēplificans

plificans ait sicut sub animalis nomine continetur homo, quod videtur fauere nominalibus, Scotus, est secunda intentione fundata in aliqua natura ut in humanitate quae ponitur sub alia natura generica tanquam sub communiori ictu potentialiori immediate, vel sic et rectius, est secunda intentione quae ut applicata alicui naturae pluribus individualibus comunicabili sic se habet: quod supponitur tanquam inferior quidditatiae et directe alteri secundae intentioni ut applicatae naturae genericae, quae quidem praedicatione in fundatione debet exerceri. Hanc aperte Porphyrius vocat definitionem. quia hanc comparat ad generis definitionem quae proprius diffinitio erat, quod probatur ex hoc, quia dicit (in vtrorunq; rationibus) modo per rationem diffinitionem intelligit. Obicit tam contra se quia videtur esse diffinitione circularis genus per speciem et modo speciem per genus declarare, et re vera obstarre videtur id, nam cum prius esset suboscura diffinitio generis ratio ne illius termini species, opus erat diffinitione speciei ad illum terminum declarandum, modo autem ponitur in diffinitione speciei illud nomen genus quod ante non fuerat plane declaratum, semper ergo manent diffinitiones ineptae propter incepsibilem circulum. Nonnulli quibus haec rationes fidem faciunt tamen nullum correlatiuum per reliquum posse diffiniri sed tantum per fundamentum alterius et hoc inquit voluisse habet re Porphyrii, sed quicquid sit de veritate rei et harum rationum vigore: non est hec intentio autoris cum ipse non dicat quod necesse est in diffinitione unius correlatiui fundamentum alterius, sed vtrorunq; rationibus utrisque, quod et ipse fecit qui in his diffinitionibus non posuit nisi expresse alterum correlatiuum, huic scero haec poterit ut textuali quem afferas vigor: nam cum totum esse relatiui sit ad aliud correlatiuum: ita ut sint simul natura ideo naturali intelligentia, ut Aristoteles expresse fatetur in predicationis, et sicut se habet ad esse ita ad diffiniri et ad cognosci. ergo non poterit diffiniri nec declarari sine reliquo: nec inconvenit circulatio quando alioqui non potest res commodius diffiniri, et hanc rationem in virtute assignat Porphyrius, quod videtur assuerare Boetius et Commentator. Hac eandem sententiam habet Aristoteles Quinto Topicorum, qui loquens de diffinitione an debeat dari per contrarium ut diffinitionem boni per malum, inquit non inconvenire aliquid diffiniri per suum opositum. dicit enim: Opportet autem non latere quedam fortasse alterum Diffiniri non posse. ut duplum sine dimidio et quaecumque per se ad aliquid dicuntur, nam omnibus huiusmodi est idem esse id quod est aliquid quodammodo se habere, quare non est possibile sine altero alterum cognosci haec ille, iij. capite. quinto, T. o. secundam diffinitionem intellige in proportione ad primam. Tertia diffinitione species est conceptus obiectus siue formalis praedicabilis de pluribus differentibus numero, secundum Thomam et nominales, hoc dempto quod differre numero secundum nominales debet capi logice pro terminis singularibus, ut annotauimus in diffinitione generis, Ponit differentiam Porphyrius inter has diffinitiones quia prima due competit omnibus speciebus tam subalternis quam specialissimis. haec vero tertia com-

petit tantum speciebus specialissimis, quod in sinuat Porphyrius quando loquens ibidem de primis duabus dicit Cetera vero et hisce competunt quae non specialissime sunt, quod emphasis videtur habere, nec illud dixisset si tercia diffinitione subalternis comparet, quidam nominalis dicit Porphyrium indifferenter loqui in omnibus diffinitionibus de omnibus speciebus, immo quod magis mirandum est tertiam acceptiō posse conuenire generalissimo, debilitate (ut reor) argumento ductus, quia haec praedicatione petrus est substantia est inquit et directa et non est praedicatione generis cum non sit genus. ergo speciei. ergo est species prae dicatum, et non secundum aliquam diffinitionem ex primis, ergo secundum tertiam, quare non tantum conuenit speciei specialissimae, sed facile diluitur argumentum si respiciat non idem esse genus et constituere generis prædicationem, unde concedo esse generis prædicationem ac sub inde prædicatum esse genus, sed non opportet quod sit respectu subiecti: et est simile de hac Martinus est risibilis, quia ipse concedit esse prædicationem proprij ubi prædicatum non est proprium respectu subiecti. ergo sufficit quod sit genus ad subiectum vel ad superius quidditatiae ad subiectum, (Atque id quod dicimus), quia fecerat mentionem in diffinitionibus de speciebus specialissimis et speciebus subalternis quae genera sunt, declarat exemplariter habitudinem et ordinem generum et specierum ordine prædicamentali, dicitque in una quaque coordinatione esse quae ad extrema, unum sub quo non est aliquid commune quidditatiae inferius quod specialissimum dicitur, aliud generalissimum, Cetera vero intermedia sunt quae sicut re sunt inter media, nomine etiam sunt, quia appellantur genera et species, extremam non habet nisi unum respectum vel non connotant nisi unum respectum, genera etiam tantum respicit inferiora, specialissimum respicit tantum superiora quia non est inferior commune inquit et directe quod possit respicere vel de quo habeat prædicari, intermedia vero ut animal, corpus animatum, habent duos respectus, siue hoc nomine intermedium supponit pro aliis quo connotando duos respectus, unum in ordine ad inferiora, secundum quod habet sub se commune de quo possit directe prædicari, et secundum hanc habitudinem dicitur genus, aliud secundum quod habet supra se commune inquit non transcedens, et secundum hunc respectum dicitur species, Generalissimo tribuit duas diffinitiones, prima (Supra quod non est superueniens genus,) Scotice, est secunda intentione fundata in aliqua realitate supra quam non est dabilis aliqua realitas magis communis et potentialis quae possit fundare rationem generis, vel conformiter ad nostram expositionem est secunda intentione: quae ut applicata alicui realitati non est dabilis supra illam alia secunda intentione applicata alteri realitati magis communis et potentiali quae possit fundare rationem generis, esto enim quod detur entitas aut entitas finita non est illa genus quia non est per differentias contrahibilis: sed tantum per modos intrinsecos, sic enim descendit in prædicamento entitas finita, alia est quod cum sit genus non est species) ideoque cum fundet in se intentionem generis non potest in se fundare intentionem speciei, vel ut nos, quae cum illi applicetur intentione generis non potest ei applicari intentio-



QVARTA QVAESTIO PRINCIPALIS.

tio speciei, quia per primam descriptionem non potest dari genus supra ipsam. Metaphysice hoc est pro substrato, et quedam realitas supra quam non est dabilis alia realitas quae possit fundare generis intentionem. Secundum Thomam dicit nouisti, Nominales, est terminus supra quem non est dabilis aliis quidditatibus superior vniuoce dicitur vniuoce propter ly ens qui esto p sit vniuocum in significacione est. equiuocum in predicatione. Alio sic, (quod cum predicitur de pluribus differentibus, specie non est species) id est de ipso non predicitur aliis terminis tanq geru, proportionaliter dic de specialissimo facta coordinatione praedicamentali comparat eam ad coordinationem familiarium ponendo conuenientiam et differentiam. Conuenit ia nota est, sed differunt quia in familiis Pelopidae et Heraclidae omnia reducuntur ad Iouem tanquam ad patrem communem, ea autem quae ponuntur in praedicamentis non reducuntur ad unum quia maxime ad ens, sed ens dicitur aequiuoce hoc est non vniuoce sed multipliciter, hoc enim aperte Aristoteles fatetur. iij. Metaphys. ut videbitur in questione, atq; hoc idem sensit Boetius et Commentator ut referemus quando antiquorum sententias super hac re in sequenti questione aperiemus. Scotus negat Porphyrium, sed in virtute Aristotelis negat, Nominales ad equiuocationem recurunt predicationis quia non facit ly ens vniuocam prædicationem cum omnibus generalissimis, vel dic secundum Scotum q; ens multiplex est eo modo quo dicitur in genere equiuocationes latere. (generalissima igitur sunt.) comparat ea quae ingrediuntur coordinationem quo ad numerum dicens, generalissima esse decē quod principium est in hac arte. i. decē sunt termini sic se habētes q; supra quodcumq; illorum non superuenit aliquod genus superior, appellatur autem rerum principia quia mediate rerum declaraciones et diffinitiones constituant, dico rerum quia mediate saltē et remote res diffiniuntur, Scotice decē sunt secundae intentiones fundatae in totidē naturis unaqueq; in sua, quaequidē naturae sic fundant intentionē generis ut nō possint fundare secundam intentionē speciei, vel si magis nostra expositio placuerit decē sunt secundae intentiones quae applicatae totidē naturis sic applicantur naturae genericae ut non possint applicari naturae genericae specificae, appellantur rerum principia quia non est aliqua res realis finita et limitata de cuius compositione. Metaphysica nō sit aliqua istarum realitatū, Species sunt finitae quia peripathetice loquēdo non sunt actu in numero infinito. ergo non possunt esse, individua autem sunt infinita non in actu sed in potentia secundum Aristotelem, eo q; non erit terminus in generatione individuorum et propter infinitatem dicit q; iubebat Plato quiescere a consideratione scientiali eorum: eo q; infinita non contingat pertransire, Est et alia causa quia non sunt perpetua, insuper quia per terminos singulares non contingit esse scientiam, ex quo infert q; qui descendit a generalissimo diuidit, et qui ascēdit colligit, descendere nominaliter est a superiori ad inferiorē procedere, diuidere, est termino superiori assignare inferiores in quibus diuiditur tanquam in subjectivas partes, colligere, est terminis inferioribus suum superiorius assignare, tunc

enim colligimus quando partes simul suo toto componimus quod logice hic fit, nam qui post numerationem specimen ascēdit ad genus, quid aliud facit quā ea que spes sim signabantur includere sub unius termini significatio? Scotice diuidere ē cōtrahere, colligere est abstrahere, cōtrastio enim non fit sine differētia, at differētia diuidit, abstrahere est cōsiderare superius sine differētia, sed qui sic facit colligit, quia facit per considerationē quandā indifferētia cōmunitatis, quo fit ut singulare sit diuisuum et vniuersale collectuum, et quanto magis vniuersale aliquid est: tanto magis est collectuum, et sic dicit p participatio speciei plures homines sunt unus homo, Scotus quia plures homines conueniunt in natura specifica illi plures sunt unus homo. i. sunt vna natura per indifferentiam, Nominales quia plures homines qui conueniunt in specie, illi possunt representari per conceptum unum specificum, representatione ex pluribus fit vnq, proprietates individuorum sunt patria, genus, pater, cōplexio, in tali gradu nasci, sub tali cōstellatione et ascendēti, reliqua clariora sunt quam quae expositione egeant.

¶ Figura diuisua generū in spēs: persuas diffētias earū cōstitutivas. Alias arbor Porphyrii.

SUBSTANTIA.

Corporea. Incorporea.

Corpus.

Animatum. Inanimatum.

Viuens.

Sensibile. Insensibile.

Animal.

Rationale Irrationale.

Animal rationale.

Mortale. Immortale,

Homo.

Soñ. hic homo. quidam homo &c.

¶ Tuxta has Porphyrii diffinitiones sit tibi preoculis hārum trium sectarum diuersitas super id qd diffinitur, qd facile perstringes si precedentis capituli doctrinam pariter et vniuersalis condicionem perpendas, Igitur iuxta textū occasione illius dicti Porphyrii, si quis omnia entia vocet aequo nūcupabiles nō vniuoce, talis mouetur questio,

¶ V Trū ens dicatur vniuoce deo et creatura et substatia et accidēti, quod ē querere, vtrū pr̄ter conceptus proprios quorum unus aequalis ambitus substantiae, aliis vero accidentis in communi, sit dabilis tertius cōceptus ab his distinctus et ad hos superior, in hoc enim stat tota diuersitatis ratio, et hinc est q; tantum laborat Scotus super probatione illius tertij conceptus quem intensit probare distinctum a conceptibus dubijs.

¶ Hec questio est vna ex antiquissimis questionibus Metaphys. de qua Aristoteles facit mentionem secundo Elechorum dicens, q; a multis soluebantur rationes Parmenidis et Zenonis per hoc q; ly ens et unum multipliciter dicebantur

bantur, & adhuc inter antiquos & recentiores peripateticos est maxima alteratio. Habet quæstio duo membra, & circa quodlibet duas reperio opiniones famosas. Prima est Henrici gandensis & sancti Thomæ & multorum antiquorum quibus nonnulli nominalium astipulatur tenentium ens analogice dici deo & creatura: & substantia & accidenti, Secunda est doctoris subtilis cui residua pars nominalium suffragari videtur, Tribus punctis quæstio terminabitur in proposito, in primo mente sancti Thomæ ad aperiam. in secundo Scotti positionem reserabo, in tertio a liqua quæ emergent dilucidabo.

¶ Super primo adnotandum est, q. est duplex vniuocum, reale & intentionale sicq; duplex vniuocatio realis & intentionalis, vniuocatio realis sunt plura vt cōformia sunt in aliquo conceptu obiectuali in ipsis pluribus formaliter inclusa, dicit plura, quia in uno singulari non proprie est vniuocatio, dicit ut conformia, per quod excluditur ea quæ nominales vocant æquiuocata idest significata per terminū æquiuocum, dicit in conceptu obiectuali, per quod excluditur substantia & accidentis quibus præter conceptus obiectuos sibi correspondentes non est aliud tertius ambobus correspondens, dicitur notanter conceptus obiectius, quia non sufficit q. nomen sit commune. Vniuocatio logicalis vel intentionalis est ipsem conceptus obiectius secundū q. habet differentiam ad significare plura realiter cōformia, ut conceptus generis vel speciei est vniuocatio isto modo, quia habet isto modo illam indifferentiam in ordine ad ea quæ representat: ut expositum est in quæstione vniuersalium & generis in hac via, atq; haec si vera vniuocatio debet esse, fundari debet super illa conformitate plurium rerum saltem, si minus, erit ficta ut bene notat Herucus brieto quolibet. ij. q. viij.

¶ Secundo adverte q. ad verum vniuocum duo requiruntur, primo unitas nominis. i. ut tale nomen sit equaliter cōmune in significando illis vniuocatis, ita ut nō plus vnu illorum quam aliud significet peculiarter, qualiter hoc nomine homo quod non determinatur plus ad significandum sortem quam Platonem, sed omnia illa individua indifferenter & equaliter. Secundum est unitas rationis, unde per rationem non debet intelligi q. significet illud nomen talia vniuocata mediante vnu formalis conceptu sive actu intelligendi, quia tunc omnia quæ intelliguntur a deo essent vnius rationis quod nemo sani capit, afferet, sed per rationem intelligi debet ratio obiectualis quæ est ipsa rei qditas ut apprehēsa, vel intellige diffinitionem ut vult Boetius grauissimus, loco enim illius vocabuli logos exponit ipse diffinitionem vel descriptionem in prædicantibus, nec illa idēptitas ratiōis opportet q. sit realis, sed satis est q. sit quo ad representari idem, Ex hoc apparet quid requiratur ad perfectum multiuocum.

¶ Tertio nota q. duplex est vniuocum, essentialis & denominativum, vniuocum denominativum illud est quod secundum unam rationem denominative prædicatur, ut album, essentialiter vero q. secundum eandem rationem semper supposita unitate nominis essentialiter habet prædicari, ut homo & animal &c. istius modi.

¶ Notato quarto, q. cum æquiuocatio consistat in unitate nominis & rationis diversitate, & vniuocatio in eo quod dictum est, analogia media est inter utrūq;: qd partim ad vniuocationē p̄t ad æquiuocationē est accedēs, sic enim docet Cōmen. super. iij. Metaphys. tex. com. ij. hoc nomen ens, inq; dicitur multis modis, non sicut canis qui dicitur de latrabilis & marino, neq; vniuocē & animal de homine & equo, sed est medium inter æquiuocā & vniuocā, hac ille ad verbum, q. clare constat si inspiciatur vniuocē & æquiuocē natura, nā ad æquiuocationē requiritur omnino diversitas rationum sive cōceptuum rerum æquiuocatarū, ad vniuocationē vero: ut iam explicitum est, requiritur omnino rationum sive conceptuum idemperitas, ad analogiā autē præsupponitur quodammodo diversitas rerum separatarū per nomen analogum & cum hoc cōmunicat cum natura æquiuocē, accedit vero ad vniuocationē: quia illa plura sive diuersa quæ significat illud nomen proportionali quadā ac similitudine significat, vel iuxta plurium sententiam, participat analogū cum vniuoco in hoc, q. ea quæ significat ratione vniū similitudinis sive pportionis, partcipat vero cum æquiuoco quia illa per diuersos conceptus, eo q. analogiam in mente (multi & nō absē) sicut æquiuocationem abhorrent, Analogia ergo cum latine proportionē sit, nō placet, sit coarctatio quæ cōiter huius vocabulū analogum videlicet ut coarctetur ad significādum nomine significans sua significata ratiōe alicuius similitudinis minus principalis ad magis principale, ut Neote, non satis peripathetice dicunt, sed erit analogum nomine presertim iuxta hāc viam quæ vere peripathetica est nomine significans sua significata pportiōe quadā, sive attributione, ut sanum, dicitur de vrina, de corpore hominis, & etiā de carne comedibili, & de gladio qui per incisionem efficere sanitatem potest, quibus diuersimode competit vocabulū, quia aliquod dicitur sanum quia est capax sanitatis, aliud dicitur sanum quia eam significat ut vrina & pulsus, alia q. efficiunt ut cibaria & medicinalia instrumenta, omnia tamen sana dicuntur per attributionem ad sanitatem.

¶ Ait aduertito quinto. in analogia reperiri gradus latitudinis, quia inter illa quæ hoc nomine participant quædam proprius accidunt ad vniuocationem & longius absunt ab æquiuocatione, quædam vero econtrario, ut enim videtur adnotare Paulus Socinas verus sancti Thomæ sectator in quarto Metaphy. quæstio. quarta. tres sunt gradus analogie. Primus quando analogus significat diuersa de materiali, secundū diuersas attributiones sed ad vnu formam, quodquidem ad hoc contingit tripli, vel ad vnu quod est velut forma ut vrina ad sanitatem, vel ad vnum quantum ad principium, ut equus, vestis & ensis quibus competit hoc nomen militare, vel ad vnum tanq; ad subiectum ut ens dicitur de substantia & accidentibus, atq; hic tertius videtur esse medius gradus vniuocationis, nec tantum accedit ad æquiuocationē sicut alij.

¶ Est tamen differentia inter ly sanum & ly ens, quia ly sanum significat de formalis eadē formam quæ tantum reperitur in animali a qua per diuersas attributiones cetera denominatur & nō quia ipsa ī talibus analogatis, re-

QVARTA QVÆSTIO PRINCIPALIS.

periatur formaliter, at entitas sive esse importatum per ly ens formaliter sicut est in substantia ita & in qualitate et quantitate, dicitur tamē cetera accidentia habere attributionem ad substantiam: eo q̄ loquendo vt Aristoteles prodebat impossibile est talia habere aliud esse q̄ dispositionem substantiae & attributionem ad ipsam, q̄ si modo accidens bene reperiatur sine subiecto non subinde tollitur analogia (vt inquit Buridanus) iij. Metaphy. saluabitur igitur p̄ aptitudinem talis attributio & analogia, eo q̄ si per intellectum ab accidenti astrinxeris quod non esset aptitudine accidens dispositio substantiae, totum esse eius reale afferes, quemadmodum si ab vrina tolleres esse signum sanitatis tolleres ipsam dici sanam, in quo videntur ambo conuenire, Quo fit vt si terminus connotatiuum significasset tantum formaliter, vt aliqui ex antiquis asseuerant, ly sanum mediante conceptu formalis significaret analogata eo q̄ unica est forma significata. Tenendo tamē q̄ id q̄ significatur principaliter per terminum connotatiuum vt videtur tenendum iuxta nominis Ethimologiam est forma cum habitu dine ad materiale tunc non significabuntur per eundem conceptum obiectuum, quia varie definitiones eis respondent. atq; hic gradus plus accedit ad vniuocationem q̄ tertius.

Secundus gradus assignatur quando analogus significat plura omnino secundum eandem rationem: quæ tamē rō diuersas perfectiones continet qualis reperitur in omni genere, sed hoc nō est p̄ prior analogia sed multiplicitas quædam, est enim mera vniuocatio saltim logica.

Alius tertius gradus ētādo analogū diuersas formas sed similes, diuersis rōnibus sed similibus, vt hō respectu hominis viui & pīcti, ridere respectu nostri & agrorum significat tamē diuersas formas sed similes, & diuersis conceptibus sed similiq; atq; hic gradus p̄ prior est equiuocationi q̄ vniuocationi & hēc est vera analogia & p̄portionalitas, sed q̄ reperitur in ente respectu accidentis & substantiae diuersa est ad hac cōuenit enim cū prima q̄a significat analogata secundū quādā attributionē ad vnu, sed cōuenit cū hac in hoc q̄ significat diuersas formas: licet aliquo modo similes diuersis conceptibus obiectuiis, licet aliquo modo similibus.

Sexto animaduertendum q̄ cum vniuocatio vel equiuocatio non confusat in unitate conceptus formalis vel diuersitate: vt aliquo modo monstrauimus in secundo notabilis, sed potius in unitate conceptus obiectualis, non censemē inconueniens in via sancti Thomae q̄ ens dicat unitatem conceptus formalis in ordine ad decem prædicamenta, tum quia bene potest saluari analogia cum tali unitate conceptus presertim cum quodammodo sit impertinens ad hanc analogiam, tumetiam quia sanctus Thomas, s. q. ar. v. videtur illud sentire in hac verba, substantia & qualitas & q̄ litas contrahunt ens ad aliquam quidditatem, modo id qd̄ contrahitur cōmune est: & non contrahitur quidditas obiectualis vilique, ergo conceptus formalis: Sed probatur iam q̄ ens dicat vnam rationem formalem communem omnibus prædicamentis, & primo sic, impossibile est aliqua comparari in vno iij. quin illud ad quod comparantur dicat aliquam vnam rationem, sed de substantia & acci-

denti queritur qd̄ corum sit magis ens, ergo ens dicit vna propriam rationem: discursus est rationi cōsonus, minor est clara ex cōmuni modo loquendi, sed maior probatur, nam comparari aliqua duo respectu alicuius tertij, nō est quæstio de propria ratione et essentia comparatorum. sed est querere viri illorum cōpetat magis illum tertium.

¶ Item ex philosopho. iij. Metaphys. tex. cōmū. i. enti in quantum ens insunt aliqua proprietates, quero quod reduplicatur per ly in quantum, aut enim reduplicatur aliqua ratio vel conceptus eorum quæ sub ente continentur puta substantia vel accidentis, vel hominis vel equi &c. aut omnes eorum rationes simul, aut propria ratio entis distincta ab his, si tertium dederis habeo intentum, sed non est datum primum, quia per rationes particulares non possunt inesse passiones tam vniuersales cum passio adæquaridebeat rationi & diffinitioni subiecti, neq; etiam est dandum secundum, quia nulla passio conuenit pluribus & que primo & per se ut patet ex diffinitione vniuersalis. I, posteriorū, igitur.

¶ Et cōfirmatur, quia illud quod est subiectum alicuius conclusionis demonstrat & necessario habet aliquam primam rationem, sed de ente in quantum est multa in prima philosophia demonstrat̄ur. ergo ens in quantum ens habet propriam rationem, & non obiectualem ex hac via. ergo formale, Hanc opinionem tuentur multi viri docti in hac via vt Paulus. Socinas. Augustinus. Nimpbus super. iij. Metaphy. dabatur ergo analogia entis in hoc q̄ ly ens nō dicet unitate cōceptus obiectualis cōis ad substantiam & accidentem, qui sit tertius distinctus ab hiis & precisus, sed dic & cōceptū distinctū includens substantiam & accidentem quare illa vox representabit substantiam & accidentem mediatis diuersis conceptibus obiectuiis, & ad hoc datum & creaturam sed non & que primo, quare probabiliter ponitur in hac via haec conclusio videlicet.

¶ Nō est dabis conceptus obiectualis tertius distinctus a cōceptib⁹ substantiae & accidentis sed tātū differt cōcept⁹ obiectuius entis ab his quātum disjunctus cōcept⁹ diffat aquilibet pte disjuncti, cōclusio patet q̄a si ly ens dicret vnu conceptū obiectuiū iā nibil decesset ei ad verā vniuocationē, cuius oppositū habet Aristoteles & eius Cōmentator vt iam iam dicetur, per quem conceptū disjunctū solui pōt ratio illa apparet Scoti de intellectu certo & dubio, ad quam etiam possumus dicere illam solum concludere distinctionem formalis conceptus itē a cōceptibus formalibus substantiae & accidentis, quod nos etiam secundum hanc opinionem non negamus.

¶ Ex his sequitur probabilit̄ substineri posse in his analogis quæ magis accedit ad vniuocationē q̄ ad equocationē vt ly sanū & ly ens respectu dei & creature, posse dari vnu cōceptū formalē mediatis quo analogata representetur. qd̄ ex mente philosophi aliquo modo deduximus. q̄ si respectu horum analogorum noster Clemens concessit in commentarijs super categorias Aristotelis dari posse analogiam in mente satis doce, & ad Aristotelis mentem locutus est.

Sequitur

**¶** Sequitur etiam non tantum distare. S. Thomā & doctorē subtile quātū neotherici putāt: cōueniūt. n. q. uterū ponit uel debet ponere unitatē cōceptus formalis correspondētem illi termino sic analogo.

Videtur mihi analogorū materiā in hac uia usq; adeo notabilibus absolutam ut uix remaneat arguendi locus: quare his reliktis ad substantiam opinionis ponendam appellendum est.

**¶** Duo habet. S. Thomas, q. deus & creatura non uniuocantur in uno conceptu, intellige tamen obiectuali: quia in formalin nihil prohibet, nec etiam substātia & accidens, quod prius Henricus tenuit.

**¶** Primū uidetur tenere i. s. par. q. xiiij. arti. v. & vi. ubi ponit hāc conclusionē: Impossibile est q. aliquid dicatur de deo & creaturis uniuoce. i. secundū eundem conceptū: nec etiam equiuoce: deducit primū sī: oīs affectus nō adēquās uirtutem cause agentis recipit similitudinē agentis non secundū eandem rationē sed deficienter, sed omne ens p̄ter deum est productū a deo: nec adēquat ipsius uirtutē, ergo non recipit ipsius uirtutē secundū eādem rationem: maior probatur: quia discursus satis est apparet: nā q. simpli citer & eodem modo in causa reputur: cuius effectus non adēquat ipsam: in effectibus reputur multipliciter & diuisum ut patet de sole.

Item qā si equiuoce cōpeterent deo: nūq; possemus assurge re ex cognitione creaturarū in cognitionē diuinā: q. est cōtra Apostolū Rom. i. Indivisibilia dei p̄ ea qua facta sunt intellectu conspicuntur. Cōcludit igitur arti. v. q. oīa noīa dicūtur deo secundū analogiā & p̄prietatē quā mediā uocat inter uniuocationē & equiuocationē, quod supra annotatū est: quare ly ens etiā: sed hoc intelligendū est de p̄dicatis quae deo dicūtur nō metaph. ut leo, agnus: q. hec p̄ prius dicūtur de creatura qd̄ deo semp tamē analogice, ut concludit arti. sexto sequenti, nec plura addit.

**¶** Sed conuadatur hēc opinio argumentis Hērici Gāndensis in sua summa articulo. xxij. q. xij. & iij. Illa quae sunt totaliter sub extremis contradictionis, nihil est eis cōmune uniuocum, sed deus & creatura continentur sub extremis contradictionis, puta sub his quod est dependere & non dependere causatum & non causatum, ergo non est eis uniuocum.

Itē ubi est tantū unitas attributiōis ibi nō est unitas uniuocationis: sed inter deū & creaturā est unitas attributiōis secundū q. creatura habet esse p̄ participationē imperfēcte, ergo in illis non est equiuocatio.

**¶** Secundum sentit. S. Thomas in multis locis, p̄esertim quarto Metā. cap. i. ubi sup̄ uerba Aristō. quae sibi maxime fauent diffinit analogū: & multiplicitatē quā Aristō. as signat in ente, ipse p̄ analogiam interpretatur: & ponit ibi multa quae iam annotauimus in iij. & v. notabili: quae quātū ad hanc partem suadetur autoritate Porphyrii Aristotelē allegantis & dicentis equiuoce dici: at non dicūtur equiuoce equiuocatione a casu, cum omnis equiuocatio a casu tollat oppositionem quam non tollit multiplicitas huius nominis ens: ergo a consilio: quare analogice.

**¶** Item Comment. iij. Metaphy. inquit, q. p̄dicamēta sunt

primo intellecta primitate ultimate abstractionis: cui alludere uidetur Porphyrius quando dicit esse decem genera generalissima quasi decē prima rerū principia: sed si ens diceret unum & tertium & praecl̄sum obiectuale cōceptū, sequeretur q. nō essent prima, cū sit aliud prius: puta natura entitatis eis communis ut patet, igitur.

**¶** Sed ratione sic, ea inter quae est ordo attributionis ita ut unū dicatur tale p̄ ordinem & attributionē ad aliud non uniuocantur in eo quod important: sed inter substantiam & accidentia est huiusmodi ordo, ut patet ex Arist. quarto & vij. Metaphy. ubi dicit ens dici de substantia & accidenti, sicut sanum de medicina & urina & dieta quod constat analogice & p̄ attributionem ad sanitatem non uniuoce dici: igitur.

**¶** His & alijs rōnibus quas breuitatis gratia relinquo, fulcire solet hēc positio: nec hic argumenta multiplico: q. contra istam declarationem a me positā multa non militant: & si que militant: non multū mouēt: quare ista de positione hāc sufficiant.

### Sententia doctoris subtilis.

**¶** Doctor subtilis. i. distinct. tertia. q. s. & in i. distinctione s. xta. q. tertia. tenere uidetur hanc cōclusionē, q. datur cōceptus formalis uniuocous representās deū & creaturām, qualis est conceptus formalis correspondens huic uoci ens qui etiam est uniuocus substātie & accidenti, & p̄ consequens cuilibet enti reali.

**¶** Pro declaratione cuius cōclusionis meminiisse opus est ilius trinēbris uniuocatiōis, quā in p̄cedēti cap. sup̄ doct̄ina huius doctoris ex mēte Antonij Andreæ posuimus. Ex quibus una cōpetit cōceptui formalī entiū puta Metaphysica: nō est improbabile q. possit fūdari ibi unitas logica puta p̄dicabilitas, sed nō p̄tinebit ad qnq; p̄dicabilia: quare nec prima diuīstōe diuidetur tūc p̄dicabile in qnq; p̄dicabilia: sed prius in p̄dicabile trāscēdēs & nō trāscēdēs: & postea nō trāscēdēs in qnq; uniuersalia, sed nō propriē fundatur secunda intētio aliquā: eo q. conceptus formalis in hac uia nō est prima intētio quae solet esse fundamentum proximum secundarum intentionum.

**¶** Intelligit autem Scotus in primo loco citato p̄ conceptū uniuocū, conceptum qui sic est unus q. eius unitas sufficit ad contradictionem affirmādo & negādo ipsum de codē: & qui sufficiat etiam ad hoc q. possit esse medium sillogisticum: ita q. ratione unionis extremerū cum ipso sequatur unio extremerū inter se sine hoc q. committatur ibi aliqua equiuocationis fallacia, quae bonum sillogismū notabiliter destruit.

**¶** Habet etiā Scotus in tertio dist. vij. q. s. q. aliud est esse uniuocū & aliud uniuoce p̄dicari: unde aliquē terminū esse uniuocū nihil aliud est q. talē dicere conceptū in se unum, & hoc modo aliū est uniuocum p̄dicatum: quia dicit unum conceptum formalem omnium alborū: Unica enim est ratio quare ly album representat lapides & homines albos si formale respicias. Uniuoce autem p̄dicari nil aliud est quam illum conceptum

fic esse in se unum: ut ratio eius id est diffinitio uel obiectualis conceptus si fuerit includatur in ratione subiecti de quo prædicatur: ita quod plus requiritur ad uniuoce prædicari. q̄ ad esse uniuocum: quo modo denominativa siue extrinsece connotativa, non prædicantur de his quae de nominant, unde ly album respectu hominis uniuocum est sed non uniuoce prædicatur: haud secus dices q̄ aliud est esse quid: aliud in quid prædicari: nam in omni genere ex primo. Top. est inuenire quid: nec tamen de quo cūq; prædicatur in quid, sed de suo in seriori. Quo fit ut genus de differētia & differentia de genere & species de genere & tādem in serius de superiori non efficiat uniuocā prædicationē nec etiam transcendens de differentia.

**H**is habitis primam partem conclusionis sic probat Scotus i. præfato loco: cmnis intellectus certus de uno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptum de quo est certus distinctum a conceptibus de quibus est dubius: sed intellectus hominis pro hoc statu potest esse certus de aliquo q̄ sit ens, dubitante de ente finito & infinito, creato uel in creato, ergo conceptus entis de deo tertius est a conceptu proprio ipsius dei, & proprio creaturarum & neuter eorum, in quo stat uera uniuocatio, ut in principio huius questionis adnotauimus: discursus est apparētissimus: maior probatur: quia alias conceptus certus non distingueretur a dubijs, quod implicat contradictionem: sed minor ostenditur: quia quilibet philosophus fuit certus primum principium esse ens, unus dicens esse ignem, alius aquam: sed non erat certus si esset creatum uel increatum: uel quod erat ens primum: quia si esset certus quod aliquod eorum esset ens primum iam esset certus de falso: nec erat certus quod non erat primum: quia tunc non opinatus est oppositum: igitur.

**S**ecunda ratio quae in hac subtili positione solet fieri, p̄cedit supposito uno q̄ non possumus de deo proprium pro isto statu habere conceptum, quod facile fere omnes concidunt, eo quod non cognoscitur intuitus ut supponitur: nec abstractus, cum talis abstractus si propria sit, regula riter presupponat ipsam intuituum. quo habito, cū deus cognoscatur sequitur q̄ cognoscitur conceptu communis sibi & alijs, tūc sic augitur: uel ille conceptus communis est denominatiuus uel quidditatiuus: si secundū, habetur intentum: si primum capiamus illum conceptum & ex quo denominatiuus est alicui tribuitur: quero uel illud est denominatiuus uel quidditatiuus? Si primum, iterū queram de illo: & sic esset abeundum in infinitum: quare alicui absolo luto tribuetur. Et iterū de illo absoluto quero, uel est proprius uel communis non primum ut iam supra positum est, ergo communis: & cū sit absolutus & communis erit quidditatiuus: & non uidetur quid sit nisi conceptus formalis transcendens. igitur.

**C**auillari solet prima ratio & si doctore subtili digna sit: quoad maiorem, dicitur enim eam esse in forma falsam: nam si sint hic duo in aliquo loco obscuro quos ego nouerim hoc nomine Sortes uocitari: & unus eorum me percussit, manifestū est q̄ ego sum certus q̄ Sortes me percus sit: & tamen sum dubius quis istorū: sed nō subinde sequi

tur q̄ habeam conceptū tertium distinctū a quolibet: quia tunc iam esset in mente equiuocatio: item de uniuersali certum est q̄ est ens: & tamē digladiatur inter S. Thomā & eundem Scotū an sit reale uel rationis: ergo habeo cōceptū tertium communē enti reali & rationis distinctū a cōceptu entis realis: Cōceptu entis rationis: uideat Scotus si ualeat cum teneat divisionem entis in ens realē & rationis esse uccis in sua significata: sed poterit dici (ut quidam uideatur dicere) quod non est simile: quia in his quae adducuntur non habeo conceptum ultimatum: sed tantum nominis & uocis: puta quod aliquis qui uocatur Sortes me percussit: ita ut certitudo cadat super conceptū nōis: & ita ille certus bene distinguitur a conceptibus singulariū. Ad secundū respondet q̄ non sum certus nisi q̄ uniuersale est ens realē uel rationis: non tamen q̄ sit ens: sed quicquid sit de hoc poterit bene responderi ex parte. S. Thomā, quod certitudo etiam cadit supra conceptum disiunctum: si loquatur Scotus de conceptu obiectivo: si autem de formalī, monstrauimus ipsis non discrepare, quare superfluit solutio.

**S**ecunda ratio facile solui potest, licet Ocham Scotū applaudit illius gratia & eum insequatur: quia uel intelligit de conceptu formalī uel obiectuali: si de formalī: iam concessum est: si de obiectivo, negatur q̄ sit aliquis conceptus cōmuniis tertius & incomplexus distinctus: sed quidam conceptus disiunctus, ut dictum est.

**A**d secundā partē conclusionis, p̄ hac parte posita, facit etiā prima & secunda ratio paucis ditaxat mutatis: sed ratione & autoritate cōmixta arguitur sic. Aristote. primo Physi. arguens contra Parmenidem & Melissum qui dicebant esse unū ens supponēs cum eis q̄ sit ens, querit an sit substantia uel accidentis utrinq; impugnādo: ergo erat certus q̄ illud erat ens, & dubius qd̄ ens esset: ergo talis cōceptus est distinctus a conceptu substantiae & accidentis, huic rationi responde ut nouisti.

**A**d rationes autem aduersae partis Thomistarū facile respondet: & primo ad autoritates quibus precipue plus rationibus fundatur: Respondeatur q̄ ubiq̄q; Philosophus fecit mentionem de multiplicitate entis intellexit esse multiplex: quemadmodum intellexit sub genere latere equiuocationes: nam sub genere latent propter eius indifferētiam, quanto magis latebunt in transcendentia: & ad Porphyriū dicitur huius opinionis fuisse: nec putat Scotus multifaciendum esse, dicitq; cum male allegare Aristotalem, nusquam enim dixit ens dici equiuoco, sed multipliciter. Porphyrius igitur ad suum proprium intellectum interpretatus est Aristotelis uerbis: sed credo q̄ ille est uerus sensus Philosophi quem Porphyrius prædit ut iamiam uidebimus.

**A**d primam rationem respondeatur querendo quid intelligat in maiori quod effectus non ad equans causam non participet secundum eandem rationem similiudinē, uel intelligit q̄ analogice: & sic manifeste petit principium: si autē intelligit q̄ in eque perfecte: tunc transeat: sed nihil contra Scotum.

**S**ed dubitabis forte in hac uia an tali conceptui formalī corresponeat

correspondat conceptus obiectu alis sive aliqua realitas que in re habeat illa indifferentiam ad esse in deo vel in creatura, qualiter ille conceptus habet ad significare vel predicare: quia sic deus & creatura non essent primo diversa cum conuenient in aliqua realitate, tamen quia quod aliquid esset in deo quod non esset formaliter infinitum, ut patet de tali realitate: quae si indifferens est de se, non est infinita: vel dato opposito: scilicet quod esset infinita, non esset indifferens. Ex alia parte uidetur quod si tali conceptui formalis non correspondet aliqua realitas in re: eo modo quo dictum est, quod ille conceptus formalis sit factus cum non correspondeat aliquid in re: hoc autem est inconveniens in hac schola, quae defendit universalia non esse facta: quia aliqae entitates & si non realiter a singularibus separatae: formaliter tamen distinctae universalibus correspondent: igitur.

**A**d hanc difficultatem, iudicio meo, quod communius & securius debet dici hoc est: quod non est aliquo modo tenendum quod entitas quae est in deo vel in creatura: a quarum qualibet abstractione est conceptus ille cois trascendens habeat in differentiam adhuc quantum est ex parte sui si est in deo ad esse in creatura: vel si est in creatura quod habet indifferentiam adhuc in quantum est ex parte sui ad esse in deo: nam si hoc esset uerum, starent allata inconvenientia: sed dicitur quod in deo est aliqua realitas a qua est abstractibilis conceptus deo & creature & etiam in creatura: nam cum iuxta hanc positionem prima diuisio entis realis sit in quantu & non quantum: capiendo by quantum ut dicit quantitatem perfectionis, & postea quantum ens, in ens finitum & infinitum: & postea ens finitum in decem praedamenta non est entitas in creatura quae non sit formaliter finita: quare nulla illarum poterit habere huiusmodi in differentiam quantum est ex parte sui: sicut hanc haberet illa quae est in deo, illa conuenirent deus & creatura: & cum differant esset illa aliquo modo potentialis ad id quo distinguuntur deus & creatura, quod summa & perfectissima simplicitati repugnat.

**M**odus autem abstractiendi insinuatur in uirtute a Scoto in primo: distinctione sexta: questione tertia: in responsione ad primum: ubi adnotare uidetur quod entitas quae est in deo quae formaliter infinita est: potest ab intellectu duplice cognosci: uno modo perfecte: & est cognoscere talam realitatem cum suo modo intrinseco, qui modus infinitatis est. Alio modo potest intelligi sine tali: ad quod requiritur adhuc ulterior abstractio: nam prima cognitione intelligitur entitas sine omni eo quod non est de ratione eius & ipsa in se perfecte sub sua perfectione & modo: In secunda autem fit maior abstractio: quia intelligitur realitas sine sua perfectione & modo: primo modo intelligitur realitas perfecte: secundo uero imperfecte: non. n. potest cognosci perfecte sine suo modo intrinseco & perfectio, & ponit exemplum: ut si esset albedo sub decimo gradu in tensionis possem quidem cognoscere albedinem sub tali modo: & possem illam cognoscere sine illo: tunc manifestum est quod ille conceptus quo concipiatur albedo sine tali modo, communis esset omni albedini: primus autem non: sic in proposito primus conceptus formatus entita-

tis dei sub modo infinitatis proprius est entitatis diuina. Secundus autem nihil prohibet quod sit communis omnem entitati: nec illa abstractione est quoquomo impossibilis: cum illud de albedine pro experimento sit, est tamen differentia in hac abstractione & illa que sit inter ueras realitates ut inquit Scotus: quia qui concipit rem sine modo: non habet ibi duo obiecta formalia quae nata sunt terminare duos conceptus perfectos: nam realitas sine modo cognoscitur perfecte: sed qui concipit unam realitatem sine alia intelligit ipsam perfecte, esto quod aliam non cognoscat: quod si arguatur, inquit Scotus, quod ille conceptus communis est potentialis ad speciale conceptum: quemadmodum realitas ad realitatem est potentialis. & sic saltem non erit infinitum. Respondeatur quod ille conceptus nec est de se finitus nec infinitus: sed ab utroque abstractitur: eo quod si esset de se finitus non esset communis creature: & si finitus non esset communis deo: erit igitur, inquit, finitus negotiue i.e. non ponens infinitatem: & secundum talem finitatem determinabilis est & quadammodo potentialis secundum aliud conceptum: quod si iterum arguas, ergo realitas a qua sumitur est finita & potentialis: negat consequentiam Scotus quia conceptus ille non sumitur ab aliqua realitate cui adaequatur, quia sumitur ab entitate infinita: & conceptus non representat ipsam sub tali modo: quare non ei adaequatur. Si autem conceptus adaequaretur realitati: tunc qualis esset conceptus in determinatione & potentialitate talis esset realitas, sed non requiritur tanta abstractione ad abstractum conceptum communem substantiae creatae & accidenti, cum participant in aliquo modo intrinseco entitas substantiae creatae & accidentis: resolutio ergo est quod tali conceptui formalis non correspondet a parte rei realitas cui talis conceptus adaequatur: quia nulla talis realitas adhuc quantum est de se est sine modo sua perfectio, nihilominus sumitur ab illa propter quod salvatur fictio in tali conceptu. \* Dici etiam potest quod conceptui formalis entis correspondet suus obiectivus qui erit illa realitas ut habet esse conceptum sine suo modo: nec inconuenit quod aliquid sit in deo quod ut imperfecte cognitum includat potentialitatem. Videtur enim mihi quod ille conceptus formalis eo modo quo imperfectus est, habet ad quod terminatur conceptum obiectuum imperfectum quod est illa realitas extra suum modum intellecta: non quod hoc sit necessarium, scilicet quod cuilibet conceptui formalis correspondat obiectivus: quia bene video in hac via esse uulgarer quod est dabilis conceptus omnium differentiarum: cui non correspondet realitas obiectiva concepta: quia tunc illa esset omnibus communis sicut & conceptus: & cum ille differentiae non conueniant omnino, aliquid esset dabile quo differant: & sic non essent differentiae ultimae simpliciter simplices quod esset ad lapidem impingere offensionis: sed illud teneo quia non sequitur inconveniens illic: quia ad summum hoc erit, quod entitas quae est in deo considerata sine sua perfectione & modo esset potentialis, quod non uidetur inconveniens: sed hoc sub censura sacrosanctae ecclesie & eruditorum uiorum uelim esse dictum. Dubium igitur multis vijs manet ex dictis solutum.

QVARTA QVAESTIO PRINCIPALIS

¶ Ad primā rationē Hēridi distinguitur minor: & si maiōr cauillari possit, qd. intelligit qd. deus & creatura sunt totaliter & precise sub extremis contradictionis, & sic negatur: quia ista negatio qua dicitur deo: scilicet non esse ab alio, dicitur de chimera & non precise deo: & ista negatio nō necesse, esse etiam d'r de chimera. Si autem intelligat qd. deus & creatura sunt aliqua quibus conueniūt extrema contradictionis aliqua, sic cōceditur: sed negatur tūc consequētia: quia mēbra bona diuisiōis stāt sub extremitate contradictionis ut patet naturā bona diuisiōis callēti: & tamē diuisum d'r de eis uniuoce, ut patet de rationali & irrationali respectu animalis.

¶ Ad secundū concessa maiori negatur minor: qd. ibi sit tātum unitas attributionis: nec ipse probat eam.

¶ Resolutio ergo inter Tho. & Scotū est: quia si ponimus illū cōceptū obiectū quē modo posuimus, differentia est inter Scotū & S. Thomā: si autē nō ponatur nō est discors super hac questione in conclusione, quamvis diuersis rationibus procedant.

¶ Emergunt tamen ex dictis dubia. Primū cum ens sit cōceptus uniuocum omnibus contentis sub eo & cū in his quae sub eo continentur nō descendat seipso formaliter, per aliqua contrahentia ipsum descendat: conceptus autē sic descendens uidetur esse generis: quare &c.

¶ Secundū est, quia uidetur qd. quodlibet generalissimū est diffinibile: nā si conceptus entis est cōceptus unus dices in quid de decem generalissimis ut patet p opinantem, iā includit conceptū quidditatiū quodlibet generalissimū: sed manifestum est qd. aliquo alio distinguatur ab alio quocūq; generalissimo, ergo in quocunq; est conceptus quidditatiūus & qualitatius: quare est diffinibile cū diffinitio cōceptus huiusmodi dicat & p̄se ferat.

¶ Tertium, quia si ens est uniuocu deo & creature: & p consequens oībus in p̄dicamento reponibilibus erit uniuocū differentijs ultimis: & sic non erunt simpliciter similes: quod est contra opinantem.

¶ Ad primū respōsio captari pōt ex dictis Scotti in reportatis ubi dicit, qd. ad hoc qd. cōceptus cōtrahēs & cōtrahibilis dicat cōceptus generis & differētie, opus ē qd. correspōdet aliae sibi diuersae realitates quarū quēlibet possit sine alia pfecte cognosci: quia realitas generis debet se habere ut materia, alia aut ut forma: modo modus intrinsecus rei nō p̄prie cū sit realitatis pfectio pōt appellari forma eius cuius est modus nec qualitas: nec ipsa realitas sine nō pōt appellari ut materia: cū materia debeat habere distinctā pfectionē a forma, nō cōceptui illi trāscendentali & alteri conceptui qui potest se habere ut contrahens modo intrinsecō correspondēs, non correspōdet nisi una realitas que cū sua pfectionē & modo non facit distinctas realitates: cū non possit sine modo intrinsecō pfecte cognosci, si ergo sufficeret una realitas cū suo modo ad conceptus generis & differētie, conceptus albedinis sine suo modo esset cōceptus generis, & huiusmodi eēt differētia qd. ē falsū:

¶ Ad secundū dicendum est breuiter qd. ad hoc qd. aliquid sit diffinibile, requiritur qd. conceptus quidditatiūus & qualitatius sumatur a diuersis realitatibus, qd. non sit in pro-

posito: sed sumitur ab entitate & suo modo intrinsecō: & qd illud sit uerum patet: nā cum diffinitio debet esse oīratio logica: quae ut ipsa ad totum, ut inquit Comment. sic pars ad partem diffiniti: oportet qd. diffinitio importet partes diffiniti metaphysi modo entitas cum sua perfectione utputa cum perfectate non facit compositionem, quare modus non erit pars. Accipienda igitur est diffinitio a diuersis partibus.

¶ Ad tertium respondeo ex Scoto in primo senten. dislin. tercia: questione teria: qui haec uerba formaliter habet. Ens est uniuocum deo & creature substantiæ & accidēti. Primo descendens in deum & creaturam perfinitatē & infinitatem: postea in decem genera generalissima p̄ alios modos intrinsecos innominatos: sed haec uniuocatio inquit est diuersa ad omnia: nam ad genera & species & individua & que ponuntur recto ordine p̄adicamēto: est uniuocus in quid: sed ad ultimas differentias & proprias passiones est uniuocum ut determinabilis ad determinantes, uel denominabilis ad denominantes: & subiunxit ulterius qd. ens habet duplēcē primatē in uniuocatione: prima communitatē: secunda virtualitatis: primam habet respectu eorum generum & specierū individuorū: qd. eis communicatur metaphysice ut eorum sit aliquomodo pars essentialis: sed respectu aliorum primitatē virtualitatis ad hunc sensum quod ens continet quidditatē illa que metaphysice quodammodo ista includunt: & sic est: quia ens includit primum humanitatem de cuius compositione est rationalitas: & sic cū illis non facit p̄dicationē nisi denominatiā: ad hunc sensum qd. entitas est extra rationem & quidditatem differentie: nam si non esset, iam non essent simpliciter similes iste ultime differentie, qd iam conuenirent & differrent: & iterum peterem de his quibus differūt, uel est de ratione eorū entitas uel non: si sic, abis in infinitū, uel tandem deueniendū est ad aliquam realitatē que entitatem minime includat, erit ergo uniuocum denominatiūum respectu illarum.

¶ Haudsecus est dicendum de ente respectu suarum propriarum passionum, iuxta Scotti sententiam ibidem positam: non enim constituit ipsas quidditatē: nam passio per se secundo modo p̄dicatur de suo subiecto, ergo habet se subiectum ut aditum respectu eius: quare non se habebit quidditatē.

Opinio antiquorum.

¶ Est tertia opinio quorundā antiquorū, qd. ens secundū qd. sumitur & dicit essentiā est uniuocum substantiæ & accidēti: sed si sumatur ab existentia non oportet: & sic secundum quod sumitur ab essentiā est uniuocū non tamē est genus: quia non potest habere differentias: probant sic, quia esse que est ratio entis omnib⁹ competit æqualiter, alias non concederetur h.e.c: hec albedo est: ergo ratio substantiæ est una omniō: existere autē non æqualiter cōpetit: nā substantiæ competit existere p̄ se, accidenti uero existere in alio: modo igitur imperfectiori cōicatur accidēti ratio existentia: sed quia secundum ordinem attributionis erit analogice competens ambobus.

**S**ed contra hos sic arguitur: existētia est p̄pria passio ipsius esse: sed quae cūq; uniuocatur in subiecto uniuocatur in passione: alias passio nō posset demonstrari de subiecto: ergo uniuocatur in existētia: maior est nota: quia si loquaris iuxta Thomā uera est: si autē Scotice, adhuc est plus q̄ passio: quia est modus intrinsecus.

**R**ursus accidentia in sacramento altaris existūt p̄ se: ergo eadem est ratio existētiae in accidentisicut in substātia: non enim est dicendum quod propter illam separatiōnem tribuat deus nouam existentiam illis: et licet ad hęc posset respondere p̄fatus autor, ex industria p̄te mitto responsem.

## Nominalium opinio.

**N**ominales hic bipartiti sunt: quidā tenēt cū Seoto: quidā cum S. Thoma: licet in modo loquendi differant ab utroq;: inquit enim aliud esse equiuocū, aliud equiuoce p̄dicari. **E**sse equiuocū stat in significacione: scilicet q̄, significet sua significata diuersis cōceptibus. Sed p̄dicari equiuoce est facere predicationē diuersam penes directam & indirectā quā facilit̄ ens cū terminis de p̄dicamento substantiae, & cū terminis de p̄dicamento qualitatis: q̄ si capitū absolute, facit predicationem quidditatū & directā cum ly substantia p̄sonaliter sumpto: & cū ly accidens uel quantitas &c. p̄dicacionem directā uel saltem directā tanquam indirectam. Si uero capiatur connotatiōne, tunc sit econtrario: pro quod d'r a multis non esse genus, ut capite de uniuersalibus monstratū est. Si autem ly substantia & accidens capiantur materialiter cum cōnotatione signi, tūc uniuocū erit ad illos: sed non faciet p̄dicationem generis, cum ipsum ens capiatur absolute: ipsi uero connotatiōne. Si uero capiantur simpliciter, ut significat ly substantia omnes terminos habentes modū significandi p̄dicamenti substantiae, & ly accidens etiā terminos sui ordinis, tunc non obstarēt equiuocatio p̄dicacionis quo minus non fieret p̄dicatio generis: sed capi debent termini in sensu p̄sonali si p̄prie volumus loqui, & sic standum est in prima response.

**Q**uod si dicas, uolo q̄ ly accidens sit terminus absolutus, hoc p̄ter modum significandi eius erit: dicerē tamen hoc supposito: q̄ ly ens est genus sub quo ponentur omnes termini absoluti sive substantia uel accidens significēt, & sic erit aliud p̄dicamentū in quo ponentur oēs termini absoluti p̄dicamenti substantiae, & ly albedo & ly color: nec hoc repto incōvenies: sed hoc est accipiter terminos extra s̄as significantias, quod nunq̄ fuit mei instituti.

## De sensu Aristotelis &amp; antiquorum:

**A**ristoteles princeps noster de uniuoco & equoco multis in partibus sue doctrine facit mentionē in libris Elen. sup̄ equiuocationis fallaciam facit mentionē de equoco ut ad sophistica artem pertinet: in p̄dicamento diffinit ipsum, & super exemplo ab eo posito ibi de aīali uuo & id quod pingitur. Aduerte quod ut ibi accipit Aristo. equuo

cum est: unde animal & homo dupliciter possunt considerari. Vno modo secundū q̄ significat hominem uiuū & p̄ictū & nō uiu in ordine ad aliud: & tūc est simpliciter equiuocous terminus: & secundū hunc modū sumitur ibidē ab Arist. Alio modo secundū q̄ significat illa uiuū p̄ prius, & aliud per posterius: & secundū ordinē ad uiuū: & sic est analogus: quare Arist. illa diffinitione uoluit excludere omne nomē equiuocū sophistica pariter & omne analogum secundū id q̄ participat naturā equiuoci. vij. etiā physicorū, ubi dicit in genere latere multa, & sunt quidē equiuocationum aliae quidem multum dictantes, ut in his que a casu sunt. Aliae uero habentes quandam similitudinem per quam uidetur intelligere analogum. Aliae est equiuocatio generis.

**R**ursus Philosophus quarto Metaphy. i.ca. ponere uide tur hāc conclusionē: q̄ est sciētia aliqua & ea est metaphysica cōsiderat de ente inquantū ens: his uerbis ut Argyropīlus habet. Est, inquit sciētia quidā quae id qd̄ est ea ratione qua est & ea quae huic insunt. i. passiones p̄ se cōtemplatur: & subiuxit: hec scientia quae de ente tractat nō est aliqua scientiarū particulariū: quia nulla illarū particulariū considerat ens inquantum est ens: sed secundū particularē rationem tractat de ente, ut mathematicus de quantitate: sic enim ait: Hec autem nulla est carū quae scientie particulares dicuntur: nulla enim ceterarū id quod est ut est ens cōsiderat: sed partem unaquæq; aliquā excipiens. i. secundū particularē rationē id quod accidit de hac contemplatur ut mathematicae scientie. Atq; hic habet uim illa ratio quae facta est in conceptu formalī in uia. S. Thome: & q̄ hec scientia habeat p̄ subiecto ens inquantū ens sic p̄bat: q̄a hec scientia, id est metaphysica cōsiderat prima rerum principia & altissimas causas, ergo ista alicuinature debent competere & attribui, & non uidetur cui nisi enti: ergo ens est subiectū: minorem probat: quia oēs philosophielementa & principia anxie querentes secundū q̄, sunt entia quae rebant huiusmodi principia altissima: & postea tex. cōmēti. ij. ponens multiplicatatem huius nominis ens sic ait: Id autem quod est, dicitur quidem multipliciter: sed ad unum & ad unam quandānaturā & non equiuoce dicitur: sed ut omne sanum ad sanitatem dicitur: partim quia conseruat ut dieta: partim quia efficit, ut potio medicina: partim quia indicat ut urina & pulsus: partim quia est ipsius susceptuum: ut animal: & adducit aliud exemplum de medicatiō: & applicans comparationem ait. Simili modo & id quod est, multis quidem modis: sed ad unū principiū dicitur. Quidā n. quia substantiae sunt entia dicuntur: Quidā quia substantiae sunt affectus. i. dispositiōes ut accidentia. Quidā quia sunt ad substantiā uiae: ut motus, generationes, & corruptiones: corruptio. n. est uia ad non esse: sicut generatio ad esse: & quia in generatione forme priuata habet habitudinē ad substantiam, dicit q̄ hec propositio conceditur, non ens est: hoc est, entis priuatio est non ens: ubi ipsam dicit aliquo modo esse: quod non esset nisi negationē aliquomodo esse competeteret.

**V**bi licet annotare primo, q̄ ens d'r multipliciter: & secundū q̄ nō d'r equiuoce equiuocatione sophistica: ut uolūt

## Q V A R T A Q V A E S T I O

**A**liqui. Tertiū q̄ non dicitur & equiuoce, ut genus in ordine ad species ut uidentur glosare multi: sed sicut sanū: ubi bis ponit eandē comparationem & eam applicat: quare mai-  
or est q̄ generis & quocatio, & sic media analogia. Quar-  
tum est, si textus capiatur in rigore, q̄ oīa ista analogata  
importat de formalī substantiā. Videtur n. dicere q̄ impor-  
tāt unā & eandē naturā. Quā intū est q̄, tria sunt quae ha-  
bēt ordinē ad substantiā in quibus extēditur tota latitudo  
analogie entis secundū q̄ magis uel minus appropinquat  
ad substantiā. Ultimū gradū tenet priuatio & infimum  
qua parū distat a negatione. Secundū gradū tenet motus  
generationis & corruptionis. Tertiū tenet uera accidētia  
realia qua nihil de non ente admixtū habēt: tandem Aristo.  
concludit, q̄ licet sit ista multiplicitas in ente, nihilominus  
de eo est una sc̄iētia puta Metaphysica: sicut oīum sanoru  
est una sc̄iētia: inquit enim q̄ nō solū eorū que secundum  
unam rationē dicūtur una sc̄iētia est: sed eorū etiā que ad  
unam dicūtur naturā: nā hēc inquit quodāmodo una raz-  
tione dicūtur p̄pter unitatē eius ad quod tribūntur c̄ete-  
ra, inquit, tamē q̄ & si sc̄iētia Metaphysica sit de ente in-  
quantū ens: p̄prius tamē erit de ente primo hoc est de sub-  
stantia: quia ab iſo cetera p̄dēnt: quare Philosophū prin-  
cipia substantiarū habere oportet: q̄bus uerbis manifestissi-  
me insinuat analogiā: ne licet aliquo modo tergiuersari  
& textū Aristo. torquere. Hēc longius p̄traxi p̄pter rei  
difficultatē: & quia plaruntq; st̄ machatus sum in hac ma-  
teria importunas glosas.

**Q**uo fit ut inter reales. S. Thomas magis peripathetice  
sit locutus: & si Scotus nō cōtraueniat. Nominales uero  
qui huiusmodi analogiam negant & cōceptus obiectiuos  
spernūt: pr̄ter Aristotelem fuisse locutos, quicquid sit de  
corum uera opinione.

**E**x hoc poterat dari ratio (& si alia nō esset) quare ens  
nō sit genus: in causa est quia nō participatur & qualiter il-  
lud nōmē a substātia & accidēte: quod oportuisset. Vnum  
quodq; enim genus quantū est de se & qualiter participatur  
a speciebus ex Aristo. quarto Top. Sed aliam rationē assi-  
gnat Aristo. tertio Metaphy. Vbi ex professo querit hanc  
questiōne: inquit enim: neq; id qd' est: genus esse potest: &  
assignat hēc rationē: quia differētia debēt accipi extra ge-  
neris rationē: ut habeat idē Aristo. iiii. Topi. uel ergo diffe-  
rētia sunt entia uel nihil: si nihil, ergo non constituūt spe-  
ciam: si ens, ergo de eis p̄dicātur per se genera, quod est  
falsum: cum sint extra rationem eius, quare & cetera:  
Sed iam ad reliquias partes conuertamus sermonem super  
incepto themate.

**Q**uid senserit Boetius.

**L**atinissimus Boetius editione prima super Porphyriū,  
quārēs an sit aliiquid genus ad oīa p̄dicamenta in cap;  
de specie habet hēc uerba. Nunq; inquit, inueniri genus po-  
terit q̄ hēc decē genera solitario & p̄prio intellectu intra-  
se possit ueluti species cōtinere. & simul hoc p̄bans dissol-  
uit quandā obiectiōne dicēs: q̄ si quis dicat, hēc oīa decē  
genera uere sunt: q̄ si subsistentia sunt: entia dici possunt,

Respōdet sic: flexus enim hic sermo ab eo quod est esse: &  
in participij abuseō tractum est propter angustiam slas-  
tine lingue comp̄ressionemq;. Hēc igitur, inquit, entia  
possunt appellari: & ob hoc esse genus eorū fortasse uide-  
bitur: sed falsum: nā q̄ omnia quae inter se & equiuoce nomi-  
nāntur: nunq; eiusdē continentia generis sortiūtur: quippe  
quorum substantia discrepat: nō est dubium quin generis  
quoq; ipsius diffinitio discrepabit: nā & si substantia ens  
sit, & qualitas ens: si quis rationē substantiae (inquan-  
tum ens intellige) & qualitas designauerit: eadē natura  
utrisq; nō poterit cōuenire: & cōcludens ait: si ergo & equiu-  
oce p̄dicatur, non est dubium sub eiusdem generis fon-  
te ponī non posse.

**E**x hoc colligūtur multa. Primū q̄ ens est & equiuocum.  
Secundū, q̄ nō est & equiuocum sophistū: quod patet: quia si  
sic esset nō negaret Boetius q̄ possit nomine tenus p̄dica-  
ri de altero & equiuocato: quod si nō negat, analogus est.  
Tertiū est, q̄ p̄prie & in rigore hēc non est uera, qualitas  
est ens: sed conceditur p̄pter penuriam uocabulorū latino-  
rum quod est confirmatio p̄cedentis dicti.

**Q**uartum est, q̄ hēc consequētia est bona apud Boetium,  
ens est & equiuocum, ergo non est genus.

**C**olligitur quinto male dixisse quendā Italū in sua Me-  
taphysica, qui tribuit & equiuocationem in rigore huic no-  
mini ens ex mente Boetij.

**E**secūda etiā editione sup eodem passu, inquit, nō ex eo a-  
liquid est cōmūne genus quia aliquibus sit cōnomen⁹: sed  
quibus cōis est substantia. i. diffinitio uel quidditas, id autē  
inquit manifestū est de aīali quod genus est hominis & e-  
qui: cuius generis si demus diffinitiōne, puta substantia a-  
nimata sensibilis & qualiter cōpetit equo & homini: quare  
uniuoce: sed si cōpares animal ad pīctū & ad uiuum, non  
competit ratio animalis utrisq;: neq; enim pīctū est anima-  
ta substātia: quare non erit genus ad pīctū: sed tantum est  
cōis uox: sic erit, inquit, ens: quoniam entis diffinitio nō com-  
petit substātia & qualitatē: idcirco uniuoce de p̄dicamē  
tis non dicitur, neq; est genus: sed est ut uox plura signifi-  
cās: hoc autē q̄ ens nō est genus p̄bat sic: supposito uno q̄  
unius rei duo genera esse nō possunt quin alterū subsit al-  
teri: tunc sic arguit, si ens esset genus, unū esset genus: cū  
quicqd sit ens est unū & ecōtra: ergo ambo ex equo sunt  
genera: quare unū cōtinetur sub alio ex hypothēsi: sed cōse-  
quēs est falsum cū sint & equalia: igitur: hēc ille in uirtute:  
ex quo colligitur q̄ & equiuocatio nō cōstat i diuersitate cō-  
ceptus formalis: sed in diuersitate diffinitiōni: Sed p̄ ratio-  
nē in diffinitiōe & equiuocorū debet itēligi diffinitio: quare  
impietas erit q̄ esset idē cōceptus formalis quādō non mā-  
net idemp̄itas obiectiūi conceptus: reliqua clara sunt.

**I**dem sentit de & equiuocatione in libro p̄dicamentorum  
super diffinitiōē & equiuocorū, ubi alias secūdui q̄ significat  
hominem uiuum & pīctū & equiuocum nūcupat, quod ad sen-  
sum iam p̄repositum intelligas.

**C**ōmentator sup Porphyriū caput de specie sup eodē pas-  
su habet hēc uerba: Nō eleūatur genera inūerū ad suū  
uniuersale cō ip̄is oīibus, quoniam ens inūerū non est omni-  
bus genus, nec inuenitur genus ad quod eleūetur omnia  
genera

genera, nec inuenitur predicamentum continens ipsa. Et illud est (inquit) quia nomen quod ipsis videtur commune: est eis commune per communitatem nominis & non uniuoce, et concludit. igitur cum sint decem genera prima: et communitas est tantum nominis & in dictione et non in diffinitione: genera generum secundum hoc decem erunt, ubi fere idem colligitur quod apud Boetium de equiuocazione & qd consistit in diversitate diffinitionis equiuocatio, sed clarius se explicavit Commentator super illa verba. Aristotelis in. iiiij. Metaphys. iam allata tex. Commento. ij. inquit, hoc nomen ens dicitur multis modis, sed non equiuoce ut canis qui dicitur de latrabilis & marino. neq; uniuoce ut animal de homine & asino, sed est de omnibus que dicuntur de rebus attributis eidem, etiam est medium inter uniuoca & equiuoca hæc ille, quare media equiuocatio adeo in aperito est iuxta horum sententiam: ut nulla satissimamente posse aduersariorum retorsio, ex quibus verbis eliditur quædam fuga quæ ad autoritatem Aristotelis solet dari scilicet quando dixit ens dici multipliciter & analogice ut sanu: debe re intelligi de attributione quæ potest reperi in rebus importatis. Per genus, inquit, enim qd cum genus importet diuersos gradus perfectionis in speciebus: imperfectior gradi habebit quandam attributionem ad perfectiorem, ut a sinus ad hominem, quæ diuersitas cum longe proprius reperiatur in ens, propterea dicetur multipliciter & analogice, iam hoc excludit Commentator quia dicit non dici uniuoce ce ens sicut genus: insuper non intelligunt quid est aliqua habere ordinem attributionis, quod per pulchre exponit Boetius in libris predicatorum inquit, n. tūc inter talia esse ordinem attributionis quoties unum illorum est tale formaliter, cetera vero sunt talia attributiva & denominativa & non formaliter ut sanum, hæc ille, quare hi autores cum Thoma per pateticeloci sunt.

Auicena tamen & Algazel inter arabes primarij opinionem Scotti videntur tenere, inquit enim Auicena primo Metaphysices capite secundo, qd substantia qualitas & quantitas & cetera predicamenta non habent unam communem intentionem nisi intentionem essendi, hoc est entis in quantum ens, et in capite. iiiij. facit Auicena argumentum illud Scotti vulgatissimum de intellectu certo & dubio in hæc verba. omnes, inquit, imaginantur certitudinem entis: dubitant autem utrum sit agens & patiens, et mihi hucusq; non patuit nisi per discursum, unde vult qd cum certitudine certis stat dubitatio an sit agens vel patiens, huius opinionis fuit Algazel in Metaphys. primo suo tractatu ubi habet qd fuere nonnulli homines qui putauerunt qd ens non predicit alium conceptum a suis inferioribus dicentes qd esse accidentis nihil aliud dicit nisi ordinem ad substantiam, sed hoc est falsum inquit nam certum est qd questione qua queritur de aliquo an est, est alia a questione qua queritur qd est, per quod insinuat quod predicatum entis dicens esse simpliciter est aliud a predicato dicens esse in particulari, et sic conceptus formalis est tertius & distinctus incomplexus a particularib; quare vel Scotti arabizat vel arabes scotizat, sed noui glosarum improbitate sit tamē sermo noster cu veritates indagatorib; sit et no cu adictis in verba magistri.

¶ Quinta quæstio de individuationis principio.

**S**ecundo queritur, occasione textus: quid sit individuum: quidue individuationis principium, quæ questione partim determinabitur logice, partim Metaphys. de qua licet nulla sit facta mentio apud antiquos patres, plurimum tamen laboratum est ab Auicenæ temporibus usq; nunc, Famosiores opiniones dilucidabo, et primo sancti Thomæ. sed ante omnia noueris hoc interesse inter haec, singulare, individuum, suppositum, et persona, nam singulare si realiter loquamur, est res quæ non est plures, ita ut ly plures dicat pluralitatem rerum quæ non sunt partes talis, tandem habet proprietates oppositas ad uniuersale, quare pars alicuius essentialis, siue integralis siue totum: erit singularis res, individuum autem dicitur ens completum connotando individuabilitatem, Suppositum, addit supra individuum qd sit singulare completum nec dependens ab aliquo tanquam a toto nec ab alio sustentatum, persona autem addit supra hoc esse intellectuum, quare si hos terminos ordinaveris inuenies unum supra alium connotationem apponere: sed de his alias apud theologos.

¶ Individuum igitur duplicitate potest capi, uno modo ut dicit secundam intentionem, alio modo ut dicit primam, in via sancti Thomæ si individuum capiatur logice et secundum intentionaliter: est res singularis secundum qd est obiectum in intellectu concepta per modum individuabilitatis in partes subiectivas, cuius opposita proprietas reperitur in uniuersali ut iam dictum est, nec est individuabilitas ficta cum fundamentum habeat in re ipsa individua, Logicum individuum sic diffinit beatus Tho. est ultimum in genere qd de nullo alio predicatur, qd intellige predicatione doctrinali, sed de hoc principio non est in presentiarum tanta difficultas: quia cum sit ens rationis habens tantum esse obiectum in intellectu: non habet causas reales intrinsecas per quas induvidetur, sed eo modo quo habet esse erit individuum, tale non esse individuale consequitur ipsam rem pro ut intelligitur: et non aliter,

¶ Individuum vero reale est res singularis a se ipsa individualis et diuisa a quolibet alio, ut Petrus Martinus. hæc albedo.

¶ Ulterius cum individuum dicat individuationem, Duplex est individuatio. una qua aliquid simpliciter est individuum a se, et ista coequitur quamcumq; rem siue spiritualem siue corpoream transcendentaliter, alia est individuatio coextensiva: qua videlicet una pars unius continui est alteri parti individualis, sicq; dicimus partes continui esse sibi inuicem individuas, atq; hæc coequitur res quantas inquantu tales, et non dividit et dividit consequitur ipsam quantitatem.

¶ Rursus duplex est diuisio, una qua diuiditur aliquod totum in partes integrales, ut si securis lignum in duo ligna, que diuisio principaliter est propter quantitatem, Alia est diuisio in partes subiectivas ubi non oportet qd diuidatur unum numero secundum rem: sed sat est qd diuidatur unum secundum rationem specificam in suis singularibus, et quia hæc diuisio solum habet locum in rebus materialibus

Q V I N T A Q V A E S T I O P R I N C I P A L I S .

Secundū hāc viā, vel in rebus habentibus aptitudinem ad materiam ut animabus rationalibus. ( non enim potest dīudi angelus secundum speciem in partes subiectas) hinc est q̄ titulus quæstionis iuxta hanc viam sic intelligitur. Per quod tanquam per principium a priori intrisecum subiectae eiusdem rationis specificē plurificantur & multiplicantur & a se inuicem diuiduntur, quare præter opiniātum erit argumentum de individuatione angelorum: cum non sint partes subiectae alicuius rationis specificē, eo q̄ quilibet angelus ab alio specie distinguitur, sed quæ habet sanctus Thomas opus, xiiij. capi. ij. vbi ex professō tractat hanc materiam paucis referabo.

Habet quod individuo sunt duo, scilicet esse in cōmunicabile, & quo ad nos esse hoc, quorum secundum, primum videtur consequi, primum ( inquit ) habet individuum & suppositum a materia, nam cum forma de ratione sua sit cōmunicabilis eo q̄ debet recipi in materia ( vt ipse ait ) & cōmunicetur per hoc q̄ reperiatur in alijs quibus cōmunicatur secundum unam & eandem rationem, eius autem receptio est in materia: per cuius receptionem ipsa forma plurificatur & diuiditur. ab illo accipiet individabilitatem & esse individui a quo recipit divisionem, nisi enim diuidetur, hoc individuum non esset a se individuum: & a quolibet alio diuisum, & sic materia ponitur ab eo individuationis principium primum, at quia materia non est sine quantitate, nec posset a nobis percipi sub hic & nunc nisi sub determinata quantitate, hinc est q̄ dicit: q̄ determinata quantitas est aliquo modo principiū individuationis non q̄ ipsa sit effterix talis individuationis, sed q̄ naturaliter cōmittenetur & inseparabiliter ipsam materiam determinans ad hic & nūc, arguit tamen sanctus Thomas contra se, quia & que bene sicut forma est cōmunicabilis pluribus materijs: ita materia pluribus formis. ergo si ratione talis cōmunicabilitatis tollebatur a forma q̄ esset individuationis principium: pari ratione debet tolli ab ipsa materia, quare passus est in anis, vel detur discrimen cōmunicabilitatis. Respōdet ipse & responsio stat in hoc, q̄ materia & si cōmunicetur pluribus formis non tamen sub eadem determinata quantitate, unde quādo cōmunicatur unī formae impossibile est ut sub tali quantitate determinata cōmunicetur alteri, immo est incommunicabilis. ergo cum varietur ratio materiae in cōmunicatione quia non sub eadem quantitate non secundū eandem rationem est cōmunicabilis, quia ratio materiae sub aliqua forma est alia a ratione eiusdem materiae quam habet sub alia quod ex hoc apparet, q̄ eius ratio certificatur per quantitatem determinatam quæ individua proportionē & dimensione requiritur ad diversas formas, forma autem non sic, sed manente eadem ratione: essentia tantum diversificata ad diversitatem suppositorum est pluribus cōmunicabilis, quare nimis illud sit individuationis principium & non hoc, i quo stat discriminis ratio, hec ille in virtute ex his verbis sancti Thomæ colligo ego conclusiones tres quibus dilucidabitur quæstio in hac via.

Prima est materia est principium individuationis quo ad esse incommunicabile ipsius individui, hæc conclusio probatur auto. deinde extendemus rationem sancti Thomæ ab

eo insinuatā, primo quia Philosophus ubique loquitur de distinctione singularium assignat materiam pro causa, quinto enim Metaphysi. textu Comento. xxvi. dicit ea esse diversa numero quorum materia est diversa. & vij. Metaphy. dicit q̄ generans generat aliud. i. distinctum a se propter materiam: vbi dicit, Calias & Sortes sunt diversa propter materiam, & in eodem. vij. textu Comento. xv. loquens de partibus definitionis dicit, quæcunq; vero in materia sunt vel accepta sunt cum materia non sunt eadem: vbi Comentator sic habet, crit causa inquit in multiplicatione generabilium ab uno generante: multiplicatione materiarum in quas agit, sed ratione sic. quicquid est de ratione primæ substantiæ est de ratione individui in prædicamento substantiæ cum sint idem, sed materia est de ratione primæ substantiæ. ergo est de ratione individui, discursus est notus, & maior est clara, sed probatur minor. quia de ratione illius est materia de cuius ratione est nec esse in subiecto nec dici de subiecto ex Aristotele in prædicamentis, sed de ratione individui est illud, ergo de ratione illius est materia.

Secundo sic, individuum dicit aliquid incommunicabile, & non ob aliud est incommunicabile nisi quia est irreceptibile: propterea enim forma est cōmunicabilis quia est receptibilis, sed omne tale est irreceptibile ratione materiae et non ratione alicuius alterius. ergo ratione materiae incomunicabile, & per consequens individuum. minor probatur, nam ad hoc q̄ aliquid sit receptibile in alio ipsius receptum debet habere rationem actus respectu recipientis, & ipsum recipiens rationem potentialitatis. ergo id in quo recipiatur ipsa materia si recipetur & ipsum individuum ratione ipsius esset potentialius ipsa materia quod est contra rationem ipsius materiae. Hæc ratio quæ ex dictis facti Thomæ fluxit: multū hēt fidei si bene pōderetur.

Secunda conclusio ex verbis eius, quantitas est principium individuationis quo ad esse distinctum & ab alio diuisum & ad sensum demonstrabile. vnde sicut ad esse incommunicabile est principium materiae sic ad principium individuationis, atq; hic loquor de divisione qua aliquid dicitur individuum quia non habet partes actu diuisas, ut visum est in quodam notabili precedenti. probatur conclusio auctoritate philosophi. ij. Metaph. textu Comen. ii. vbi dicit, q̄ omnis diuisio aut est per formam aut est per quantitatem, diuisio autem per formam: tantum conuenit generi per diversas species, diuisio autem per quantitatem conuenit speciebus in individuis, per quod probat ibi q̄ species sit magis principium q̄ genus: quia est magis unum. eo q̄ cum species non est diuisibilis per formam: per formam habet maiorem unitatem, & sic obtinet proprius rationem principij, Idem etiam Comen. vi. Metaph. textu Comen. ij. v. omnia inquit diuiduntur in suas partes secundum quantitatem, diuisione autem rerū per suas materias, sed rationibus sic, quia aut esse distinctū conuenit individuo per materiam aut per formam, aut per quantitatem, sed non per materiam, neq; per formam. ergo per quantitatem: discursus est bonus & maior notacum non possit dari aliud in individuo a quo sumi potest distinctionis ratio, sed probatur minor

minor nam non per materiam quia materia accepta secundum exclusionem forme nulla habet distinctionem cum actus sit qui distinguit et separat. viij. Metaphy. sed quod non per formam patet, quia forma non est distincta nisi quia recipitur in distincta materia. ergo relinquitur quod per quantitatem.

¶ Amplius id quod alicui conuenit primo et per se nulli alteri conuenit nisi per ipsum, sed individualitas competit quantitati primo et per se. ergo quicquid est diuisum sive distinctum habet hoc a quantitate: maior patet per philosophum. i. posteriorum ubi dicit primum dico cui non per alterum, sed per ipsum alteri. cetera nota sunt.

¶ Resolutio. ergo est quod tria sunt de ratione individualis esse incomunicabile et hoc habet a materia et respectu huius quantitas est per accidens. Esse diuisum. et hoc habet a quantitate in communione sive terminata sive interminata. Esse distinctum et demonstrabile et sub sensu cadere, et hoc habet a quantitate determinata. Quare principium individualis totale est materia signata quantitate et determinata, sed ex his materia est principale quae intrane et principaliter ab ipsa habet individualis quod sit individualis: sed ex trinsecus a quantitate determinata.

¶ Concurti solet opinio haec argumentis difficultimis licet multa sunt que non impugnant rem sed verba.

¶ Primo sic, duae animae rationales sunt eiusdem speciei et differunt numero, et non per materiam cum sint spirituales. ergo non est principium individualis materia, si dicas quod esto quod non componantur ex materia distinguuntur tamen per materias quia sunt in diversis, separat deus illas vi in morte separat: iam tollitur illud, si iterum dicas quod distinguuntur per respectus quos habent ad diversas materias: contra omnis respectus est quid posterius ipso absoluто in quo sudatur. ergo priores sunt illae animae quocunq; respectu iam in illo priori: sunt haec et haec, et sine materia nec respectu ad illam, si dicas quod respectus est quidem posterius quo ad substantiam eius: non tamen est prior ipsa anima ipso respectu in quantum est distincta, quia in quantum talis est relatum ens et formaliter habet illud a respectu: modore relatum in quantum relatum est sua relatione posterius. Adhuc stat replica fortis: respectus habet ab anima quod sit hic cum accidens adhuc secundum sanctum Thomam individualis a subiecto. ergo anima non individualis ab ipso.

¶ Et confirmatur hoc de animalibus productis a deo destrutis omnibus corporibus et omni materia, possibile est. n. hoc, tunc quero de duabus animalibus sic productis, vel sunt eiusdem speciei vel diversarum, non diversarum, quia si virirentur diversis corporibus efficerentur individualis eiusdem speciei. ergo sunt eiusdem, et differunt numero, et non per quantitatem nec materiam ut constat. nec per respectum ad materiam, quia nunquam fuerunt in corpore ut suppono. igitur. Si dicatur quod cum istae animae apte naturae sint informare materiam: semper habent respectum ad materiam: contra, ille respectus est rationis cum terminetur ad non ens ut suppono, quia materia non est, et distinctio individualis illarum est ens reale cum sit inter extrema realia, sed nullus ens rationis est causa entis realis, igitur illud non est

distinctionis principium.

¶ Secundo sic illud in quo nulla est diversitas nec distinctio non potest esse causa diversitatis et distinctionis, sed in materia prima nulla est diversitas vel distinctio: cum sit una, iuxta illud Aristotelis Metaphy. v. in fundamento materie nihil est distinctum. ergo non potest esse causa distinctionis.

¶ Tertio sic, nihil quod est in potentia est causa rei que est in actu, sed individualis est ens in actu, et materia simpliciter in potentia. ergo non potest provenire a materia, has duas rationes apponit Averroë.

¶ Ad primum horum quicquid sit de responsione Capreoli que multas patitur difficultates simul et ad secundum respondeo, sive animae fuerint in corpore sive deus creaverit illas sine corporibus, corporibus omnino corruptis cedendo casum quem non est securum negare (ut quod videtur negare magis ut argumentum fugiat quam ut veritatem amplectatur cuius fugia pudet hic recedere) et dico quod ille individualis extrinsecus puta per materiam non quod per materiam in actu informatus, sed per hoc quod sunt aptae ad informandas distinctas materias, nam individualis animae ita debet dependere a materia sicut dependet eius esse, constat autem quod non dependet anima in esse et in conservari: cum fiat a deo et possit sine materia conservari et conseruetur, sed si dependet, ita dependet quod nunquam anima esset anima nisi posset dari sibi materia cui esset unibilis, distinguuntur igitur secundum quod sunt dabiles diversae partes materiae quibus sunt unibiles sive aptae naturae ad unum, nec oportet quod tales materie actu sint, unde quia semper quomodoque crescent et sint: semper est dabilis sibi materia cui possint uniri: a talibus individualis abuntur: quare si animae fuerint in materia receperunt distinctionem in instanti unionis: illae autem quaeque non fuerint in materia (si fieret ut vult casus) ideo essent distinctae quia possent esse in distinctis materiis: sicut ideo sunt animae quia possunt esse in materia, unde non inconvenit quod tales animae sic creant non capiant immediate ab eadem fonte ut puta a materia principium individualis, mediante vero et originaliter a materia individualis.

¶ Ad secundum argumentum respondere procedere tantum de materia prima quae est sub utroque extremo videlicet generato et corrupto, illa enim est una et indistincta, sed si loquimus de materia quae multiplicatur ad multiplicationem individualis. tunc in ipsa est diversitas realis.

¶ Ad tertium distinguo maiorem, vel quod nihil in potentia sit causa actus puri, et sic trahatur, sed sic nihil ad propositionem, si autem intelligatur quod non sit causa actus mixti cum potentia: et sic negatur.

### Conciliatio.

Cum hac opinione conciliari possint Albertus Magnus et Egidius romanus viri vere peripateticci, quando enim Albertus Magnus libro primo de intellectu dixit, materia tantum esse principium individualis, intellectus de principio principali per quod habet individualis quod sit incomunicabile et via generationis ut diximus, vel alias non potest

## QVINTA QVAESTIO PRINCIPALIS

Sustineri, & quando Egidius de Roma dixit q. principiu[m] individualis est quantitas, intellexit q. ad esse diu[er]sum ab alio, non tamen locuti sunt isti de totali principio, quare inaniter fatigantur nonnulli Thomistae super impugnatione horum.

**T** De accidentibus quomodo individualiuntur: respondet sanctus Thomas prefato loco q. individualiatur per subiectum proprium quod est ens in actu, sicut forma substantialis per materiam, sicut enim forma dependet a materia, sic quodammodo accidens a subiecto. quare forma individualiatur ab ente in potentia, hoc vero ab ente in actu.

**A**ngelus vero spiritualis substantia, inquit sanctus Thomas q. est unum & individualiunum individualitate & unitate trascendentali, & se ipsis sunt hoc & hoc, atq[ue] h[oc] in via Tho.

### Opinio Scotti.

**T**est opinio Scotti & suorum sequacium a precedenti proposito discors & aliena: que stat in hac conclusione, id per quod singulare determinatum & non vagum: tanquam per principium intrinsecum est hoc & incomunicabile, est aliquid positivum, quod appellatur haecitas: que est quedam realitas individualis contrahens specificam naturam ad esse hoc & individualibile. que opinio licet doctori subtili tribuatur eo q. ipse eam suis fundamentis dilatauit, apud veteres tamen non fuit intacta. Avicena namq[ue] vir magis Platonicus quam peripateticus. v. sue Metaphy. eam tenuit, ubi voluit individualia eiusdem speciei differre differentiis individualibus quas vocant hypotheses individualium id est proprietates, & dicit q. sicut duæ species eiusdem generis differentiæ specificis: ita duo individualia his proprietatibus, hoc idem Varro recepit & primus fuit q. illas haecitates appellavit, Plotinus etiam vir antiquus & cui multum in doctrina Aristotelis & platonis tribuit Pius Mirandula Romanorum monstrum: ait animas numerari & dividendi terminis in ternis, Proculus etiam haec principia dyotropias hoc est proprietates intimas appellauit, Pro hac opinione subtemuntur aliqua supposita que tanquam fundamenta sunt huius positionis, Primum est omnem in predicamentoreponibilem Metaphysice componi ex realitatibus habentibus se sicut contrahens & contracta, in qua compositione est aliqua realitas que sic contrahitur ut non contrahat ut trascendentalis. Alia vero sic contrahens ut non sit contracta ut haecitas & a latere omnes differentiae, an sint istæ realitates a parte reprobamus iam illud in questione universalium, sed q. sit hic ordo in istis realitatibus patet, quia alias sursum versus & deorsum in compositione Metaphysica esset abeundum infinitum quod euitari intenditur in hac via, unde sicut per differentiam specificam constituitur species: & genus acquisiti esse incomunicabile, ita per differentiam individualis constituitur individualis & habet species esse incomunicabile, si enim illud sit per positivum, fiet etiam & hoc.

**T** Secundum est q. quilibet unitas imitatur suam naturam, unde sicut unitas specifica naturam suam, sic haecitatem

unitas individualis, hoc patet, quia multiplicato priori, multiplicatur posterius.

**T** Tertium est, per quod soluuntur omnia argumenta facta contra hanc positionem per locum ab autoritate, q. materia est duplex, materia partis, que est altera pars compositi Physici & materialis, & materia totius quam appellant in Sorte sorteitatem & in Martino martineitatem que est principium fundamentale unitatis ipsius individuali, que pro tanto appellatur materia totius: quia sicut materia signata determinat formam partis in physica compositione: ita haecitas determinat naturam speciem (quam in questione universalium appellauerit h[oc] formam totius) ad esse in hoc. Ampliatio huius vocabuli in quo stat vis huius notabilis: non poterit alia via probari nisi q. cum forma aliquo modo opponatur materia, quod modis dicetur unum dicetur & reliquum, at sua sum est Aristotelis autoritate in questione universalium esse duplum formam. ergo erit etiam duplex materia, & non videtur quid sit materia totius nisi illa haecitas cum habeat duas similitudines cum materia igitur.

**T** Sed ut tollatur omnis equiuocatio inter quidditatem & haecitatem adnotare opportet, q. quidditas potest considerari dupliciter. uno modo secundum q. dat esse quidditatem rei, & sic appellatur ipsa: forma multoties a commentatore. viij. Metaphy. Coment. iij. iij. & secundum hunc respectum proprietas individualis comparata ad ipsam erit materia, habet enim oppositam proprietatem quia non dat esse quidditatem: Alio modo potest sumi ut determinabilis a proprietate individuali: & sic appellatur materia ipsa quidditas, & haecitas obtinebit locum forme, per quam equiuocationem soluuntur quamplurime autoritates que nunc formam nunc materiam principium individualis appellant.

**T** Nunc ad conclusionem in qua tria opportet probare. Primum q. illud per quod singularis res est haec & incomunicabilis sit aliquid positivum. Secundum q. non sit materia nec forma partis nec ipsa forma totius. Tertium q. sit haecitas, primum probat Scotus sic contra Henricum in distinctione. iij. q. ij. Nulla imperfectio repugnat alii nisi propter aliquam perfectionem positivam que in ipso est, sed dividitur est imperfectio que repugnat individuali cum habeat oppositam conditionem. ergo competit sibi propter aliquam perfectionem. ergo propter aliquid positivum, probo consequentiam. quia negatio nullam perfectionem includit.

**T** Item nulla negatio ponit repugnantiam in eoin quo est ad id quod negat, ut patet de cecitate & alijs priuationibus que licet tollat visum non tamen tollit potentiam ad videndum: quare non ponit repugnantiam. ergo licet illa negatio per quam individuali est hoc: tollat communem cabilitatem & diuisibilitatem: non tollit potentiam nec ponit repugnantiam ad dividendi. ergo individuali non repugnabit dividendi & communicari, est contra rationem individuali, his rationibus & alijs efficacissimis improbari solet Henricus ab Scoto, qui si in rigore intelligatur difficile poterit eius positio susteneri, sed credo solemnem doctorem suis verbis hoc habere. scilicet q. id a quo dicitur alicuius

liquid formaliter individuum est a negatione i.e. a conceptu negativo. puta quia hic conceptus incomunicabile verificatur de re singulari: non tamen quod negatio sit reale principium ut pretendit Scotus. quare argumenta que impugnant Heinicum verba tamquam impugnantur. Concluditur ergo iam: quod per positum id fiat. sed quod illud non sit materia patet, quia illa est communis omnibus. ergo non erit id per quod differunt individua, nec etiam forma, quia ipsa est principium unitatis specificae. ergo non est principium differentiatione numericae: nec per aliquam aliam realitatem quam non per naturam specificam: quia est principium conuenientiae modo non potest esse eidem principium conuenientiae differentiae, & per hanc eandem viam tolletur quod se ipso individuum non sit individuum. ergo per hocceitatem, quia non videtur per quid aliud.

¶ Item omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa i. in nullo quidditati e conuenientia . ex Ari stotele . v . Metaphys . sed Martinus & Ioannes sunt differen- tia . ergo per aliqua que sunt primo diuersa i. que in nul la quidditate conueniunt , discursus est notus & maior p- batur , quia alioqui esset processus in infinitum in princi- piis distinctiis . sed procedo : hec primo diuersa sunt diffe rentie individuales cum sint ultima distinctiva , quia non erunt primo diuersa materie illorum . nec forme . nec speci fica natura . cum illa conueniant : ergo relinquitur q. iste dif ferentiae individuales . Ratioes etiam superiorius factae in Tho mam applicari possunt ad hanc positionem fundandam : q. si queratur an hecitas illa sit substantia vel accidens , respo deo q. formaliter nec est substantia nec accidens . quia alter no essent primo diuersae due hecitates , de per accidens ve ro & idemplice talis naturae erunt quales sunt res quibus id estificatur , vt si id estificantur substantiae : erunt substan tia : si vero accidenti . accidens .

¶ Quod si arguas quia tunc si esset substantia quomodo cunq; sit , cum substantia ex.ij.de anima & .vij. Metaph. diuidatur in materiam & formam & totum compositū, sequeretur q̄ hec etas esset forma vel aliquid aliorum, Res pondetur q̄ substantia vel accidens potest dupliceiter considerari , Vno modo vt est quedam natura & quidditas : alio mo ut est actuata ultima actualitate puta Metaphysice haec etate, si primo mo consideretur tūccōpositum & forma & materia abstrahit ab omni hec etate & per conse quens non includit eam , si aut secundo mo capiatur tūc idem p̄tice etiam erit quodlibet istorum sed nō formaliter. ¶ Argui etiā solet q̄ tunc differentia specifica non esset p̄se ctior omni differentia , quod Aristoteles reprobat septimo Metaphy.vbi vult q̄ differentia finalis i. specifica est tota substantia rei & per consequens est perfectissima : sequel iam probant quia differentia individualis est perfectior cū omnes alias presupponat, posterius enim generatione solet esse prius in perfectione ex Aristo.ix Metaphy.

**T**Ad hoc argumentum respondetur negando sequellam, & ad probationem negatur illa propositio ut iacet: nisi habeat sanum intellectum scilicet in formis eiusdem ordinis quidditatis: quales non sunt differentia specifica & individualis, manifestum enim est q. accidentia individui

Sequuntur formam specificam: & tamen non sunt ipsa perfectiora. Cætera quæ afferunt ex autoritatibus ex his quæ adnotauimus soluta sunt

¶ Boetius aliquo modo sentire videtur principium individuationis esse hec itatem licet ex professo non tractauerit hanc questionem. Inquit enim editione secunda primi Perhimerie, Platonitas incomunicabilis qualitas est,

Auicembron etiam cum Auicena & Scoto poterit conciliari apparenter, qui in libro fontis vite vult unitatis numeralis principium esse formam, & vult in omni composite esse aliam formam speciei aliam individui: ut alia est forma hominis & alia Socratis, & a forma speciei sumi universales specificum, a forma individui unitas numeralis, & tandem tot formas concedit in cōposito quot sunt predicata essentialia de composite dicibiliā, quam opinione si ad benignū sensum conuertas: per formas intellexit realitates quas Scotus in composite Metaphysico finxit, quod ex eo apparet quia formas individuales vocat Socrateitatē & Platonicitatem. quare consequenter loquendo formā hominis humānitatē debet appellare, nec credo aliud velle habere Auicembron quam Scotus & Auicena, quicquid dicatur a multis.

**I**oannes de ganda quo philosophus p̄celebris: et Turſius monachus Cōmeniū, xl.ii.ij.super.ij.tegnī. Galeni tenuere formam substantialem cuiuscunq; individui esse principium unitatis numeralis eius, moti auctoritate Auenae sexto naturaſium parte prima, vbi ait complexione remanere unam & tandem propter unitatem anima. et Auenraezy de anima ait, melius est extimare q; causa diuerſitatis materie sit diuerſitas formarum: quam econtrario, item Aristote, in principio libri primi de anima inquit, formam esse id per quod ali quid dicitur hoc di quid, rationibus sic, Infinitas est a materia & indeterminatio, determinatio omnis est a forma: ut habetur iij.physicorum, sed omnis individuatio est determinatio, igitur erit a forma, sed si iſti ponant formā principale principiu m individuationis non beneſentunt, cū forma sit principale principiu m conuenientiae ſpecificae, quare nequid esse differentie individualis principium, Aristotelis.n. primo celi dicit alterū hoc celi et celi simpliciter: nam hoc est vt species illud vero in materia, vbi Auenca vult alia esse comunitatē materie alia forme, quia forme (inquit) est cōmunitas vniuersalis, materie vero est cōmunitas in potentia. preterea. xij. Metaphysices facit Aristoteles hoc enthymema, si essent plures motores tūc essent in pluribus materijs, vbi Cōmentator aperte fatetur materiam esse causam unitatis numeralis, et hoc idem sentit in libro qui appellatur deſtructio deſtructiōnū dispūt. in ſolutione. vij.dubij, cauſa inquit pluralitatis seu numeraltatis est materia apud philosophos, cauſa vero conuenientiā est forma.

**P**ost hos inuenio cicatos alios qui principiū individualitionis dixerunt esse respectum quē habet res ad agens qđ ipsa in eē pduxit, ita qđ ab agēte est principiū individualitatis. Quorū ratio posset esse hęc, qđ secluso quočūqđ alio agē generat distinctū a se realiter. ergo in re pducta est individualitatis & distinctio per respectū ad agens productuum,



## Redactio variarum opinionum ad duas capitales opiniones.

Sed ut inter tot opinionum voragine planum & peruum iter ostendatur, & Cōmen. a contradictione liberetur qui apparel in autoritatibus paulo ante allatis contraria sentire. sit hæc federis dilucidatio, quod de principio individualiū possimus loqui multipliciter, aut enim loquimur de principio sine quo non, aut de dispositivo consilio ad esse diuisum & distinctum quoad nos, aut de principali, si loquamur de principali quod simpliciter dat esse incommunicabile, bene dicebat Albertus magnus quando dixit illud esse materiam, & hanc credo esse veritatem: nec contradicit san. Tho. Si vero loquamur de illo quod dat esse diuisum & distinctum ad sensum. q̄ poterit appellare principium dispositiuū & quoad nos, bene dicebat Egidius & hanc credo fuisse intentionem eius, si aut loquamur de principio totali tunc est materia signata quantitate ut vult sanctus Thomas. Si vero loquamur de principio sine quo non, tunc nihil prohibet q̄ sit forma, atq; ut in hoc membro ambiantur hæc duas opiniones postremae quæ non sunt tam capitales: adnotato q̄ forma potest duplicitate considerari, Uno modo ut date esse quidditatum rei, alio modo ut p̄ficietur ab agente, iuxta primam considerationem non est principium individualiationis sed cōmunicabilitatis, sed si consideretur secundo modo, nihil prohibet q̄ sit principium saltem sine quo non, cum hoc non esset individualium: nisi ab hac forma nec esset hæc forma nisi esset hoc agens, quare cum dicitur q̄ respectus ad agens est principium intelligatur illud de forma considerata ut proficietur ab hoc a gente ad hanc etiam intentionem poterit reduci Godofredus de fontibus quem Scotus impugnat: quando dicitq; quid est, est principium individualiationis, & hoc etiam habet maxime verum in substatijs separatis quæ sunt veluti formæ & sunt hæc & non per materiam, quare quando Cōmentator dixit formam esse principium individualiōis, intellexit sine quo non, concordes igitur essent omnes hisi eodem modo locuti fuissent de principio, sed nec Henricus de gdauo ut iam visum est his contrariatur. ergo ad eandem actionem poterunt pertinere Albertus. Egidius. Godofredus. sanctus Thomas Ioān. de gandaio & Monachus et ceteri nuncupati neoterici quos omnes credo vere & peripatethice locutos fuisse, quibus maxime Cōmen. fauet.

Ad aliam tamē actionem quæ huic aduersa est pertinet Aucena, Plotinus. Varro. Proculus. Scotus. Boetius. Aucenbron. quare due sunt capitales opiniones, & hec de questione quæ quia nominalibus impropria est: parū dicemus. nam si loquinur de individualiū reali, se ipso est hoc & se ipso est homo Petrus, & quodlibet individualium, quare nullum est principium intrinsecum: sed si de primo extremo loquamur agens q̄ dat esse poterit appellari principium, et sic deus erit principium, sed hec missa faciamus quoniam impropria sunt.

## Dubium de antiquorum sensu iuxta essentiam speciei.

¶ Super essentia speciei est duplex opinio. Cōmentoris & Auicene, secundum quos sumitur diuersitas inter sanctum Thomam & Scotum: Cōmen. in pluribus locis habet q̄ essentia speciei est ipsa forma & sic tota essentia hominis est anima. & dicit q̄ eadem secundum rem est forma partis que dicitur anima: & forma totius que dicitur humanitas: sed differunt inquit solum secundum rationem, & ubique loquitur Cōmentator de differentia: ad animā se confert, nam forma partis dicitur secundum q̄ perficit materialiam, & forma totius secundum q̄ totum compositū per eā in specie collocatur. Ex quo vult q̄ nulla partes materiae debent ponī in diffinitione indicante speciem, sed sola principia formalia ipsius speciei quæ ab ipsa forma partis sumuntur. Hanc positionem imitatus est Scotus & sui sequaces: obuiat tamen Aristotelis dictis, qui in vi. Metap. inquit, res naturales habere in sui diffinitione materia sensibilem in quo differunt amathemata, modo ridiculum esset q̄ substantie naturales diffinirentur per aliquid qd' nō esset de essentia earum, quare materia pertinet ad essentiam, et hoc idē Aristoteles. vi. Metaphy. multis exēplis confirmat, nec operaret imaginari aliū modū essentiae Metaphysicū cum sit omnino superflū & ab Aristotele nunq̄ excogitatum. Aliā opinionē imitatur Auicena quæ mihi videtur verior & q̄ imitatur sanctus Thomas q̄ inter formā p̄tis & formā totius ponit differentiam quæ est inter totū & partem, unde formam totius in homine appellant quantitatem compositionis ex materia & forma ex carnibus & ossibus non tamen ex his, & hanc quidditatē appellat sanctus Tho. essentiam, unde non est idem dictu humanitas in homine & essentia, ut ipse per pulchre fatetur opus i. de ente & essentia, esto q̄ utrūq; importet essentiam, quia hoc nomine homo significat eam ut totum non praescindēdo designationē materie sed implicite continet eā: & conceptus sibi correspondens obiectiuus productus cum illa in differentia ut est unum in multis &c. est species & essentia rei, de ratione enim speciei est q̄ sit totum, sed hoc nomen humanitas significat essentiam ut partem, quia praescindit totaliter a materia, & sic de individualiū hominis non praeditatur, quod bene nota, unde patet essentia hominis nō esse Chimeram ut multi Thom. fingunt. sed tantum ipse homo secundum esse abstractum ab his carnibus & ab his osibus, sed recurret ad propositum & probemus Auicenam peripathetice locutum fuisse. Habet Aristoteles. viij. Metaphysi. impugnans Platonis Ideas inter multa inconvenientia que adducit, hæc verba, quia si species rerum naturalium essent per se existentes: materia sensibilis non esset aliquo modo pars speciei: sed hoc est falsum ( ut ipse ostēdit ) cū impossibile sit res materiales consistere sine materia, ergo Ecce quomodo Aristoteles reputat inconveniens q̄ materia non pertineat ad essentiam speciei.

Caput de Differentia.



Ifferētia autem cōmūniter, proprie  
et p̄p̄issime d'r. Differre nāque quippiā cōiter dicitur cum  
diuersitate quois modo aut a se  
ipso aut ab alio differt. A Plato  
ne nāq; Socrates diuersitate, atq;  
a seipso puerū vir factus: et agē  
te nō agens differt: et semp h̄ec  
differētia in his est sane diuersitatibus que cōsistūt in his  
ce que cū interrogamus quomodo res sese habet, assignari  
reddiq; solent. Proprie uero aliqua differre dicuntur, cū  
inseparabili differunt accidenti: at inseparabile accidēt est  
ceruleus oculorū color, aut aquilinitas, aut cicatrix callo  
ex uulnere inducto. At p̄p̄issime quippiam a quopiam  
differre dicitur, cum specifica differētia differt qualiter ra  
tionalis. Omnis igitur uniuersaliter differentia diuersum  
facit adiuncta: sed communiter quidē et p̄p̄ie differen  
tia diuersum per accidēt faciunt: propriissime uero, diuer  
sum p̄ se: quodquidem et aliud dicitur. Differentiarū. n.  
alic̄ diuersum p̄ accidēt, alic̄ perse diuersum. i. aliud fa  
ciūt: ille simpliciter differentia, haec specifica nuncupantur:  
animali nāq; differentia rationalis adiuncta aliud sane, ac  
animalis speciem facit: motus autem additū diuersum a  
quiescente tantūmodo fecit. Differentijs igitur bisce que  
faciūt aliud: diuisiones generū in species sunt, et diffinitio  
nes etiā assignantur: quequidē ex genere talibusue diffe  
rentijs constant: ceteris uero diuersitates per accidēt tantū  
emergūt eius quo de qualiter sese habet interrogatur. Rur  
sus igitur a principio differentiā diuidentes, differentiarū  
alias separabiles alias inseparabiles dicimus esse. Moveri  
nāq; atq; q̄escere et ualere atq; ægrotare et que sūt simi  
lis generis separabilia sunt: aquilinū autem esse uel simum  
et rationale et irrationalē inseparabilia sunt: insi para  
bilium rursus, alias perse, alias per accidēt esse. Rationale  
nāq; et mortale et susceptiū esse scientiae per se homini  
cōpetunt: atq; aquilinum esse uel simū per accidēt et non  
per se competit. Quo igitur per se competit in substātie  
ratione sumuntur ac aliud faciunt. Que uero per accidēt  
competunt, nec in substātie ratione sumuntur: nec aliud  
faciunt: sed per accidēt diuersum ut diximus: et haec qui  
dem et si inseparabiles sunt, intentionem remissionemue  
suscipiunt. Simum enim esse aut coloratum intēditur atq;  
remititur, illae uero non suscipiunt: neq; enim genus ma  
gis minus de eo cuius est genus dicitur, neq; generis dif  
ferentiā quibus in species genera diuiduntur: haec nāque  
sunt que cuiusq; rationem conficiunt, at uniuscuiusq; ra  
tio una est, eademq; neq; intentionem neq; remissionem ul  
lam suscipiens: Aquilinum autem esse uel simum aut quo  
uis modo colorari intendit atq; remittitur. Tribus igi  
tur differentiarum speciebus consideratis, quarum haec qui  
dem separabiles, haec uero inseparabiles: et rursus insepa  
rabilium haec quidem per se, illae uero per accidēt existūt.  
Rursus differentiarū que per se sunt et per quas in spe  
cies diuidimus genera. Aliæ per quas ea que sunt diuisa cō  
stituuntur ueluti differentiae p̄ se animalis. Haec sunt omnes  
animatum, sensitū, rationale, et irrationalē et mortale,

et immortale, atq; animati quidem et sensitū i differentiā  
constitutū sunt substātia animalis: est. n. aīal substātia ani  
mata sensitū: mortalis uero ac immortalis et rationalis  
et irrationalis: animalis sunt differentiā diuisiū. p̄ has. n.  
in species genera diuidūt: uerū he que sunt generū diu  
siū cōpletū et cōstitutū sunt specierū: nam aīal p̄ ra  
tionale et irrationalē et p̄ mortale rursus ac immortale  
diuidūt: sed mortalis quidē et rationalis differentiā cōstu  
tiūtū sūt hōis: rationalis uero ac immortalis deorū: irrationalis au  
tem atq; mortalī aīalium expertiū rationis. Eodem modo  
cum supremē substātia animati et inanimati sensitū  
et insensitū diuise differentiā existāt: animati quidē  
et sensitū differentiā sumpt̄e una cū substantia p̄ficiūt  
animal. Inanimatū uero atq; insensitū plantā. Cū igitur  
eadē differentiā partim cōstitutū sint partim diuisiū,  
uniuersē specificā nuncupātū: atq; his opus est maxime  
ad generū diuisiones et ad diffiniūtōes cōficiendas: sed nō  
illis alijs quas separabiles esse aut inseparabiles de per acci  
dens diximus. Has itaq; difiniūtē differentiam, inquiūt,  
cam esse qua species genus excedit: homo nāq; plus quam  
animal habet, rationale atq; mortale: animal enim neq; n̄  
ibilis istorum est. Vnde enim differentias species haberent?  
neq; omnes oppositas habet. Idem enim oppositas species  
nimirū haberet: sed ut cōsentientia quidem omnes eas  
differentias habet que sub se sunt: actu autem nullam.  
Atq; hoc pacto neq; ex non entibus quicquam fit: neq; cir  
ca idē oppositas species simul erūt. Diffiniūtē ipsas et hec  
pacto. Differentia est id quod de pluribus et differentiā  
bus specie hoc ipso quale quidē p̄dicatur. Ratio  
nale enim et mortale de homine hoc ipso qualequidē est  
homo, sed non hoc ipso quidē est p̄dicatur. Nam si  
interrogabimur, quid est homo? accommodate dicimus ani  
mal: at si quale animal est interrogabimur, rationale  
mortaleq; accommodaissime respondebimus: Nam cun  
res et materia formaq; constent, aut ex talibus simili  
tudine rationis: ut statua ex ære quidem ut ex materia  
constat: ex figura autem ut ex forma: sic et homo  
communis (quicquidem est species) ex genere differentiāq;  
constat similitudinem rationis subeuntibus cum materia  
atq; forma totum autem hoc animal rationale mortale est  
homo, sicut illis statua. Describunt tales differentias, et  
hoc modo. Differentia est id quod suapte natura ea que  
sunt sub eodem genere separat. Rationale enim ac ir  
rationale equum et hominem separat que sub eodem, ut  
patet, genere quodquidē est animal collocantur. In  
super et hoc modo assignant. Differentia est id quo  
singula differunt. Homo enim et equus genere qui  
dem non differunt. Et nos enim animalia sumus et  
ea que sunt experitia rationis, sed additum rationale  
nos ab illis seiuinxit. Angeli quoq; et nos rationis par  
ticipes sumus, sed mortale adiunctum, nos ab illis di  
stinxit. Exactius autem ad ea que ad differentiam perti  
nent pertractantes, differentiā, inquiūt, non quoduis eorū  
esse que sub eodem genere collocantur, sed id quod ad sub  
stātiā rationemq; confert et quod pars est eius rei eius  
differentia dicitur esse. Non enim aptum ad nauigandum

## TEXTVS EXPOSITIO

esse, hominis est differentia & si eius proprium est. Dicere nāq; possumus animalium, alia esse apta, alia nō esse apta ad nauigandum hominē a ceteris sciungentes: at aptum esse ad nauigandum, ad substantiā sane nō confert, neq; p̄ est ipsius, sed aptitudo solū propterea q̄ non est tale quales sunt h̄e differentiae quas specificas appellamus. Erunt igitur ea specificae differentiae quae diuersam faciunt speiem & quae in ratione sumuntur. Atq; de differentiis quādem hec satis sint dicta.

### Expositio textus familiaris

**P**ostquam de uniuersalibus que predicantur in quid satis ad longum egit autor, conuerit se ad uniuersalia que prædicantur in quale: & prius de quali essentia li quod differentia solet nuncupari q̄ de quali accidentali agit naturæ ordinem imitatus: atq; in capite præsenti Porphyrius agit tria. Primo ponit tres acceptiones differentiæ & quinq; diuisiones: quarū primæ due diuisiones sunt præcipue: reliquæ uero subdiuisiones sunt, & quinq; diffinitiones differentiæ. Est ergo diuisio principalis sic intelligenda: q̄ hoc nomē differentia cōtinet sub suo ambitu differentiam cōmūnem, p̄prium, & magis p̄pria siue p̄priissimā: que diuisio uidetur esse uocis in suas significaciones: & ubi diuīsum non est tertii uniuersale de quo hic intēdit tractare: quia illud est p̄priissima differentia: sed quodāmodo nomine cōē tā ad accidentia separabilia q̄ ad inseparabilia q̄ ad p̄prias differentias: alias n̄. non contineretur sub diuīso cōis differentia & p̄pria. Pro primis igitur intentionibus hoc est rebus adaptādo diffinitiones: Differre cōiter aliqua, nihil aliud est q̄ aliqua duo uel habentia se ut duo differre aliquo accidenti, quod cōiter rebus solet cōpetere: ut Sortes & Plato si unus sit albus & aliis niger differūt cōiter: Dixi habentia se ut duo a p̄ter exemplū Porphyrii Socratis sensis differentiis a se ipso quādo fuit puer. Vbi aduerte q̄ differre hac differentia potest dupliciter cōtingere affirmatiue & negatiue: affirmatiue quādo ponitur utriusq; differentiæ sexi sentia pro codem adequato tempore, Negatiue, quando non ponitur utrumque differens, uel si ponitur, non pro codem tempore adequato: & hoc modo dicitur Sortes senex a se ipso puero differre: & si uis loqui in abstracto (quod non sentit Argyropylus) illa res qua dicuntur differre due res, accidentes uidelicet: uel modus se habendi siue respectus erit differentia cōis: ut albedo & nigredo &c. sed in terminis seu secūdis intentionibus sic intelligitur. Differentia cōis est terminus qui potest esse medium (et si improprie) ad inferendum aliqua duo differre aliquo accidenti siue modo se habendi cōi: ut ly album, ly sedens: hoc pacto, Sortes est albus & Plato est & non est albus, ergo Sortes & Plato differunt accidentaliter communiter: sed si negatiue differant non oportet aliquo modo affirmare alterum extrellum differentiæ: sic enim solet fieri in omni abusiva comparatione. Appellatur hec communis differentia: quia usitator & uulgator est ceteris quanto notius & cōius est accidens cōe, q̄ p̄prium siue differentia. (Proprie uero aliqua) Si in rebus loquamur illa dif-

ferūt differentia p̄pria quae differūt accidenti in separabili, ut Sortes & Plato: si unus sit simus & aliis nō differūt p̄prie: & ipsa simitas uel cessitas uel flacciditas erunt hoc modo differentiae. Logice, termini cōcreti has dispositiōes significatēs: ut ceruleu, toruum, flacciū, sunt differentiae p̄prie: q̄a unūquodq; horū nominū potest esse quasi mediū ad inferendū aliqua differre accidenti p̄prio: uocatur autē p̄prium inseparabile ad differentiā accidentis cōis: quia hec inseparabilia accidentia habent quodāmodo radicalem causam suā existētiæ in ipso subiecto in quo sunt uel ex cōnexione uel ex dispositione: alia uero accidentia nō. (At p̄prijissime quippiam a quopiam differre dicitur.) In rebus loquendo: tunc dicuntur aliqua duo differre p̄prijissima differentia quādo differūt specifica differentia: ut Sortes & brunellus qui differūt essentialiter ratione differentiae: & rationalitas si scotice loquaris: uel potius ipsa rationalis anima erit propriissima differentia. Logice uero termini cōcreti uas differentias significatēs: p̄ quoru inaharentiam & remotionē ad terminos extrema differentiae significantes: concludit res p̄ talia extrema significatas differre in specie siue specifica siue subalterna illo modo arguendi p̄fato. Appellatur autem hec differentia p̄prijissima, quia sola hec dicit rei essentiā: reliquæ uero accidēs, modo nihil est rei proprius q̄ sua essentiā: quare merito appellatur propriissima: & hec est que constituit hoc tertium uniuersale: reliquæ uero ad uniuersale accidens pertinent, nisi uelis sub secunda aliquod proprium quarto modo comprehendere. (Omnis igitur differentia diversum facit.) Comparat differentias enumeratas quantum ad id in quo conueniunt & in quo differant: conueniunt igitur q̄ omnes differentiae sunt cause q̄ aliquæ res quodāmodo diuersificantur, uel possunt esse medium logice loquendo ad inferendum aliqua differre aliquo modo: sed differenter inquit: quia ratione primarū tantū elicetur aliqua differre & diuersificari in accidenti: sed ratione ultimarū colligi uel inferri potest aliqua differre per essentiam: hoc enim sonat si ly p̄ se & ly aliud in hoc cap. glosat. n. idē Porphyrius, diuersum per se, inquit, qd̄ aliud dicitur: & infra, aliae, per se diuersum, idest aliud faciunt. Quare ingenue & satis peripathetice nostrates Theologi nolunt concedere hanc, pater est aliud a filio, quia utuntur illo relatio in neutro genere ut hic ultimus Porphyrius: sed reuertamur. Occasione illius diuersitatis ponit auctor propriam diuisionem. (Differentiarum enim alicie diuersum per accidens.) Que diuisio ea cōtinet quae continent præcedens, differēter tamen: quia sub primo diuisionis mēbro continentur due, & sub secūdo cōtinentur differentiae p̄prijissima, eo q̄ datur hec diuisiōenes effectus seu p̄prietates istarū. Primi ergo due faciunt diuersum p̄ accidens: tercia uero p̄ se ut iā expositū est: sed q̄ faciat aliud p̄bat Porphyrius: quia si animali adiungatur differentia constituit aliā speciē, Scotice: si animalitati Metaphysice addatur rationalitas resultabit nouū constitutū metaphysicum esse. Nominaliter. Si termino genericō aīal ad datur ly rationale aliā speciē i.e. essentiam speciei importabunt in sua significatione. (Differētis igitur hisce.) Dicit proprietates

proprietates harū differētiarū hās esse, q̄ differentiae quae faciunt differre essentialiter & faciunt aliud in essentia, illæ diuidunt genus i. contrahunt naturam genericam, si ue sunt termini, qui cum sint inferiores ad terminum genericum quem determinant & coarctant: diuidunt ipsum & intrant tales termini diffinitionem speciei, uel ille realitates componunt Metaphysic. cum realitatibus generis ipsam naturam specificam. Relique uero & si diuidant genus aliquid, non diuidunt in diuersa in specie essentialiter sed in diuersa per accidentis, ut si dicas, animaliū aliud albū, aliud nigrum &c. (Rursus a principio differentiationem diuidentes.) idest sumentes ipsam differētiā iuxta omnem ambitum communitatis, ut in principio sumpsimus, diuiditur hac secunda diuisione principali in differētias separabiles & inseparabiles: quæ diuisione ex precedentibus clara est & in quo differat prima satis liquet. Ulterius inseparabiles diuidit in inseparabiles per se, & in inseparabiles per accidentis. Differētiae inseparabiles per se sunt quæ faciunt differre per se aliiquid ab aliquo, & quæ aliud faciunt, ut iam explicatum est: & ponit duo in quo hæ differūt ab illis. Primum est, quod hæ sunt per se in ratione hoc est in diffinitione quæ rei essentiam explicat: reliqua uero faciunt diuersitatem per accidentis, & non ponuntur in diffinitione essentiali, sed ad summum in descriptiua. Aliud in quo differūt est, quia differentiae inseparabiles per se non recipiunt partes graduales unitiue & penetratiue se habentes in eodem aequali subiecto: uel si ad nomina referas non prædicantur, cū his aduerbijs magis & minus: non enim dicimus Socratem esse magis rationalem quam Zeno. Inseparabiles uero per accidentes, recipiunt res significatiæ graduales partes, & nomina illas significantia prædicantur his aduerbijs. Dicimus enim unum hominem esse magis simum quam alium, ex quo habes quod propria non sunt de numero harum differentiarum: quippe cum non dicimus unum hominem esse magis alio risibilem: nec risibilitas partes graduales suscipiat: sed quod differentiae inseparabiles per se nec recipiant partes graduales nec ipsa nomina prædicetur modo præfato: probat autor duabus rationibus hoc in virtute continentibus. Prima est: genus nec recipit magis nec minus: ergo nec differentiae quæ ipsum diuidunt: consequētia est nota, quia cum ipsum genus sit diuisiū in quod in uirtute & potestate continet eius differentias diuidentes: si aliqua differentiarum susciperet magis & minus: & ipsum etiam genus, quod. n. in inferiori diuidenti est, reperitur in superiori per regulam ab Aristotele saepissime allegatam in libris Topicorum & præsertim in quarto, modo constat ipsum genus non dici nec prædicari his aduerbijs magis & minus: & per consequens nec partes graduales recipere: ergo nec differentia. Non enim dicimus Petrum esse magis animal quam Paulum. Secunda ratio est: illa quæ sunt de essentia rei constituuntq; diffinitionem essentialiēm rei, non suscipiunt partes graduales nec hoc modo prædicantur: quia tunc in aequaliter participaretur essentia his quibus participatur, quod nullus sane mentis concedet: sed differentia constituit diffinitionem rei cuius est, cum sit

modus generis atq; eius determinatio essentialis: ergo nō suscipiunt magis & minus. Atq; haec rationes non tātum uidentur suadere in differentiis & speciebus prædicamenti substantiae: uerum & in speciebus prædicamenti accidētiū si per abstracta procedas: non enim debet cōcedi una albedinem esse magis albedinem alia, esto quod plures partes graduales habeat, sed substantiae in quibus sunt bene dicuntur magis talia per ipsa accidentia: gradus enim superadditio essentialiam non uariat in accidenti, sed tantum individualiter determinat. (Rursus differētiarū quæ per sesunt.) Ponit subdivisionem differētiarum per se & inseparabilem que ultima est omnium diuisionum, dicens q̄ quedam sunt diuisiū, quedam constitutiū, sup qua aduerte nullā esse differentiā quæ diuidat genus quæ non cōstituat secundū aliqd inclusum in se specie, cū semper ad generis diuisionē sequatur specierū constitutio, qd non solū uerū est in differētiis ponētibus aliqd positiuū, sed & in differētiis quæ aliquo mō sunt priuatiue. Incorporeū n. diuidit genus substātia, & cōstituit subalterna specie puta spiritū, sive Metaph. Scotice loquendo: sive logice & noīaliter: quia cōstituit diffinitionē speciei: hoc n. est specie cōstituere. iuxta nominaliū positione & iuxta S. Tho. & ueritatē. Intelligatur ergo sic diuisione: q̄ differētiae p̄ se respectu aliquorū sunt diuisiū, & respectu aliorū sunt constitutiū: si. n. corporū ad substātiā referas, sic ipsum diuidit ut nō ipsum cōstituat: si uero cōpares ipsum ad subalternum genus puta ad corpus: sic ipsum cōstituit ut non possit ipsum diuidere, q̄ cōstituat: patet: quia in trā diffinitione sive cōpositionem metaphy. q̄ non diuidat cōptum est, quia quod diuidit est in aequalē & inferius ad quod diuiditur, modo corporeum & corpus aequalia sunt, quia omnibus quibus cōpetit realitas differentiae illis cōpetit realitas generis constituti, & noīaliter, de quibus uerificatur differentia, uerificatur ipsum genus sive species constituta diffinitiū p̄ ipsam, nulleq; alio differētū nisi q̄ differētia cōnotat: constitutū autē p̄ ipsam non, (in prædicamento substantiæ intellige), unde diuidere genus Scotice, est realitatis generis assignare realitates que potētia continebātur ī ipso que ipsum determinat: & quodammodo metap. coarctat, & fere idem est cōstituere speciem: Sed iuxta nominales non est nisi termino generico assignare terminos inferiores qui ipsum genus diuidat, ut si assignes rationale & irrationale huic nomini animal: Sed ne cui videatur hæc obliqua & tortuosa huius subdivisionis intelligentia, uideat Porphyriū id ipsum qd nos paulo īferius dicit̄ his uerbis. Cū igitur cādē differentiae partim constitutiū sint, partim diuisiū, uniuersē (inquit) specifica nuncupantur: ubi in genere fatetur omnem differentiā diuisiū esse cōstitutiū ac si clarius diceret & si cuilibet differentiae cōpetat diuide re & cōstituere, obtinet tamē differentia nomē a nobiliōrē effectu qd est cōstituere, & sic ab eo q̄ cōstituit sive species specialissima sit sive subalterna, specifica appellatur differentia, & nō a genere q̄ diuidit. Nōnulli dicunt q̄ differentiae quæ cōstituit specie sunt positiuæ differentiae, ex quo naturalē determinatā importat: ut corporeū: sensibile: reliqua uero quæ quodammodo dātur p̄ negationē: q̄ nō importat

deo determinatam naturam potius diuidunt quam con-  
stituant: sed aduersatur eis series presentis textus: ubi  
expresse fatetur autor illas priuatiuas differentias con-  
stituere etiā speciem: quare stādū est nostrae expositioni.  
In illis autē has diversitates oportet annotare, q. priuati-  
uæ differētiae multa plura includit q. positiue: ut patet de  
irrationali ad rōnale comparatiū, inanimatiū ad animatiū:  
ob quā causam ista nota inuenta sunt quasi priuatiua quæ  
tantā rerū diuersitatē ambirent, & nō quia priuationo  
mē differētiae possit obtinere cū sit purū nihil: ut patet in  
arbore autoris: in qua tantum sunt & collocātur genera  
quæ cōstituunt p. genera superiora & differētias positiuas  
diuidentes: sed nihil prohibebit aliā arborē cōstituere ex ge-  
neribus superioribus & differētis quasi priuatiuis ut patet  
si ex substantia & incorporeo sp̄itu cōstituas: & iterū sp̄i-  
tū p. suas differētias diuidas usq; ad indiuidua: sed q. lō-  
ga terenda uia erat, p. positiuas differentias constituta est  
arbor: eo q. non tā multiplicia includit: que oīa arbor a  
nobis suprascripta facile cōmōstrabit. (Has itaq; dif-  
finientes.) Videlicet e.e que diuidit genus et consti-  
tuunt specie que differētiae inseparabiles & p se sunt, qnq;  
modis diffiniuntur. Prima diffinitio est. (Differētia est qua  
species genus excedit, iuxta S. Tho. & noiales differētia  
est nomen sive cōceptus formalis uel obiectiuus quod ha-  
bet ponit in diffinitione speciei cōstitutæ p ipsam & nō in  
diffinitione generis p ipsam diuisi: uel si metaphysice po-  
tius q. logice cū Scoto uelis loqui. Differentia quædā reali-  
tas est, que est de cōpositione Metaphysica nature specifi-  
ca & nō genericæ: sed primum sentit Porphyrius & est  
rei ueritas atq; hæc diffinitio ultimæ differentie competit  
sicut nō ultimæ. (Diffiniuit ipfas & hoc pacto. Diffe-  
rētia est que de pluribus.) Ponit secundā diffinitionē  
que tātū genericæ cōgruit, ex ea tamē elicere poteris diffi-  
nitionē cōmūnē oībus si auferas ly specie: & si particula-  
rē diffinitionē ultimis differētis uolueris adaptare, pau-  
cis mutatis id siet. Diffiniuit autē Porphyrius hic genericā  
& non ultimā: tum quia notior alijs est quantum est ma-  
gis cōmūnis, tumetū quia reliqua difficultes sunt inueniunt,  
ut patet in arbore ubi positū est mortale & rationale loco  
ultimæ differentie hominis, cuius non erat reptum unum  
nōmē: hanc ergo sic intelliges: est nōmē sive cōceptus obie-  
ctiuus uel formalis qui habet predicari de pluribus conce-  
ptibus qui differēt specie in quale quid i. in predicatione es-  
sentiali sed qualitatua. In qua diffinitione facile notabis  
unaquæq; particula cuius gratia ponatur. Sed si iuxta Scotū  
uelis logice loqui, est secundā intēcio fundata in aliqua rea-  
litati secundū esse cognitū considerata cōicabili pluribus  
realitatibus specificis. Vel p̄ prius, est scd'a itēcio applicata  
alicui realitati secundū esse cognitū cōsideratæ cōicabili que  
potest predicari de pluribus alijs secundis intentionibus fun-  
datis in pluribus realitatibus specificis: sed notabis hæc rea-  
litatē non cōicari p se: q. omne q. cōicatur contrahi debet,  
modo cōstat differētia prie non contrahi: eo ergo modo  
quo contrahitur eo modo cōicatur & cōtrahitur ratioē il-  
lius qd' cōstituit sive sit genus sive species specialissima: ergo  
cōicabitur non p se, sed ratione illius cui id estificatur:

Ex qua declaratione colligere poteris metaphysicam decla-  
rationem quā uulgaris p substracto appellat: sed hæc decla-  
rationē nō est dialectica nec presenti pposito p̄tinens: sed q.  
d'ria dicat quale probat autor a signo: q. respōdemus ap-  
te ad questionē factā p quale: & q. hoc sit uerū pbat autor  
p locu a similitudine: q. sicut se habet in artificiatis &  
figura ita in Metaphy. compositionibus uel diffinitionibus  
genus & differētia: sed si p̄contati fuerimus p quid de sta-  
tua, respōdemus q. est & sive metallū: si uero qualis sit sta-  
tua respondebimus per figuram quam habet, uidelicet est  
curua, est recta, est sima aquilina &c. ergo. eodem modo  
in presenti per differentiā m̄respondebimus ad quale. Hæc  
comparationem sane oportet ut intelligas prout annota-  
bimus in questione super hoc cap. (Differentia est id quod  
suapte natura eā que sunt sub eodē genere separat.) Hæc  
est tertia descriptio uel est nomen q. per hoc quod ponit  
in diffinitione unius alterius nominis sive conceptus: &  
non ponit in alia (posito quod illa genere conueniant:  
nam alias generi & speciei poterit hæc descriptio cōpete-  
re) concludimus illa nomina uel ipsas res differre per se:  
uel est realitas que per hoc quod intrat cōpositionē meta-  
physicam unius speciei & non alterius. colliginus illas  
species sive naturas differre specificē. Hæc diffinitio cōis-  
etiam est omnibus differētis: (Insuper hoc modo  
assignat id quo singula differunt.) Hæc quarta dif-  
finitio ad benignum sensum intelligi debet sic. Est termi-  
nus qui per hoc quod est de essentia diffinitionis alicuius,  
id cuius est differentia differt a singulis illius generis in-  
tellige per se specifica differentia, Scote est quædam rea-  
litas que per hoc quod est de cōpositione metaphysica  
alicuius naturæ illa differt specie a singulis speciebus se-  
cum positis sub eodem genere, ponit exemplum de rationa-  
le & mortale, ubi dicit mortale esse differentiam: sed A-  
ristoteles quarto Topicorum passionem uitæ dicit esse: &  
sic magis apparet esse passionem: sed quia non erat no-  
minata differentia ultima circumloquitur per propriam  
passionem: ubi constat ly rationale, esto quod capiatur p  
habente animam rationalem supponit pro dijs sive demo-  
nibus Platonico more. Nec Aristoteles ab hoc multum ab-  
est. Dicebat enim Plato ut refert etiam Apuleius in libro  
de deo Socratis, quod demones sunt animalia corpore ac-  
ria quod antea Orpheus dixerat, acceptum forsitan a Mer-  
curio Trimegisto dicente acer esse plenum dijs, quod & ali  
quando diuus Augustinus putauit & postea respuit: sed  
sacra historia cui firmiter assentiendum est, de utrisq; dæ-  
monibus & angelis contrarium sentit, de angelis apud  
Paulum omnes sunt administratori spiritus propter eos  
qui hereditatem capiunt salutis: Et in Psalmo. Qui facit  
angelos suos spiritus, de dæmoni legitur in Euangeliō q.  
ejiciat Iesus spiritus immundos: est ergo iuxta catholicā  
ueritatem rationale ut dicit animam rationalem diffe-  
rentia ultima & oppositum afferere est erroneum.  
(Ex actius autē ea &c.) Videns & auctor quod hæc  
diffinitio quarta proprio poterat competere: eo quod per  
aptum natum ad nauigandum differt homo ab alijs ani-  
malibus, corrigit eam addendo quod cum hoc debet habere  
q. conferat

g. conferat ad substantiam rationem rei: per quod sufficien-  
ter differt a proprio quod & si primum habeat, non ha-  
bet secundum, cum sit quid accidetale cuius intelligentia ex  
terminis est clara: quare hic de expositione capitii supsedē  
dā: Quod si q̄ petat que sit diuersitas inter tot diffinitio-  
nes & diuisiones: Respondeo has diffinitiones nō esse hic  
accumulatas ut una addat supra aliam necessario: sed coa-  
ceruauit eas Porphyrius, eoq; unaqueq; est sui autoris, &  
ut ostenderet autorum diuersitates. Alter enim Theophras-  
tus: aliter & Vdemus Nicomachus, Stratolycon & re-  
liqui Peripathetice sectæ successores diuisere & definire,  
Atq; intantum de differencia dictum sit.

## Quæstiones super tertium uniuersale.

Circa tertium predicabile tres breues moueo quæstio-  
nes. Prima a quo sumatur differētia. Secunda quomodo dif-  
ferentia & genus dicuntur dare principiū speciei. Tertium  
utrum differētia infera contineat formaliter superā, quod  
est querere an reperiatur generis & speciei coordinatio  
in differentijs que sunt hec que a latere ponuntur in prædi-  
camētali arbore. Famosarum sectarū uarietatem enuclea-  
bimus circa unāquāq; quæstionē adiāgētes cuilibet opinio-  
ni dubitationes que accommodatores uidebuntur.

## Sententia, S. Thomæ.

Sanctus Tho. secundo de anima, ut alias retulimus, ac-  
si ex professo quæstionē tractasset habet hec uerba: q; ab  
anima rationali ut est principiū intelligendi sumitur con-  
ceptus obiectiuus differentie, & ab illa eadē (nō enim pos-  
nit duas animas) prout est principiū sentiendi sumitur cō-  
ceptus generis, & propter hoc dicitur a Porphyrio q; su-  
mitur genus a materia. i. ab aliquo determinabili & coar-  
ctabili, & differētia a forma tanq; ab aliquo determinan-  
te & coarctate: actus. n. est quiterminat & distinguit:  
quare a forma sumitur uterq; conceptus, ut ipse expresse  
fatetur: sed sumitur unus a forma tanq; si materia exis-  
ret, quia sumitur a forma ut determinabilis: atq; propter  
eandē rationem nihil prohibebat q; differentia sumatur a  
materia: si materia quodammodo habeat rationem determi-  
nantis. Si. n. capiamus hanc differētiā materiale, inuenie-  
mus ipsum a materia sumi: sed ut determinatiuum substā-  
tie: quare tā a forma q; a materia sumi pōt ratio generis  
pariter & differētiae: mō illud sit ut determinabile: hoc ue-  
ro ut determinās: eo. n. q; uideo hominē sentire: mouere se:  
sumo occasionē ad formandi conceptū alium obiectiuū:  
& quia uideo hoīem raciocinari: formo cōceptū differētiae  
determinatiū, ab apparētibus. n. in re esto q; sit simpliciter  
una & eadē, ista diuersitas sumitur, & si talia apparētia  
proficiuntur ab uno & eodem principio: quare nō est in-  
telligēdū oportere cognoscere aliam rationale diffinitę: sed  
sat est operatiōes eius diuersas clare & diffinitę cognosce-  
re ad horum conceptuum formationem.

## Secundi dubij decisio.

¶ Ad secundū respondeo q; talis principiatio (ut sic loqua-  
mur) nō est secundū rem: quia in re & fundamentaliter  
idem est differētia & species & genus: quia eadē res est a  
quibus sumuntur. Dicuntur tamen principiare ipsam quoad  
modū cognoscendi confuse & distincte: nā qui habet cōce-  
ptū generis, confuse cognoscit speciē sub eo contentam: &  
qui habet conceptū differētiae, habet principiū intelligendi  
speciem diffinitę: nā qui cognoscit genus cognoscit speciē  
sed ut cōmunicat cū alijs speciebus: & sic cū quadā indif-  
ferētia: differentia tamen facit me cognoscere speciē tanq;  
diffinitę ab alijs speciebus: & quia isti duo modi cognoscē-  
di sufficiunt ad cognoscendū quācunq; rem explicite, pu-  
ta cognoscere rem confuse & secundū q; cōuenit multis,  
& cognoscere ipsam secundū q; ab alijs differt: hinc est q;  
genus & differentia dicūtur principiare speciē: quia ista  
faciūt nos pfecte cognoscere speciem: quæ uerba sī ad sen-  
sum nominaliū conferas inuenies in eis multum ueritatis.  
Inquiunt. n. differentiā & genus principiare speciē quia  
sunt principia diffinitiuā speciei & in diffinitiōe eius po-  
nūtur: nec differētū in alio: nisi q; nōiales terminis & noti-  
cijs rem attribūt: hi autē Thomistæ uerbis mentalibus si-  
ue obiectuiis conceptibus.

¶ Ex quo sequitur q; secundum rem representatam dif-  
ferentia substancialis est substāntia: & accidentalis est acci-  
dens: tum quia prædicatur de substāntia essentialiter, tum  
etiam quia ponit in diffinitione substātiae, alias enim dif-  
finitiones substancialium essent per accidentia: tum etiam  
quia ponit in prædicamento substātiae: q; si dicas si est  
substāntia erit quid: nā substāntia quid est: quomodo ergo  
dicitur q; est quale: Respōdetur: p; si ipsa differētia substā-  
ntialis attēdatur ex parte rei a qua sumitur: & cuius est ta-  
lis cōceptus qui est differētia, est substāntia: si autē attē-  
datur ex pte modi prædicāti & intelligēdi, eo q; tale coar-  
ctat & determinat generis cōceptū, tūc hēt modū qualis.

## Tertiij dubij decisio.

¶ De tertio cum non fiat expressa mentio apud Sanctum  
Thomam, magna alteratio est inter Thomistas. Ioa. cap.  
primo: diffinitę quæstione secunda accedit ad Scotum super  
hoc respondens negatiue ad quæstionem, quem imitatur  
Paulus Soncinus septimo Metaph. q. xxvij. inquit enim  
Ioa. quod si includi formaliter in alio nō sit aliud quam  
dicere eandem essentiā & importare eandem rem cū alio:  
differentia inferior (inquit) bene includit omnes suppo-  
sures: hoc patet: quia sensibile & rationale in homine ean-  
dem essentiā significat, immo omnia quantum ad rem  
sunt eadem que ponuntur infra eandem lineam prædicā-  
mentalem: & sic cum eadem res importetur, differē-  
tia infera bene includit superā. i. quod importat superā:  
& econuerso. Si uero includi formaliter est secundum ra-  
tionem & conceptū ad hūc sensum q; cōceptus supere dif-  
ferētiae includatur in conceptu infera differētiae: taliter  
quod possit in illum resoluti tanquam in partem: sic tenet  
cum Scoto quod non: quod probat his rationibus que par-  
tim a Scoto sunt deriuatae.

**S**i rationale includeret differentias superiores ut animalum & sensibile, eadem ratione irrationale eas includeret, cum non sit maior ratio de hoc quam de illo: sed hoc nequid esse, quia tunc iam conuenient in illo uel illis que ambae differentiae includerent & sic non essent primo diuersa, quod est contra Aristotelem decimo Metaph. tex. comment. xij.

**I**tem haec propositio est immediata: nullum rationale est irrationale: sed non potest esse immediata: nisi predicatum & subiectum in nullo conueniant: dato enim opposito quod conueniant in aliquo tunc per id tanquam per medium posset predicatum remoueri a subiecto: ergo uidentur ex dia metro pugnare quod conueniant extrema in aliquo, & quod sint immediata: quare si in nullo conueniunt sunt primo diuersa extrema: sed quod sit immediata patet: quia probari non potest.

**T**ertiū, quia daretur processus in infinitū i differentiis, quod est impossibile: antecedens probatur: quia si rationale & irrationale includunt differentias superas: cum inter se etiam differant aliqua differentia differunt & non seipsis, queritur de illis per quae distinguntur, quomodo differant inter se, uel conueniunt in aliquo uel non: si non, intentū, si sic, probabitur processus in infinitum.

**C**ontra hanc sententiam ex parte aduersa quorundam Thomistarum sunt aliquae rationes quadammodo apparentes.

**P**rima. Conceptus differentiae non est magis simpliciter simplex quam conceptus generalissimi: sed ille est resolubilis in conceptus perfectiatis & entitatis si sit generalissimum substantie, ergo & hic est resolubilis: quare id iā non obstat quominus superas differentias includat infima differentia.

**I**nsuper sequeretur quod differentia ultima specifica esset de primis predicatis: & sic parum differret a genere generalissimo: nec essent decem genera generalissima: sequella probatur: quia cum genus non includatur in conceptu ipsius nec etiam differentia superior nihil poterit de illis predicari formaliter. Ad hoc facile diceretur negando sequellam: & discriberem est: nam de genere generalissimo in concreto & in abstracto nullo modo potest predicari aliquid tanquam superius: de differentia uero in concreto bene predicatur generalissimum: & genus & differentia superior tanquam de inferiori.

**A**d primum si in via Scotti esset standum, & resolui aliquid in plures conceptus esset resolui in conceptus quorum quilibet importaret distinctam formalitatem ab aliо quae possit cognosci perfecte & distincte sine alia: tunc tamen simpliciter simplex est conceptus generalissimi sicut differentiae: nec ille conceptus perfectiatis dicit nisi modum intrinsecum entis finiti: Descendit enim ens finiti in generalissima per modos intrinsecos & non per differentiam: si autem resolui sit possediudi in plures conceptus dicentes modos intrinsecos, tunc conceditur quod non sit tam irresolubilis conceptus generalissimi sicut ultime differentiae: sed quia sub Tho. nūc militamus agendum est principiis eius. Dico igitur ad argumentum quod non est resolubilis conceptus substantie in conceptum obiectuum entis: quia cum ens sit a-

nalogum saltem quoad obiectuos conceptus, conceptus obiectiuus entis non distinguitur a conceptu obiectuo substantiae.

Aristotelis sensus obiter dictus:

**S**ed quicquid sit de hac responsione quae apparetur datur, uideor mihi hos Thomistis textum Aristotelis pentitus eneuare pariter & sui principis doctrinam: Aristoteles enim septimo Metaph. tex. commen. xl. iiij. probat definitionem esse unam, esto quod ex diuersis uideatur componi, utputa ex genere & differentia, quod probat ex hoc quia genus nihil importat praeter species: quia non inuenitur animal quod non sit bos uel equus uel homo: & differentia etiam quadammodo importat eandem rem licet diuersimode: quia genus importat rem ut materia: & hec ut forma, quod multum iuuat primae questioni huius universalis. Atque ibidem postmodum probat quod nec multitudo differentiarum in distinctione impediat distinctionis unitatem si debito modo sumantur: & docens quomodo debet sumi multitudo differentiarum debito modo habet hec uerbis proposito deseruentia iuxta Argyropilum. At uero differentia in differentia etiam dividatur oportet: cum differentia est animalis pedes habere: Rursus animalis pedes habentis ut pedes habet. i. ut differentia: Differentia inquit alia percipiatur oportet: quare non est dicendum si habentis pedes aliquid prius aliud expereſſe: id est non bene sic dividatur: sed hoc pacto, inquit, aliud sectos pedes, aliud non sectos pedes habere. Hoc n. ad pede. inquit, accommodata est differentia: quippe cum pedu[m] quodammodo sectio sit differentia pedis, atque hoc pacto peruenientium est quo usque ad ea perueniatur quae differentia carent. At tot species pedis emergent quot sunt pedis differentiae. Ex quibus uerbis satis aperte colligitur quod est divisione differentiae in differentias tanquam in alias differentias: sed nunquid sequitur quod differentia superma includatur in differentia inferiori dividente ipsam? non magis quam concludipotest quod differentia includat genus quod dividit. Sed arguo sic ex textu, concedit Aristoteles quod ex divisione causantur tot species quot sunt differentiae & respectu superioris differentiae: ergo iam habetur quod est genus: quod si est genus aliquid in ea includitur: & sic non est tam simpliciter simplex.

**I**nsuper S. Thomas super illa uerba concedit hanc propositionem, scilicet pedis est pedalitas: sed in abstracto nunquam debet concedi nisi quando unum est per se de conceptu alterius, ergo pars affirmativa uera. Scio quod potes dicere item propositionem concedi a Sancto Thoma loco huius, habens scilicet pedes est pedale: ad minus Philosophus non poterit commode glosari super id quod dicit quod ex divisione differentiae generatur species, quod S. Thomas apte fatetur super illo passu, quod multum derogat precedenti opinioni. Dat enim secundum Philosophum conceptus differentiae qui non est simpliciter simplex in ultimis tamen differentiis cum non sint amplius diuisibiles ne abeat in infinitum, concedit ibi aperte Philosophus non esse diuisibiles.

Quare

**Q**uare non ex toto aduersatur philosophus precedenti opinioni : Sed tantum in hoc q. concedit aliquam differentiam fore partibilem & diuisibilem , quia concedit esse genus . Species tamen causatæ ex diuisione non erunt differentie : hec in via sancti Thomæ.

## Sententia Scoti.

**D**octor subtilis in primo.q.iij.dist.ijj.inquit q. differentia potest sumi aliquando a forma : vt si ponamus duas animas in homine , a priori hoc est sensitua sumetur genus , et a posteriori sumetur differentia : sed inquit q. talis conceptus non est simpliciter simplex , immo dicit q. sicut de illa anima intellectua prædicatur ens : sic de illa differentia in abstracto prædicatur , nec suspicor huius esse aliam causam nisi q. rationalitas assumitur illic vt species cum non sit ultima differentia respectu spiritualitatis : et sic facit predicationem per se cū illa differentia : quam nō faceret si differentia illa diceret conceptum simpliciter simplicem sed quodammodo denominatiuum , quod magis apperit Scotus quando dicit , q. differentia illa non est ultima . quia in tali continetur plures realitates aliquo modo distincte tali distinctione (inquit) qualis reperitur inter essentiam in diuinis & proprietatem personalem : que est formalis , de qua sermo habitus est . vnde sequitur q. anima componitur Metaphysicorum secundum Scotum , atq. p inde in genere posse ponit : nisi obviat esse partem & non ens per se , quod bene nota pro inferius dicendis .

**U**ltima tamen realitas (inquit) a qua sumitur differentia proprie est conceptus simpliciter simplex , hoc est non est resolutibilis in alias realitates quæ sunt partes Metaphysicæ a qua sumitur conceptus differentiae simpliciter simplex : dicit etiam hanc esse differentiam inter differentiam hanc simpliciter ultimam : et primam , quia hæc nō includit ens tanquam quid , vnde hæc non est inquit . a. est ens , sed est (inquit) quasi per accidens : sed de prima differentia bene dicitur ens inquit . propter quod dicit ipse q. ens non poterit esse genus , eo q. genus secundum q. tale , est extra omnes differentias (vt aliquo modo visum est) quomodocunq; accipiuntur differentiae sive a forma sive a realitate ultima , et q. debeat esse extra differentias ex hoc est , quia cum illud a quo sumitur conceptus generis sit aliquomodo potentiale respectu illius a quo sumitur differentia , et semper potentia sit extra actum , sequitur subinde q. differentia debeat esse extra genus , sed non est aliiquid q. fugiat latitudinem entis , ergo nihil potest esse differentia respectu ipsius , hanc rationem forsitan prætendebat philosophus .ijj. Metaphysicorum quando hanc questionem de terminabat , sunt alia rationes quare ens non sit genus . puta quia sit infinitum permisssum nec contrahibile per distinctiones realitates sed per modos intrinsecos . Est enim alia ratio quam philosophus ponit in .vij. Thopicorum , quia quod est genus debet esse principium distinctionis eorum quæ continentur sub tali genere ab alijs quæ continentur sub alio , quod non contingit in ly ens cum de omnibus prædictetur .

**S**ed q. sit dabilis realitas ultima a latere sic contrahens ut non contrahatur & simpliciter simplex patet . quia si differentiae duæ conuenirent . ergo cum non omnino conueniant aliquid est quo differant . ergo alijs differentijs differunt : cum idem nequeat esse principium conuenientia & differentiae . quare istæ non erant ultimæ . Sed quæram iteris de illis , vel sunt Metaphysice composite & si dicas q. sic : abeundum erit in infinitum , si sunt simpliciter simplices . habetur intentum : q. si in infinitum abis , tunc non posset cognosci aliqua res perfecte cum non sit per transibilibus ille processus realitatum ab intellectu : ex hoc descendit Scotus in præfata distin . & q. in responsione ad questionem ad cōceptu obiectiuos , dicens q. sicut resolutio entium compofitorum stat ultimum ad simpliciter simplicia ita q. nihil unius includit aliquid alterius , sic opportet in cōceptibus stare ad conceptum unum simpliciter irresolutibile , cōceptus enim obiectiu imitantur realitates : ita ut deitur conceptus obiectiu sic determinans ut nullo pacto includat cōceptu determinabilem , quæ ratio Scoticis imbutis doctrinis tantum facit fidem , apud exterios tamē multa dubia & forsitan falsa assumuntur sed hic nolo agere censem , atq; hoc de primo .

## Dilutio tertij dubij.

**E**x hoc clare poterit responderi ad tertium quod queratur , nam cum conceptus obiectiu ultimæ differentie sit simpliciter simplex , nihil de illo prædicabitur in abstracto & si sit realitas transcendentalis nec in predicatione idem pica nec formalis , q. si entitas in abstracto prædicatur de humanitate & animalitate in predicatione idem pica & reali hoc ideo est , quia nondum sublata stratio idem ptitatis eo q. est infinita permisssum . possunt enim habere duas causas veritatis aliquæ propositiones in concreto . vt hec homo est ens homo est animal , aliquæ non nisi unam , nā q. prima propositio concedatur videlicet humanitas est entitas & multe aliæ habet hoc ex duob; ex idem ptitate reali quam habent realitates importatae in illis extremis cum supposito in quibus sunt & etiam ex infinitate permisssum vel formalis quam alterum extremorum habet : quare licet per abstractionem primum tollatur imprefata propositione & similibus manet secundum , & sic semper conceditur q. non contingit in hac rationalitas est entitas , ens n. cū nō permitatur esse quid respectu differentie . denominatio autem non potest fieri nisi a cōcretuo : quare licet hec concedatur rationalitas est ens non tamen concedetur hec rationalitas est entitas idem pica nec formaliter , quare minus vera erit hec rationalitas est sensibilitas , si enim ubi in altero extremorum importatur aliqua realitas i abstracto que includitur Metaphysice in alia (vt patet in hac humanitas est animalitas ) non contingit verificari predicationem : multo minus ubi realitas unius extremi nullo modo includitur in realitate alterius : vt in hac rationalitas est sensibilitas : quare non contingit unam de alia prædicari in abstractis : nec in concreto prædicabitur de illis .

inquit, nam illud quod de alio predicatur inquit (nisi sit transcendens) importare debet realitatem que includatur in inferiori, quod non contingit in proposito: ut paulo ante probatum est,

## Decissio secundi dubij.

¶ Ad secundum autem quomodo principient speciem differentia & genus, potest dici quia talis conceptus obiectui constituant diffinitionem vel quia ex realitate a qua sumitur genus tanquam a potentiali & ex realitate a qua sumitur differentia tanquam ab actuante & perficiente constituitur Metaphysica specifica natura.

¶ Pro hac tamen opinione mouentur duo dubia quorum decissio non parum utilitatis afferet huius viae curiosis investigatoribus. Primum est, quo differant modus intrinsecus et differentia. Secundum, utrum anima rationalis componatur Metaphysice & ponatur in predicamento per se.

¶ Circa primum inuenio Scotistas inter se disidentes quorum diversitas ex hoc pendet videlicet, an modus intrinsecus pertineat ad rationem formalem illius cuius est modus, sive pars quidditatis eius vel ne Negatiuam partem bona pars Scotistarum tenet quod ex mente Scotti (licet ipse varius quodam modo fuerit) tenendum sine villa hesitatione censent. Sit ergo pro his prima propositio. Modus intrinsecus non pertinet ad rationem formalem cuius est modus, quod ex mente Scotti nititur deducere in. i. dist. in. vi. q. iij. videlicet, quod intensio ut decet est modus intrinsecus respectu albedinis, manifestum autem est quod certa intensio non est de ratione formalis Albedinis. Ex hoc autem sic arguitur, certum est quod albedo ut quatuor & albedo ut tria habent eandem diffinitionem & tamen sunt ibi diuersi modi intrinseci. ergo habent eandem rationem formalem, sed si esset de eorum ratione modus intrinsecus, variatio ipso variaretur & ratio. ergo non pertinent ad eorum rationem formalem.

¶ Secunda propositio. Modus intrinsecus non habet distinctam formalitatem ab illa cuius dicitur esse modus. Nam tunc per suum aduentum non posset non variare rationem formalem illius cui aduenit, formalitas enim adueniens realitatibus distincta ab illa cui aduenit, essentiam variat totius, & per consequens distincta diffinitio esset albedinis ut quantuor ab albedine ut tria quod est falsum & contra Scotum loco prefato, quare non distinguuntur formaliter positive modus & id cuius est modus, quia ad eadem distinctionem offerret ibi esse distinctas formalitates, quorum una non includeretur in alia. Distinguuntur igitur formaliter negative, eo quod modus intrinsecus non est de quidditate rei cuius est modus, & dicetur etiam idem formaliter improprie, ex eo quod non importat aliam formalitatem ab ea cuius est modus. quare idem formaliter & non idem diuersis tam respectibus.

¶ Ex hac propositione sequitur quod modus intrinsecus non poterit non modo perfecte verum nec distincte cognosci sine re cuius est modus, cum non habeat formalitatem quantum est de se: quae possit esse ratio terminandi alicuius notitiae. ipsa autem res cuius est modus cognosci potest per

feste quo ad essentialia & suam rationem formalem sine modo, & quando Scotus dicit quod non potest perfecte cognosci: intelligit quantum ad ea que nata sunt in tali regulariter cognosci, regulariter enim in re praeter essentialia cognoscitur existentia sive modus se habendi ipsius, nec ex hoc inferas quod nulla esset differentia inter cognitionem quod cognoscitur una realitas sine alia & qua cognoscitur id cuius est modus intrinsecus sive suo modo, quia quando cognoscitur unarrealitas sine alia: ut animalitas quando cognoscitur sine rationalitate potest perfecte cognosci quoad essentialiam & eminem perfectionem quam talis realitas in quantum sic potest habere sine rationalitate, suntque ibi distincta obiecta Metaphysice separata, modus autem cum non possit separari Metaphysice abstractive tanquam distinctum obiectum: in ipsa realitate includitur ad sensum iam dictum et non separatur cognitione perfecta ab illo cuius est modus, cuius contrarium est indiversis realitatibus.

¶ Sed iam modum intrinsecum diffiniamus, est enim qui additus alteri non variat conceptum formalem constituti per ipsum, ut finitas & infinitas & existentia, intensio in accidentibus. Dicitur conceptum formalem & non essentiam ut excludantur haec etates que licet non variant essentiam cum eadem sit essentia hominis in Socrate & in Platone variat tam conceptum formalem, in plus enim se habet formalitas quam se habet essentia. Dicitur notatorem constituti per ipsum, per quam particularia differt a differentia, quia per differentiam fit aliud compositum Metaphysicum a praexistenti & contracto, per modum autem: non, cum ut dictum est non importet distinctam formalitatem, appellatur autem hic modus intrinsecus, eo quod intrat rationem formalem eius cuius est modus ad bonum sensum, quia non distinguitur formaliter a re cuius est modus. Hanc diffinitionem ad mentem principis huius viae esse, sic suadeo duabus dictis at passibus ex ipso fideliter citatis.

¶ Primus est, in loco citato circa primam propositionem, ubi ait Scotus, quod potest cognosci albedo haec sine suo modo intrinseco & talis conceptus erit communis omnibus albedinibus, sed talis non erit perfectus huius albedinis, si igitur ille conceptus erit communis omnibus, iuxta illum poterit diffinitio & ratio formalis omnium albedinum summi. ergo non variatur per eadem modum. Et confirmatur ex his quae dicta sunt circa primam propositionem, quia si variaret nihil differret a differentia, & sic ens posset esse genus, quod est contra eundem Scotum & contra Aristotelem.

¶ Secundus passus est in eadem distinctione, quod in responsione ad questionem ubi querit, utrum perfectio essentia in deo distinguatur aliquando ex natura rei: habet haec verba respondendo ad questionem. Est ergo ibi distinctione tertia precedens intellectum omnimode, & est ista, quod sapientia est in re ex natura rei & bonitas est in re ex natura rei, Sapientia autem in re formaliter non est bonitas quod probatur, quia si infinita sapientia esset formaliter infinita bonitas & sapientia in eis est formaliter bonitas in communione, et probans haec consequentiam, dicit infinitas enim non destituit rationem formalem illius cui additur, quia

quia in quocunq; gradu intelligatur esse aliqua perfectio. non tollitur formalis ratio perfectionis propter istū gradum. h.e.c ille in forma, vbi expressē dicit infinitatem non tollere rationem formalem, modo infinitas modus intrinsecus est, quare de mente eius videtur esse diffinitio. Hanc partem tuerit Antonius, Sirectus. Stephanus. Antonius Trombeta, & multi alij,

¶ Ex his omnibus colligi potest discrimen inter modum intrinsecum & differentiam, quia differentia distinctam formalitatem seu realitatem dicit ab illa cuius est differentia, estq; alia perfectibilis per illam quae est differentia. nec est intra rationem formalem illius cuius est differentia, sed semper est extra. Modus aut̄ intrinsecus non dicit distinctam formalitatem ab illo cuius est modus, sed est intra ad bonum sensum, quo sit ut contractio quae sit per differentiam sufficiat ad ponendum aliquid in genere, altera autem non. Omne enim illud quod cōponitur ex realitate actuabili & ex alia perfectienti: ponibile est in predicamento et in genere, illa autem quae sit per modum non proprio potest appellari contractio, eo q; contrahens debet esse extra contractum, non enim proprio aliquid contrahitur per aliquid quod non sit distinctum ab eo quod contrahitur. erit igitur quasi contractio, ex quo manifestum euadet quare ens nō sit gen⁹, esto q; per modos intrinsecos determinetur. Patet etiam discrimen inter distinctionem modalem & formalem, quo sit ut possit concedi haec propositio, finitas est entitas.

¶ Contra hanc decisionem arguunt nonnulli Scotistæ ex quibusdam passibus Scotti contrariam partem determinando, nitentes probare modum intrinsecum esse de quidditate illius cuius est modus, variareq; quidditatem constituti per ipsum, quod est diffinitionem datam perdere.

¶ Primo sic, habet Scotus in pri. distin. ij. vbi agit de propositione per se nota q; haec propositio deus est ut ly est dicit existentiam: est prima & immediata, sed hoc non esset nisi eē existere esset de ratione formalis naturæ diuinæ, igitur, habet enim haec verba Scotus in responsione ad. q. loquens de ista deus est. q; propositio illa est per se nota, quæ coniungit ista extrema esse & essentiam diuinam ut est haec, & dicit q; illa propositio non est per se secundo modo, quasi predicatum esset extra rationem subiecti, sed est p se primo modo & immediata, eo inquit, q; esse nulli perfectius conuenit quā huic essentiæ, quare nullum erit medium quo possit probari. Si ergo est immediata et in primo modo p se nota: predicatum debet esse de ratione formalis subiecti. & predicatur esse existere qui est modus intrinsecus. igitur.

¶ Sed q; variet rōnem formalem probatur sic, ens finitum & infinitum distinguunt essentialiter & quidditative, et

non ratione entitatis ut abstrahit ab utroq;. ergo ratione infinitatis vel finitatis, at hi sunt modi intrinseci, ergo variat rationem formalem.

¶ Afferunt etiam pro se aliud Scotti dictum in quolibet. vbi dicunt Scottum dixisse infinitatem esse de ratione naturæ diuinæ.

¶ Pro primi solutione notato has duas propositiones, pri

ma est, haec propositio deus est. ut cognoscitur a bea-

tis in patria non est in secundo modo dicendi per se probatur, nā in istiusmodi propositionibus predicatum est extra rationem formalē subiecti, dicitq; distinctā formalitatem. ut patet in hac homo est risibilis, sed hoc non potest dici de existentia respectu essentie diuinæ, quia tunc variet rationem formalem adueniens ipsi essentie non enim potest una formalitas alteri advenire, quin variet rōnem formalem constituti per ipsam, quod est contra rationem modi intrinseci,

¶ Secunda propositio, propterea dicitur illam esse propositionem primi modi perfectitatis & immediatissima, quia cum esse sit modus intrinsecus eius, pertinet ad rationem formalem illius cuius est modus saltem reductive, eo q; nō habet aliam distinctam formalitatem, non q; sit positivus in primo modo perfectitatis, quia debuisset importare prædicatum quidditatem vel partem quidditatis subiecti, sed negative, quia non egreditur primum modum perfectitatis, eo q; non importat distinctam formalitatem ut dictum est, ppositio probatur, nam eo modo quo est idem formaliter non egreditur formalitatem cuius est modus. Dicitur autem immediatissima: quia omnes propositiones quæ enunciant proprietates vel quasi passiones de deo egrediuntur primum modum, quia prædicata dicunt distinctam formalitatem a subiecto, modo immediatior est propositio quæ non egreditur primum modum, quā illæ quæ egrediuntur, ut est illa de qua est questio.

¶ Atq; per hoc patet responsio ad id quod afferebatur vlt̄ mo ex Scoto, si usquam ab eo dictum est, q; quando dixit q; est de ratione formalis infinitas ipsius essentiae diuinæ debet intelligi i. non egreditur rationem formalem eius, q; non habet distinctam formalitatem.

¶ Ad secundum quo probabatur infinitatem variare rationem formalem, res, q; ens infinitū potest capi dupliciter, Vno modo realiter sive fundamentaliter, formaliter non est nisi conceptus obiectiuus existens in anima obiective, quod erit esse cognitum entis infiniti, vel obiectū relucens in specie, quo immutabitur intellectus ad formandum conceptum tali relucenti correspondēt. (his enim modis solet æquuocari in hac schola de conceptu obiectu) fundamentaliter vero est ipsa essentia infinita, ut habet esse reale extra intellectum, a qua sumitur & abstrahitur conceptus ille prefatus, Ad rem igitur, si loquamus de ente infinito primo modo vtcunq; capiatur conceptus obiectiuus, tunc dico, q; ens finitum ut sic abstractive cognitū, vel ut relucet in specie vel speciebus, et ens finitum non distinguuntur quidditative, sed si capiatur secundo modo differunt quidditative, & hoc est quod argumentum probat, sed tunc non capitur entitas cum sola infinitate ut constat, Manet ergo illesa decisione modi intrinseci, Atq; haec de hac diuersitate dixisse sufficiat.

¶ Sed ut sine controversia loquamur, & Scotti littera salutetur, placet mihi ponere aliud modum intrinsecum qui insequitur naturam, aliud qui consequitur individuum, primum vocabis tantitatem sive certam perfectionem naturæ ut in entitate finitas & infinitas quem dicemus varia ratione formalem, ut probabat haec postrema opinio es-

credo appartenere ex mente Scotti deduci, Secundus vero modus extra essentiam illius cuius est dices esse. ut contendebat prima opinio.

## Secundi dubij decisio.

¶ Ad secundum respondeo per alias conclusiones quarum prima est. anima rationalis componitur Metaphysice probatur, sicut se habet humanitas ad haecitatem sic natura a ratione rationalis ad haecitatem eius, patet nam sicut illud est prius et hoc posterius, illud contractum et hoc contrahens ita et hic, et sicut est dabile in homine aliquid quo est homo, et aliquid quo est hic homo, sic est dabile aliquid quo sit b. anima et aliquid quo sit haec anima. secluso quocunq; opere intellectus. ergo est ibi alia et alia realitas. quare cum sint idem realiter et nullum illorum est formaliter infinitum, facient Metaphysicam compositionem. Metaphysicam suadet.

¶ Rursus natura animae est comunicabilis per indifferentiam, haecitas est incomunicabilis et reddit ipsam naturam incomunicabilem. ergo praedicta contradictione verificatur de illis, et sunt idem realiter quia eadem est anima et haec anima. ergo distinguntur formaliter. quare et cetera.

¶ Quod si petatur quae erit realitas communior quae contrahitur ad esse quod habet natura animae rationalis incomparabili. Res, quae spiritualitas cui due differentiae innominatae possunt adaptari. a et b. a. contrahet ipsam ad esse angelorum. b. autem ad naturam animae rationalis. ita quae eius natura constituetur ex spiritualitate et b. differentia. a. autem supplet vicem multarum differentiarum sicut irrationale. eo quod in angelis sunt multae species quae non reperiuntur in animalibus rationalibus.

¶ Dico vltius. quod si ad hoc quod aliquid sit genus opportet quod importet quidditatem respectu aliquorum quae sunt hoc aliquid in rigore: hoc est entia per se subsistentia et completa: anima non est in genere. quia non est hoc aliud in illo sensu. si enim aliquid esset genus eius immediatum esset spiritus, sed ille non vt constat. igitur. si tamen sufficiat ad hoc quod aliquid sit genus directe, quod importet quidditatem communem respectu aliquorum que sunt hoc aliquid. i. singularia habentia verum esse, tunc spiritus est genus, et haec anima rationalis potest dici prima substantia et est hoc a liquid, haec enim quidditativa est. a. est spiritus sily. a. sit nomen animae, quare secundum quod est pars reductio ponitur sub genere sub quo ponitur id cuius est pars et sic ponitur sub animali, directe autem ponetur sub spiritu, non credo tamen ad mentem Aristoteles. entia non completa nec per se subsistentia debere ponni in praedicamento, maxime cum secundum Com. genus substantiae sit substantia per se et completa et quae subsistat accidentibus, ut habet etiam Boetius.

¶ Nec aliud puto esse dicendum secundum Thomam, nam cum ibi reperiatur compositione ex esse et essentia. si non obstat quod est pars, in praedicamento erit reponibilis directe.

## Nominalium positio.

¶ Secundum nominales conceptus formalis differentie sumetur a conuenientia essentiali duorum hominum quos nouerim conuenire in hoc quod videntur ratione vel nati sunt habere rationem, vel habent animam rationalem qui licet ab aliquo quod est quid essentiali sumatur: dicitur tamen conceptus ille qualitatius et predicari in quale, quia sumitur ab essentia ut modificatur et qualificatur et determinatur, quod qualitatibus videtur competere, non enim ponunt differentiam inter conceptus differentiae et generis nisi in hoc, quod differentia importat qualequid, erit ergo talis conceptus connotatiuus. sed intrinsece, quia dicit essentiam rei quae significat per modum qualis..

¶ Erit tamen bona difficultas in hac via, vtrum omne genus habeat differentias, similiter an in differentiis possit reperiri coordinatio directa praedicalentalis.

¶ Ad primum est multorum nominalium doctrina, quod genera accidentium et substancialium spiritualium non habent differentias, ut iste terminus coloratum et hic terminus spiritus, probatur de primo, nam si talis posset assignari differentia hoc esset ratione sui significati formalis, quia ratione huius distinguuntur praedicamenta, sed ratione significati formalis non potest dari. igitur minorum probant, quia terminus qui est differentia debet connotare partem essentialiem rei pro qua supponit, sed illa res cum sit accidentis non habet physicas partes (nam aliae partes realiter loquendo non assignantur ab his), ergo non poterunt dari differentiae respectu talis termini, at cum eadem ratio currat in terminis substancialium indivisiibilia, vtrumque assumptum est conclusum.

¶ Ex quo infertur quod tales non sunt diffiniibilis proprietas, quod diffiniitio debet ex genere et differentia constare quam non habent ut probatum est, nec mirum inquitur, quia sola species substancialis est diffiniibilis proprie.

\* sed dari genus sine differentiis et species sine illis non possum mihi persuadere, nec credo esse Aristotelice dictum cum se habeat genus tanquam materia et differentia velut forma, nec possit dari potentia sine suo actu, non poterit assignari potentia quin possit assignari actus. Rursus conceptus specificus (si proprius specificus est ut reperiatur in praedicamentis accidentium) vel ultra conceptum generis includit alium conceptum, vel non, si non, non differt a generis conceptu, si aliquid, vel est proprium, vel differentia, vel accidentis, non proprium nec accidentis, quia tunc non constitueretur vera species: quod est falsum, cum album vere sit species respectu colorati, ergo erit conceptus differentiae, quare ad hoc quod habeat differentiam: sat erit quod habeat conceptum representantem eandem rem connotantem quod aliqualiter essentialiter se habeat, nec requiritur quod importet partem essentialiem rei, sed eandem rem aliqualiter essentialiter, et sic oppositum est magis probabile: licet bona pars nominalium illam partem sit secuta.

¶ Ad secundum respondeo breuiter in differentiis reperiri ordinem etiam praedicalentalem, vnde ratione species poterit esse illius termini sensibile, cum sit terminus inferior.

ferior & licet sit connotatiuus: connotatio tamen illius termini sensibile est superior ad cōnotationem istius termini rationale, si ergo hęc est essentialis quidditatua & directa, rationale est sensibile vt constat, nihil prohibet ibi esse ordinem prædicamentale, cum talis ordo nō sit nisi ordo terminorum habentium se sicut sub & supra.

**S**ed queres quid est modus prædicandi huius prædicabilis? Res q̄ est prædicari in quale essentiale de pluribus, dico de pluribus solū, vt includatur differentia genericę & specificę, Hęc circa differentiam.

#### Caput quartum de proprio.



Roprium autem per quattuor dividitur modos, nam proprium est id, quod soli cuiuslibet accedit speciei & si non omni. vt homini accedit mederi aut geometricę contentiolarī. Et id item quod omni accedit speciei & si non soli: vt hominem bipedem esse, Etiam id quod soli accedit & omni: atq; quandoq; vt omni homini in se necesse canescere, Quartu autem est id in quod omnia cōuenient ut soli & omni semperq; accedit, qualest̄ risibile respectu hominis, Nam homo & si non semper ridet, risibilis tamen dicitur, non ex eo quia semper ridet, sed q̄ aptus est ad ridendum, hoc autem ipsi semper est insitum, quemadmodum & equo ipsum hinnibile, hęc & propria inquiunt esse quia in his ipsis sit: & ecōuerso, si est enim homo, est risibile, & si est risibile est etiam homo.

**T**(Propriū autem per quattuor diuitur modos,) Post cōfederationem vniuersalium quae dicunt essentiam, determinat modo de his quae ipsam essentiam circumstant & que quodammodo extranea ipsi rei sunt, & quia ex his quaedam sunt quae speciem consequuntur ut propria, quædā quae ipsum individuum, prius de his quae consequuntur speciem: quae propria dicuntur, acturus postea de his quae diuersificantur secundum individuum quae accidentia cōmuni via nuncupantur, plus enim accedunt illa ad essentiam q̄ hęc, cuius signum est q̄ diurniora sunt & omnino inuariabilia, quæquidem proprietates ad essentialia maxime videntur pertinere, ponit igitur autor in presenti capitulo quattuor acceptiones proprias, & tandem ultimam acceptat tanquam propriorem acceptiōē & quae hoc quartum vniuersale constitut, nam reliqua acceptiones ad cōmune accidens, vel ad differētiā possunt redigi. Prima acceptio est pro illo quod competit soli & non omni, vt esse medicum esse geometram, ubi nomina illa non dicunt apititudinem quia sic omnibus hominibus competenteret, sed tantum actum vel habitum, & non quemcūq; sed actum qui fit cum adiutorio sensus, esse enim geometram actu angelis & dæmonibus competere potest & competit, q; & ipsa veritas docet & Arist. v. Thopi, fatetur ubi dicit susceptiūm discipline non esse hominis proprium eo q; diis etiam competit, ubi per deos intelligit vel angelos vel dæmones,

quam acceptancem sic in nominib; interpretaberis, proprium primo modo, est terminus qui verificatur de termino cuius est proprium cum signo exclusivo & non cum vniuersali, vt tantum homo est medicus sed nō omnis homo est medicus, hoc enim sonat ly solum & ly omnis, Realiter, est accidens quod inest solis hominibus & non omnibus, sed hęc acceptio ad accidens pertinet, dicitur tamen proprium vt distinguatur contra cōmune quianō est tam cōmune sicut albedo, (Et id item q; omni accedit speciei & si nō soli,) Ponit secundam acceptancem cuius acceptio nisnomina, actum etiam dicunt qui inest homini secundum naturam & si non semper, non enim omnis homo habet duos pedes, quia aliquis caret altero vel ambobus, sed secundum naturam omnis homo bipes est, Hęc differentiam assignat Arist. v. Thopi, Inſinuans q; qui assignaucrit proprium secundum naturam tanquam aliquid quod semper inest peccatum, & ponit exemplum de bipede, quae acceptio p̄ prius accedit ad id quod vere proprium est quam præcedēs acceptio, sed in hoc q; est magis cōmuni q; ipsum cuius est paululū recedit a quarta acceptiōe. In nominib; sic expones, est terminus connotatiuus qui natus est prædicari de subiecto cuius est & dicitur proprium: cum signo vniuersali sed non exclusivo, vt hoc nomen bipes suscepitum discipline, & generaliter nomina quae sunt propria quanto modo respectu vnius generis: erunt propria secundo modo respectu vnius speciei contenta sub tali genere, vt si dixeris aptum natum ad sentiendum respectu hominis vel equi, Realiter, erit aptitudo quædam &c. (Etiam id quod soli accedit & omni atq; quādoq;) hęc tertia acceptio proprius precedentibus accedit ad quartam acceptiōem que etiam aptitudinem dicit, sed non quacunq; sed aptitudinem in potentia propinqua, vt aptitudo ad canescendum, manifestum est q; competit soli homini, cetera vero alia & si in pilis canefiant & albefiant non tamen ex senectute sicut hominis contingit, q; ex complexionis frigiditate maxime prouenire cernitur, & competit omni sed nō semper, quia non habet propinquam aptitudinem quando homo puer est vel adolescens vel iuuenis, tunc enim dicitur esse aliquid in potentia proxima sive propinqua aliquid ad aliud, quando habet causam immediatam & principiū immediatum ad illud, In nominib; vero, sic, est nomine qđ prædicatur de illo cuius est proprium cum signo vniuersali & cum signo exclusivo sed non pro quoq; tempore prædicatur de subiecto supponente, immo supponit quādoq; subiectum non supponēt proprio illo, sumpto vt dicit aptitudinem propinqua, quare si vis vt dicat actum sic verificabis modo restrictivo, omnis homo in senectute habet canos, si vero potentiam sic, omnis homo habet aptitudinem in potentia propinqua ad canescendum, quod manifestum est non habere verum nisi in senectute. (Quartum autem est id in quod omnia cōuenient) i. est aptitudo quædam sive res apta natā (in primis intentionibus loquendo) quae inest omni cuius dicitur proprium & soli et semper: quod competit aptitudini, quae ex principiis essentialibus fluit, proprium enim isto modo parificatur speciei cuius est, Logice sic, secundum Scotum est secunda intentio

fundata in aliqua aptitudine, quæ formaliter distinguitur a re cuius est aptitudo quæ inest soli &c. Nominaliter, est nomen quod predicitur cum signo universali & exclusione de nomine cuius est proprium pro quoque tempore p quo supponit subiectum cuius est, ut risibile & hinnibile capiendo hos terminos ut apliat ad formale, (hec & ppriæ.) inquit: q. hec est propria acceptio, quæ facit quartum universale quod probat, quia conuertitur cum re cuius est proprium, latenter hic Aristotelem allegat. qui in i. Thopicorum. ij. capite diffinit proprium hoc pacto, proprium est quod non indicat quid est esse rei: soli autem inest, & conuer- sim predicitur de re, vbi in ly conuersim includit Aristotele omni et semper, atq; de expositione hactenus.

Sed digrediamur paululum circa has acceptiones duab; disgressionibus, & videamus primo quid sibi velit Comenator. vii. Metaphy, quando dicit q. omne accidens est alia cui proprium, est enim passus qui nonnullos philosophos fecit a veritate aberrare, q. omne accidens quantumvis commune, est proprium in quarta acceptione alicui subiecto, vnde dicunt q. quamvis albedo sit accidens commune homini & equo, habet subiectum proprium cui soli inest ut putacigno, similiter de nigredine dicunt, quæ soli coruo inest non q. in solis tantum, sed q. ex his solis principijs fluat & omnibus contentis sub illo competit, afferentes ali quam esse comixtionem elementorum ex qua semper resultat albedo, quæ comixtio est proprium subiectum eius & sic de alijs accidentibus, sed isti non probant quod volunt, sed tam ostendunt q. accidenti est dabile suum subiectum proprium quod est capax istius accidentis & non alterius, sed non probat q. ipsum accidens sit proprium quarto modo quod patentur in genere non soli competere, quod oppotuisse, Item esto q. hoc probare tetassent, videtur omnino falsum & a vera philosophia prorsus alienum, quia tunc non possit corrumpi aliquod accidens quia corrumpatur substantia, quod Aristoteles negat primo de generatione & secundo de anima, autoritas ergo Comenatoris levius occasio est ad tam pessime errandum cum possit saluari de ppri; primo vel secundo modo,

### Secunda digressio.

Cum Aristoteles quinto Thopicorum capite primo ponat tres species proprij, scilicet illud quod est per se, illud q. semper & ad aliud. & aliquando per se, quod absolute si ne relatione alicuius alterius quod non sit actus eius dicit & facit secundum modum persicatis. ut risibile, ad aliud ut parere animæ q. proprium est corporis, & imperare corpori quod est proprium animæ. Aliando ut esse in gyn natio respectu hominis qui cōsuevit id facere quod Aristoteles appellat ppri; quo ad hoc, quid est qd Porphyrius maximus Aristotelis imitator quadrinébræ divisione hic posuit. & iā q. hec posset ad illa reduci, qualiter reducetur. Respondeo q. illuc Aristoteles determinat de pprio secundū q. & est in subiecto & p̄t cōducit determinationi pblematū quia triplex genus ppositionum dialecticarū in materia ppri; possunt scribi de ppri; iuxta illas tres acceptiones diui-

sit & ideo nō plures acceptiones possunt, hic autē diffinit ppri; Porphyrius quantū ad substantiā etiā ipsius, vt constituit quartū universale nō curādo de illis mēbris quæ pblematū diuersitatē causant, sed Porphyrius diuisiō ad Aristotelis facile reduces mēbratim sic, q. ppri; qd cōpetit soli sed nō omni qd est ppri; primo modo: inquantū competit soli pertinet ad propriū per se, non q. sit per se, sed q. habeat cōuenientiam cum proprio per se, inquantū autē competit non omni: continetur in proprio ad aliud, ibi enim enumerat Arist. sub proprio ad aliud ea quæ non cōpetunt omnibus sed soli: & que cōpetūt omni & non soli, Iterū proprium tertio modo quod competit omni & soli & non semper inquantū cōpetit omni & soli: reducitur ad propriū ad aliud, inquantū nō semper, ad propriū q. aliquādo inest. Quartū vero ad propriū per se & semper. Quare omnia ista mēbra continentur sub illis q. si hec iuuat videre & alia quam plurima de proprio, videas & prefatum caput.

### Quaestio an proprium & subiectum distinguuntur.

Circa proprium solitam moueo questionem, scilicet. vtrum propria passio distinguatur a subiecto cuius est passio realiter vel ne, Sunt super hoc opinōes quæ apparet discordes sancti Thomae & suorum sequacium Scotti & suorum satellitum, & nominalium.

Schola Thomistarum tenet propriam passionem distinguiri realiter a subiecto cuius est propria passio: conformiter ad Boetium & alios antiquos, Boetius namq; (sicut Thomas) dicit proprium manare a principijs essentiæ: et neq; magis & minus suscipere, imaginanturq; propriam passionē, quæ quedam aptitudo est ad agendum vel patientiū, esse quādam entitatem realiter distinctam ab illo cuius est aptitudo, quæ fluit necessario necessitate consequentie ex principijs essentialib; ipsius subiecti. Ita q. positis illis necessitatibus deus necessitate cōsequētie ad producēdum talentem entitatem in natura rerum ita ut non possit deus illum fluxum restringere posita essentia subiecti, & licet sanctus Thomas ex professo nō dilucidauerit hanc questionem, apparet tamē hanc esse intentionē eius per aliqua eius verba in multis locis sua doctrine, presertim prima pte. q. lxxvii. vbi querit vtrū essentia animæ sit eius potentia, & in primo articulo in responsione ad questionem ait, impossibile est dicere q. essentia animæ sit ei⁹ potētia, sed aliud est essentia aliud virtus sive potētia, qd ybat Dionysij. autoritate. ij. capite celestis Hierarchie dicitis, celestes spūs diuiduntur in essentiā & virtutē hoc ē potētia & opationē ergo potentia nō est substantia, ergo accidēs, & q. potētias animæ appelleat. s. Tho. ppri; ipsi⁹ animæ, idē san. Tho. apte facetur in codē articulo in respōsione ad. v. inq; enim q. si accidēs cōpiatur ut cōdiuidatur substantia: tūc nō est mediū inter substantiā & accidēs, quia diuiduntur p affirmationē & negationē & p esse in subiecto & nō esse in subiecto inter quæ nō ē tertiu, & sic videtur velle q. potētia animæ sit accidēs. si autē accipiatur accidēs ut est vnu qnq; universaliū bene cadit

cedit medium inter substantiam & accidentem : quare nō potest dici accidentis quicquid est extra essentia rei: sed quicquid est extra essentia: nec causatur ab ipsis principiis essentialibus specie: p̄priū n̄ non est de essentia specie: sed ex principiis essentialibus ipsius rei causatur : unde mediū est inter substantiam & accidentem, & hoc modo, inquit, potētia animae possunt esse mediae inter substantiam & accidentem quia si proprietates animae naturales.

¶ Ex quo habes duo in hac via q̄ p̄prium est accidentem : si capiatur accidentem p̄ illo quod in subiecto est : & p̄ consequens p̄prium uere & realiter esse in subiecto: habetur etiā q̄ p̄prium causatur & fluit a principiis ipsius specie, sed q̄ p̄prium sit accidentes respectu subiecti p̄bat. S. T. hoc de potētia animae (qua cū p̄prium sit, q̄ de illa cōcluditur: intelligetur de quocūq; p̄prio: cū par ratio sit de omni) i p̄fata. q. & citato arti. & facit in uirtute hāc rationē, potētia animae nō est realiter ipsa aīa, & est in ipsa aīa, ergo est accidentes ipsius aīe: minor nota est simul & cōsequētia: sed p̄bat maiore: quia si anima esset sua potentia, ipsa esset immediatū principiū sue operationis: nā immediatū principiū operationis est potētia, ergo semp̄ habens animā actu haberet immediatū principium sue operationis, & sic semp̄ operaretur: p̄batur cōsequētia: nā qā aīa est immediatū principiū uitae: sic omne habens aīam uiuit, ita si est immediatū principiū operationis semp̄ habēs aīam operaretur.

¶ Sed q̄ causetur a subiecto p̄bat illud argumento sexto p̄fatae quest̄: potentia sunt p̄pria quae insunt subiecto respectu subiecti, hec iā p̄bata est & declarata: sed subiectū est causa p̄priorum accidentiū: quia ponitur in diffinitio accidentis: ut patet in. vij. Metaph. ergo potentiae animae procedunt ab essentia animae tanq; a causa.

¶ Habet ulterius in corpore istius articuli aliud ualde notandum. q̄ p̄prium & accidentis extraneū distingūtur p̄ hoc q̄ accidentis extraneū non p̄ducitur a subiecto in quo est, sed dependet ab illo tanq; a susceptivo: p̄ducitur tanq; ab agēte extrinseco: actualitas autē forme accidentalis quae nō est extranea forma causatur ab actualitate subiecti: ita ut subiectum eius inquantum est in potentia sit susceptivum forme accidentalis, inquantū uero est actu, sit p̄ductiuū: & tādem dicit, q̄ siue subiectū potentiarū sit anima siue cōpositū, potentiae animae fluunt ab ipso subiecto tanq; a principio. Ex quo habes duo, q̄ p̄pria passio dependet a subiecto tanq; a causa efficienti: quia dependet ab ipso tanq; a principio p̄ductivo: habes etiā q̄, dependet ab ipso quodāmodo tanq; a causa materiali in quo subiectatur & quod denominat: quare nimis si deus non posset supplere eius causam, id est (ut sic loquar) per quod ruit bona pars argumentorum quae fuit in hanc opinionem.

¶ Multiplicat & apponit rōnes sequaces. S. Tho. in fauore huius positionis quā etiā tenuit Ioānes de Gādau, uir uere peripatheticus in suo libro de aīa: & p̄prio arguit sic: In omni demonstratione potissima & ppter quid demonstratur passio de subiecto p̄ causam, ut habet Arist. in multis locis primi Posteriorū: sed in omni demonstratiōe ponitur diffinitio subiecti tanq; causa: ergo diffinitū includit in causam p̄prie passionis: siquidē diffinitioē includit: sed

omnis causa distinguitur realiter a causato, igitur.

¶ Itē, illa quae diffinitū diffinitioē diffinitū sine intellectus operatiōe & ex ipsa rei natura: sed sic est de subiecto & p̄pria passione qā diffinitū diffinitioē, ergo diffinitū realiter.

¶ Preterea, si essent idē realiter & essentialiter, multiplicatio uno multiplicaretur & reliquū: sed multiplicātur proprietates, ut cōstat, in potētis animae manente eadē anima uel eadē cōposito, ergo distinguntur realiter ab aīa. Hoc argumentum est Ioannis de Gādau.

¶ Argumentari solent in hāc opinione aliae duæ doctori classes, & primo nōiales: quia si aptitudo distingueretur ab illo cuius est aptitudo realiter, esset p̄cessus in infinitū: quia illa aptitudo cū sit uere accidentis habet aptitudinem ad esse in subiecto, que iterū realiter distinguetur a suo subiecto, & iterū hāc secunda aptitudo est accidentes, ergo habet aptitudinem distinctā a se realiter: & sic in infinitū, uel qua ratione sistitur in aliqua, sūstendū erat in principio.

¶ Itē sequeretur q̄ daretur accidentes remissimū. l. accidentes quo nihil esset remissius, ut patet de risibilitate: sequella patet: quia uel potest intendi uel remitti, uel nō: nō est dicēdū q̄ nō: quia cum sit accidentis secundū aliquem determinatū gradū radicatur in subiecto more loquendi. S. Tho. ergo deus poterit ipsum magis uel minus radicare: quare est itē sibile. Itē quia nō p̄t dari remissius, si negas nō plus posse intendi, ergo remissibile & intēsibile est: sed tūc incidit in Charybdis: quia iā unus homo esset magis risibilis q̄ ailius, quod est cōtra Porphyriū qui facit differentiā inter p̄prium & accidentis ppter hoc, igitur.

¶ Tertio sic: si risibilitas & quodlibet p̄prium esset accidentes distinctū realiter ab illo cuius est p̄prium: l. c̄ esset diuisibile. l. idūisibile, si diuisibile: ergo talis aptitudo presupponeret quātitatē: oē. n. accidentes diuisibile est tale ppter quātitatem. Insup qā tūc qualibet pars Sortis posset dici risibilis sicut qualibet pars corporis albi & r̄ etiā alba, si est idūisibile. l. est in toto & nulla pte. l. i toto & i qualibet: si secundū, qualibet ps est risibilis: primū uero nō est intelligibile: quare &c.

¶ Quarto sic: secluso omni eo q̄ l̄ nō est de essentia Socratis, Socrates est risibilis, ergo risibilitas nō est accidentis ut hec opinio imaginatur: discursus est notus & probatur maior: secluso omni eo quod non est de essentia hominis, deus potest dare homini actu ridendi & nō lapidi, & non ob aliud, nisi quia Sortes habet talē aptitudinem: igitur non distinguitur aptitudo ab eo cuius est realiter. Hāc rationē facit Ioannes Cano. in physi. quā uocat Achillem.

¶ Ad primū respōdeo negādo sequellā: & quādo p̄bas de p̄pria aptitudine q̄, est apta nata ad inherēdū mediāte alia aptitudine: nego illud: sed seipsa est apta nata: qā quādo alii quid ē quo alicuius qd̄, itādū est i quo: & licet regula h̄ec i schola Scotti practicetur uera est & ab oībus amplectēda: in uia. n. nōialū si p̄cōtetur alijs quare hō est informatus: dabis quo scilicet aīam. Sed si iterū quāras quare aīa ē forma, seipsa debes dicere. Similiter si queratur a quo hēt Sortes q̄ sit albus: facile dices id esse ab albedine. Et si iterū petas quare albedo est talis, a seipsa: & quādo queris quare non sūstebatur in principio dicendo quod Sortes seipso est risibilis. & sūstis in illa aptitudine secunda respondeo,

## OCTAVA QVAESTIO

quia illud est quod & hoc est quo sicut tu non sibi casus di-  
cendo q. Sortes est albus seipso.

¶ Ad secundum, quod mihi uidetur dicendum (salua sapientum censura) hoc est, q. propria passio non est accidentis intenti-  
fibile nec remissibile; sed est omnino invariabile sicut est in  
variabilis ipsa essentia a qua profluxit: dico invariabilis,  
quia non est in suis individuis secundum magis & mi-  
nus, eo q. ab essentia dependet inesse & in conseruari: &  
sic a nullo extrinseco mutabitur. Et quando arguis, quia  
secundum aliquem determinatum gradum adicatur in sub-  
iecto uerum est, cum sit forma accidentalis quedam sed non  
continuo sequitur q. est insensibilis, quia oportet ipsum  
ab extrinseco posse variare quod non contingit, cu totali-  
ter ab essentia dependeat, nec credo posse illam propriam  
passionem variari a deo immediate & per se, nisi ipsa es-  
sentia variaret a qua profluxit, alias non esset pas-  
sio: quare si ipsa essentia est invariabilis & proprium  
eius est invariabile, & sic non est remissimum siquidem po-  
situum non competit illi.

¶ Ad tertium respondeo breviter illud esse accidens in individui-  
fibile & esse in toto & in nulla parte ipsius, nec hoc est in-  
telligibile ut patet de respectibus & forma circuli.

¶ Ad quartum respondeo distinguendo maiorem, uel seclu-  
dis & separas in re subiectum a propria passione & sic  
presupponis falsum, illud enim nequit fieri q. potentiam  
ad huc diuinam, uel si posset fieri, statim effluet alia aptitu-  
do ad ridendum: quare realiter separari non potest: si autem  
intelligas per intellectum, tunc dico q. Sortes ut sic non  
habet aptitudinem ad ridendum, & quando arguis, deus  
potest dare naturae ut sic actum ridendi, fateor, & non la-  
pidi, ergo ut sic habet aptitudinem: nego consequentiam:  
quia ideo potest Sorti coincidere actu: quia ut sic, potest da-  
re aptitudinem: lapidi autem non potest dari talis apti-  
tudo: erit ergo ut sic risibilis in potentia remota: non ta-  
men risibilis ut hic capit, ut dicit aptitudinem, appositus  
est ergo Paris Achilli.

### Opinio Scoti.

¶ Alia est opinio Scoti quam tenere uidetur etiam Seraphi-  
cus Bonaventura super questione de potentia animae in se-  
cundo sent. q. passio non distinguitur realiter a subiecto, be-  
ne tamen formaliter: atq. p. propria intelligit quādā relatio-  
nem aptitudinalē fundatā in subiecto & terminatam ad  
actū talis aptitudinis, sed q. sit idem realiter & non dicat  
distinctā essentiā patet: quia cū unū non possit esse sine alio,  
& alterū illorū non est deus nec pars alterius: sequitur q. non  
distinguitur realiter: cōsequētiā est nota cū minori: & ma-  
ior patet: quia tunc daretur homo sine risibilitate. Itē quia  
non est dāda rerum pluralitas sine necessitate: sed nulla ne-  
cessitas cogit ad ponendū illa duo distinctā realiter, igitur,  
Sed q. distinguuntur formaliter patet: quia si diffinirentur  
distinctā definitiones assignaretur subiecto & proprie pas-  
sioni, posito q. perfecte cognoscētur, & hoc absq. ope in-  
tellectus, ergo habet distinctas quidditates, ex hoc sequi-  
tur q. distincte potest unum cognosci sine alio. & sic non

sunt omnibus modis idē: Itē etiā quia si essent oībus mo-  
dis idē in demonstratione committeretur nugatio: Prete-  
rea absq. intellectus opere predicata contradictoria uerifi-  
cantur de illis quia de propria passione uerum est dicere q.  
inest: de subiecto q. non inest: & sunt idē realiter ut pbatū  
est, ergo distinguuntur quidditatue & formaliter: oīa ista  
patent ex quidominis distinctionis formalis: q. si de ordi-  
ne istarū quidditatū queratur, uidelicet an sit prius illa qd  
ditas subiecti q. illa aptitudo: Respondetur q. ibi est ordo  
prioris & posterioris: & si petas an sit ordo prioritatis  
temporis uel naturae. Resp. non cadere ibi prioritas temporis  
cu sint una & eadē res omnino: sed de alio ordine priorita-  
tis dico rem ex nomine pendere: quia si p aliqua esse prius  
natura intelligatur q. unum presupponat aliud & non re-  
pugnet q. tempore sit prius alio posteriori: tūc dico quod  
non est prioritas naturae, sed est prioritas originis que  
reperitur inter aliqua quorum unum presupponit aliud  
nec unum sine aliud potest esse: Si autem per prioritatem  
naturae intelligatur aliqua sic se habere quod unum pre-  
supponat aliud & nihil aliud, tunc dico quod reperitur  
ibi prioritas naturae: nec hanc prioritatem hoc modo sum-  
ptam uerebimur concedere in diuinis quam nominales uo-  
cant prioritatem a quo quis.

¶ Sed quia opinio h.e.c presupponit distinctionē formalē  
quā omnes præter Scotizātes male intelligiblē reputāt, agi-  
tari solet opinio h.e.c in eo q. presupponit.

¶ Et primo sic argumēto Heruei, oē ens est reale uel ratio-  
nis, ergo omnis distinctionē est realis uel rationis: quare nul-  
la est formalis distinctionē: pbat ipse cōsequētiā: quia cū dis-  
tinctionē sit passio entis, distinctiones in sequuntur modos  
& differētiās rerū: sed notū ē antecedēs ergo & cōsequēs.

¶ Secundo sic supposito qd' habet ipse Scotus, q. relatio in di-  
uinis non sit quāta, hoc est pfecta in se & formaliter: tūc fit  
argumentū ad hominē: si alicubi esset formalis distinctionē  
maxime esset inter essentiā diuinā & paternitatem in diuinis:  
in his. n. pbat Scotus in i. dist. ij. ex pfecto hanc distinc-  
tionem sed in illis non: ergo nullib[us] potest repiri: pbant  
minore, quia cetera nota sunt: quia si distinguenter for-  
maliter utrūq; illorū posset causare noticiā sui ipsius pfecte  
representatiā in intellectu qui posset pfecte immutari,  
sed cōsequēs est falsum: quia bene sequitur, paternitas cau-  
sat noticiā tāq. obiectū: ergo paternitas est alicuius pfectio-  
nis: non. n. potest tribui causalitas alicuius entis realis ali-  
cui rei nisi ipsa sit pfecta, quare sequitur cōtradictio i opī  
nātē. Rursus cū illa paternitas debeat esse & sit causa con-  
ceptus formalis quo ipsa cognoscitur: & ipse conceptus  
sit alicuius pfectionis: cū talis habeat esse ab obiecto, capiet  
pfectionem ab obiecto: sed nemo dat quod non habet ut ha-  
betur in triujs, ergo illa paternitas est aliquo modo pfecta,  
quod est contradictio in homine.

¶ Tertio sic: q. si h.e.c distinctionē formalis in rerū naturae es-  
set repiretur inter animalitatē & rationalitatē in Socrate:  
& si sic tunc unaqueq. illarū realitatū posset cognosci  
per se perfecte sine aliq., tunc capio illos duos conceptus:  
uel sunt eiusdem speciei uel diuersarū: si primū: ergo quicqd  
pot unus representare representabit alius: quare cōceptu  
animalitatē

animalitatis cognoscetur rationalitas, & sic cognosciatur una realitas sine alia, cuius contrariū supponebat opinans. Item etiā, quia si sunt eiusdem speciei, nulla illarum esset cōior in significādo q̄ est falso, ut liquet, necetiā est dicendū secūdū: quia tūc sola distinctio formalis obiectorū sufficeret causare differentiā specificā in noticijs: cuius op̄positū solet practicari secūdū de anima: ubi d'r q̄ distinctio specifica noticiarū presupponit distinctionē specificā obiectorum quae non est in talibus obiectis.

¶ Ad primū horū respondeo distinguendo antecedēs penes diuersos sensus quos p̄t facere: si. n. sit sensus q̄ omne qđ est in rerum natura, est reale uel rationis. i. est de se reale habens esse hoc, uel habet esse p̄ opus intellectus: & sic cōsequētia est bona: sed antecedēs est falso: quia multæ realitates sunt in rerū natura quae nō sunt de se & p̄ se entia realia iuxta h̄ac opinionē: si autē sit sensus antecedētis q̄ omne qđ est, est ens reale. i. nō habet esse p̄ opus intellectus uel habens esse, tunc non est ibi tertius, cū sit cōtradictio & sic conceditur antecedēs, sed tūc distinguuntur cōsequēs, q̄ uel p̄ distinctionē realē intelligis distinctionē ex natura rei quae non habet esse p̄ opus intellectus, & sic cōcedo cōsequētia & cōsequens: sed sub illo mēbro quod tu infers cōtinetur q̄ l'a Scoto ponitur. Distinctio. n. formalis species est cōtentia sub distinctione ex natura rei siue non habenti esse p̄ opus intellectus, quare nihil contra opinantē. Si uero capiatur in consequētiā distinctione realis p̄ distinctione aliquarū rerū realiter distinctarum, tūc cōcesso antecedēti nego consequētia: quia virtualiter arguis a superiori ad inferius affirmatiue, quia plus requiritur ad ueritatē consequētis q̄ antecedētis: nec p̄cedis uniformiter: sic. n. nō concōmittatur modi distinctionū in cōsequētiā modos entium in antecedēti, nisi uniformiter p̄cedas: oportet ergo sic inferri, ergo omnis distinctionē est preter opus intellectus uel p̄ opus intellectus, & sic nihil concludis.

¶ Ad secundū, & si uideatur difficile, respondeo admittēdo suppositū postq̄ est opinātis: pariter & concedēdo maximam, & ad p̄bationē minoris nego q̄ illud sit de ratione eorum que formaliter distinguuntur: sed hoc duntaxat q̄ unūquodq; illorū potest terminare noticiā qua p̄fecte cognoscatur sine alio: nā supposito q̄ causare dicat p̄fectionē quod uidetur rationi cōsonū: dico q̄ paternitas nō cōcurrīt p̄ se motu ad sui notiam, sed tantum terminatiue: sed concurrit ut est idem cū essentia, & sic alio modo concurrit q̄ cognoscatur: sicut albedo cōcurrīt ut est in subiecto, cognosci tamē potest rationē illius cōcursus in se & absolute sine subiecto: nō q̄ albedo nō possit p̄ se immutare, sed loquor regulariter, & ut ostendā nō ualere h̄ac consequētia concurrit ut est idē cū essentia, ergo nō terminat p̄ se noticiā. Cui nō placuerit h̄ec responsio adhibeat meliore, nō enim uolo concedere q̄ illa paternitas causet noticiā p̄ se, & q̄ non sit alicuius perfectionis.

¶ Haudissimiliter practicari poteris sup cognitiō secūdū intentionū in hac uia, q̄ mouēt in uirtute primarum: ipse uero sunt termini illarum noticiarū.

¶ Ad tertium sine ulteriori processu respondeo cōcedēdo duas primas sequellas: & quādo queris de differentia uel

cōueniētia illarū noticiarū, dico illas esse absolutas & diuersarū specierū: & concedo consequēter q̄ sola distinctio formalis obiectorū causat specificam distinctionē noticiarū: nec hoc est cōtra Philosophū: quia ibi loquitur Philosophus de noticijs quae causantur sine abstractione & de rebus realibus a parte rei quae sunt p̄ se & de se res: tales. n. non distinguuntur specie nisi ppter distinctionem specificā obiectorum in quae feruntur.

¶ Ad alia uero quae in fauore p̄cedentis positionis adducbātur, quia non oīa p̄cedunt cōtra hanc imaginationem respōdetur p̄ ordinē ad ea quae uidetur p̄nigere, & primo ad primā respondeo ex doctrina Scotiin. ij. q. xvij. q. vni. negādo q̄ potentia nō sit realiter ipsa anima: & quādo p̄bat S. Tho. q̄ sequeretur si esset ipsa anima q̄ ipsa esset immediatū principiū sue operationis cōcedo illatū, & quādo iterum infert, quia tunc semp̄ operaretur anima, nego cōsequētiam, & ad p̄bationē nego similitudinem allatam, uidelicet, q̄ quia anima est immediatū principiū uiuēdi habens animā semp̄ uituit actu, ita habens immediatū principiū operandi semp̄ operaretur actu: nam anima cōparata ad actus uitiae & informatiōis agit uices cause formalis: & sic nō potest esse quin denominet ipsum in quo est & redat uiuum, sed in ordine ad operationes est ueluti causa efficiens uel principiū efficiendi: & quia non q̄ diu est, est in actu efficiētiae: hic est q̄ nō oportet q̄ ualeat similitudo, & est simile de arte, quae secundum quod est causa formalis denominat ipsum in quo est peritum & non potest nō reddere ipsum artificem, sed secundum quod est principiū effectuum operationum non semper est in actu, causa enim efficiens & principiū causandi effectus non semper est in actu, principiū autem formale uel quasi formale semper uel ut in plurimum est in actu, h̄ec in uirtute doctor subtilis.

¶ Quod si autē aliquādo dicatur (ut sep̄issime d'r) ab antiquis uel sanctis doctoribus, q̄ potentia animae & p̄pria accidētia fiūnt & causantur a subiecto, intelligatur ad bonū sensum p̄ tāto quia essentia subiecti cōinet quāsiquid posterius ipsam potentiam uel p̄priā passionē, quia (ut diximus) cū distinguātur formaliter est ordo prioris & posterioris inter illa, & cū hoc assimilatur cause, quia causa cōinet tāq̄ quid posterius ipsum effectū: nō tamē est causa p̄prie, quia esse causam presupponit realem distinctionē. Et p̄ hoc soluitur illud argumentū qđ fit de demonstratiōne, quando dicitur quod passio demōstratur p̄ causam, uel dic q̄ diffinitio subiecti est causa p̄prie passionis metaph. eo quod cognitio p̄fecta subiecti quae est per diffinitionem ipsius subiecti est causa q̄ etiam deueniat intellectus in cognitionem proprię passionis.

¶ Ad ultimum argumentum (quia penultimū p̄ parte Scoti facit) cū dicit q̄ quādo aliqua sic se habet q̄ nō multiplicato uno multiplicatur aliud in re: nō sunt idē realiter cōcedit: sed nō p̄babit hoc de potētis nec de p̄prias passionib; ex quo unū in re sunt cū illo cuius sunt p̄pria, si autē intellectus de qualicūq; multiplicatiōe: tūc dico q̄ stabit q̄ aliqua sint idē realiter & q̄ aliquād illorū multiplicetur formaliter nō multiplicato reliquo, ut essentia diuina & attributum

## NONA QVAESTIO DE REQVISITO

diuinum sunt idem realiter, & tamē sunt multa attributa diuina formaliter distincta una eadē essentia manēt: similiiter & Sortes & realitas eius sunt idem realiter & multiplicatur realitas in illo nō multiplicato Socrate: sic in p=posito multiplicantur potētie & ppria: manēt eadē anima una & immultiplicata.

### Concordia.

**P**ossunt hæc opiniones probabilius ad concordiam reduci, si apud S. Tho. distinctione realis capitulatur loco distinctionis in re, quā Scotus uocat ex natura rei: & qd id uocet S. Thomas distinctionem realē, quod Scotus uocat sine opere intellectus: & sic quando dicit S. Tho. qd pprium distinguatur realiter a subiecto: intellexit re essentie sive prædicamēti: quia sine opere intellectus sunt distincta & quidditates ad diuersa predicamenta pertinentes, uel non ad idem codem modo. Quando uero Scotus dixit quod non distinguebatur realiter, intelligebat re existentiae: i. quod unum non habet distinctam existētiā ab alio. Et licet inferatur aliquo modo uis uerbis S. Tho. non tam illud censeo improbatum.

### Opinio Nominalium.

**P**ro qua animaduertendum est, quod hoc uocabulum proprium accipitur duplíciter. Vno modo realiter & ciuiliter p re possessa ab aliquo quæ iuste adimī non potest ab illo: quomodo dicimus domū uel agrum esse pprium Sortis: sicut capitulatur pprium quando dicitur hominem religiosum non habere proprium. Secundo modo capitulatur logicè ad similitudinem prime acceptiōnis p termino connotatiuo connotante aliquam aptitudinē alicuius speciei, qui prædicatur accidentaliter & intransmutabiliter & conuertibiliter de alio termino specifico absoluto uel connotatiuo: uel natus est prædicari: dummodo alijs terminus supponat, ut hæc uocabula, risibile, flebile, disciplinabile & regulariter nomina in bīle uel in tiuum sunt ppria, dummodo in eis sit tantum ampliatio ad formale & non ad materiale, quia tunc non esset conuertibile pprium cūterz mino specifico cuius est pprium, ut patet callenti ampliations, dicitur in diffinitione uel connotatiuo ppterly corruptibile qui est propria passio istius termini ens naturale, dixerim quod connotent aptitudinem sive rem aptam natam: quia non placet mihi quorundam uocabulorum licentiosa extensio & præter morem peripatheticum: ut dicitur proprium terminus qui conuertitur cum alio & est prædicabilis de alio accidentaliter inseparabiliter, finentes nescio quas barbaras impositiones: cum enim hec scienzia ordinetur ad predicamenta & posteriorum demonstrationes, uocabulum debet sumi per proportionem ad illam doctrinam: modo quando demonstratur proprium de subiecto apud Peripatheticos semper importatur in proprio aptitudo aliqua in ordine ad subiectum, que per diffinitionem subiecti habet demonstrari. Si enim in id quod proprium dicitur, non importaretur aptitudo, superfluo applicaretur diffinitione tanquam medium ad co-

cludendum aliquod propriū de subiecto: Esto ergo quod ille impositiones non nihil iuvet ad cultūingenij: parum tamen conducunt ad doctrinales processus.

**A**d uertendum secundo qd quæstio in hac uia potest habere duos sensus. secūdum qd ppria passio potest capi pro re significata, uel p termino significantiē talem rem: si ergo propria passio capiatur primo modo pro aptitudine: tunc ponitur hec conclusio, quod proprium non est alia res ab illa cuius est proprium, sed est ipsa res apta nata taliter se habens. Si uero capiatur pro termino secunde intentionaliter, tunc cum unus terminus non sit alius terminus. A. qui est ppria passio, distinguitur realiter ab alio termino cuius est ppria passio. Hac secundam conclusionē nō pbo: qa de se est euīdēs. Prima uero probatur illo uulgarī fundamēto nōiāliū, quia nō est ponēda entiū plnralitas & distinctio sine necessitate, sed nō ē necessariū, nec urget aliqua ratio qd illā aptitudinē dicamus a re cuius est aptitudo distingui, sed optime saluantur oīa, ponendo omni modam idempitatem, ergo talis aptitudo nullo pacto debet poni distincta a re cuius est aptitudo. Sunt etiam in favorem huius opinionis rationes quas formauimus contra sanctū Thomā & Scotum. Quod si contra secundam conclusionem instes, adducendo Porphyriū qui dicit passionem esse inseparabilem a subiecto, quod non esset si distingueretur realiter, ut dicit secunda cōclusio. Respondō by inseparabile debere capi logice pro eo qd est non posse uere negari de subiecto supponente: quare esto qd realiter sint separabilia, logice tamen sunt inseparabilia: qd sat est pro Porphyrio.

**A**d argumenta uero Thomistarum quæ particularem in hac uia ingerunt difficultatem respondeo: & ad prium quod fit de demonstratione in quo queritur quomodo demonstretur per causam passio de suo subiecto, Dico in hac uia improprium esse dicere res quæ est passio demonstratur de re quæ importatur per subiectum: quia non demonstratur nisi propositio tanquam obiectum propinquum: & per consequens unus terminus de alio: & connexionis terminorum in conclusione demonstrationis diffinitio dicitur esse causa: quia cum assensu p̄missarum logice causent assensum conclusiois: & causa, quare assentiamur p̄missis est connexionio quam habet diffinitio sumpta pro medio cum extremis: Hinc fit quod diffinitio dicitur esse causa passiois: quia est causa quod concludatur passio de subiecto: & qd passio subiecto inhērat.

**A**d secundū dico, qd termini pprie in hac uia diffiniuntur. & sic ppria passio & subiectū secūdū qd diffiniuntur differunt sine intellectus ope: qa (ut diximus) differunt realiter: sed ad intentionē arguētiōis capiendo diffinitū p re significata: dico qd eadē res diuersimode se habens, potest diuersis diffinitionibus diffiniri: nec oportet qd ea quæ diffiniuntur sint diuersae res realiter separatae: sed eadē aliter se habēs, unde alietas est a parte rei: sed non alietas rei & rei, sed rei aliter se habentis, quod sufficit, & ratione talis alietatis correspondent illi rei diuersi conceptus & diuersae descriptions.

Vltimum argumentum facile diluitur distinguendo minorem: quia uel intelligis quod multiplicentur proprietates, id est quod sint multae res distinctae a subiecto, & sic negatur: uel intelligis quod multiplicentur plures conceptus connotatiui supponentes pro illa re taliter & taliter se habenti: & sic concedo: sed non continuo sequitur quod res que est subiectum, sit alia res a passione: quia una & eadem res potest conceptibus innumerabilibus cōcipi & nominari, nunc absolute, nunc connotatiue.

## Dubia

Dubitatur primo in via nominalium, utrum hec sit prædicationem proprij, Sortes est risibile.

Secundo, Utrum risibile possit dici proprium respectu istius termini fleibile.

Tertio, Utrum ad hoc quod unus terminus connotatiuus sit passio alterius connotatiui requiritur quo sit magis connotatiuus,

## Dilutio primi dubij.

Solutio primi pendet ex hoc, quid uidelicet requiratur ad prædicationem proprij. Vnde qui tenent hanc esse generis prædicationem, Sortes est substantia: tenere habent consequenter illam esse prædicationem proprij, de qua in dubio queretur. Opinantur enim ad prædicationem generis sufficere, quod prædicatum sit genus & subiectum sit quid inferius quousmodo fuerit, (modo sit prædicatio directa) adducentes pro se illud commune dictum, quod (ut iamiam monstrabimus) credo non esse peripatheticum, uidelicet, quod omnis prædicatio directa terminorum incomplexorum debet reduci ad aliquid genus prædicationum horum quinq; predicabilium. Et cum ille propositiones & alie innumerare quas afferunt sint directe, conantur reducere illas ad aliquod prædicabile, & sic hanc, Sortes est substantia reducunt ad prædicationem generis, & illam de qua est questio ad prædicationem proprij: sicq; consequenter dicunt ad prædicationem proprij non requiri quod prædicatum sit conuertibile cum subiecto: sed sat est, inquit, quoniam intransmutabiliter.

Alij econtrario putantes ad prædicationem proprij requiri conuertibilitatem inter extrema, dicunt illam prædicationem non esse proprij: quia putant hanc consequentiam esse bonam, est prædicatio proprij, ergo præditatum est proprium respectu subiecti, sed consequens est falsum, inquit, in assumpta propositione ex quo non conuertuntur extrema. ergo est antecedens. Atque ad fundamentum illud negatiue respondentes, dicunt non oportere omnem prædicationem terminorum incomplexorum directam ad aliquod prædicabile reduci, ut patet de hac, Sortes est cenans, que ad nullum prædicabile potest reduci, cum prædicatum non sit uniuersale: nec ad aliquod prædicamentum determinatum pertinet, que tam directa est: & sic illam prædicationem de qua est questio negant ad prædicationem proprij debere reduci.

Sed quicquid sit de conclusione apparet mihi quod fundementum illud assumptum a propria opinione ad se corroborandum non esse ex toto uerum, uel saltem non esse peripatheticum: sequuntur enim ad illam regulam, aliqua inconuenientia que in peripathetica schola non sunt digna quae concedantur.

Primum est: Supposito quod ly. A. habeat duas connotationes, & ly. B. unam: & connotatio illius elementi B. praesupponat duas illius elementi. A. ita ut per distinctionem descriptuam illius termini. A. possit demonstrari. B. inesse subiecto cuius est proprium: tunc ex uigore illius fundamenti, sequitur quod haec xpositio B. est. A. est prædicationem proprij: cum sit directa tanquam directa & terminorum incomplexorum ubi prædicatur magis connotatiuum de minus connotatiuo, & non uidetur cuius sit nisi proprij: ut patet intuenti modos prædicationum aliorum prædicabilium, ergo erit proprij, quod nullus sani capituli debet asserere: eo quod prædicatio proprij a prædicato q. sit propriu debet denominari & non a subiecto: cuius oppositum uidetur in proposito fieri.

Secundo sequitur (ut corū impositionibus utar) quod si ly. A. imponatur incomplexe ad significandum tantū sicut hoc disjunctum risibile uel rudibile: & ly. B. sicut hoc rudibile uel hinnibile: hanc. A. est. B. esse prædicationem proprij. corollariū patet: quia illa est directa tanquam directa: & terminorum incomplexorum, ergo est alicuius prædicabilis prædicatio, & non trium primorum cum ambo sint connotatiui, & connotatio unius non est superior ad connotatiuem alterius. Nec etiam est accidentis: quia prædicatum non potest uere negari de subiecto distributo (quod isti dicunt requiri ad prædicationem accidentis) ut patet intuenti significantias terminorum & distributio-nes, ergo erit proprij: sed consequens est falsum: quia prædicatum nullo modo est proprium: nec ex his que Porphyrius: nec ex his que Aristoteles assignarunt.

Ex qua impositione & regula sequitur quod dantur duo termini impertinentes: quorum unum est proprium respectu alterius, uel saltem quorum unus facit prædicationem proprij respectu alterius, corollarium patet de illis duabus. A. est. B. in casu impositionis: immo sine noua impositione uerificatur secundum istos corollarium in hac: albedo est pars: cuius termini sunt impertinentes: quia possunt ex illis conflari quatuor propositiones uere sicut solet fieri in terminis impertinentibus: illa enim non est trium prædicabilium primorum, nec quinti prædicabilis, cum prædicatum non possit uere negari ne subiecto distributo: ergo erit proprij. Hæc concedunt isti libenter, non contenti tantum asserere idem esse, prædicationem esse proprij: sicut prædicatum esse proprium uel conuertibile cum subiecto, uerum aliquam esse prædicationem proprij p. hoc q. subiectum est propriu: non ob aliud nisi ut sustineant regulam falsam quæ ipsi soli cū tanta amplitude peperunt.

\* Ergo, ut quod super hac re sentio, sine ambagibus dicā, non placet mihi prima opinio: tum propter ea quæ sequuntur ad eius fundementum tantum latitudine distensum: tunc

etiam quia cum hoc nomen prædicatio supponat pro propositione cōnotādo habitudinem extremorum, ut suo loco diximus, nō uidetur satis docte dictum: q. ad iudicandū de aliqua predicatione cuius prædicabilis sit: habeatur tan tum ratio ad prædicatum: sed q. respiciatur etiam subiectum: Nec placet mihi secundatum quia negat absolute illud fundamentum tam uulgatum & receptum cui princi paliter innititur sufficientia horum quinq; uniuersalium, tumetiam quia nimis in rigore loquitur de predicatione proprij: nō enī video quare huiusmodi propositiones Sōrtes est substantia: Sortes est risibilis & similes nō possint ad artem prædicationum quinq; prædicabiliū reduci: quia maxime essent omittenda, quia sunt singulares de subiecto singulari, sed hæc non est sufficiens ratio: quia tūc prædicationes speciei specialissimæ essent ab hac arte secluden da, quod nullus doctus diceret, quare q. ad fundamentū at tinet his limitibus illā coarcto: uidelicet p. omnis prædicatione directa, & (ut nos diximus) doctrinalis terminorum incomplexorum pertinentium ad aliquod ex decem prædimentis ab Aristotele assignatis seclusis omnibus nouis & inconsuetis impositionibus est alicuius prædicabilis prædicatione. Ex qua coarctatione sequitur hanc, sortes est cœnās non esse instantiam huius regule, ex quo prædicatum non pertinet per se propter suam admixtam connotationem ad aliquod ex prædimentis. Colligitur etiam, inconueniētia quæ allata sunt in casib; impositionum non currere contra regulam: nec mirum q. sic limitetur: nam quando hæc regula inuēta est ordinabatur ad prædicamenta Arist, quæ etiam pro terminis impositionis sunt inuenta & non impo nendis maxime cum illo tempore h̄i tristes impositionum lūpini non metuebantur, quia nondum somniabantur.

¶ Sequitur etiam ppositionem de qua est questio esse prædicationem pprī cū in ea reperiatur id q. regula iubet ad hoc q. sit alicuius prædicabilis prædicatione: & cū non sit aliorum quattuor (ut constat) sequitur q. erit proprij.

¶ Ad q. sufficere existimo, q. prædicatione sit directa & doctrinalis: & q. prædicatum sit propriū respectu subiectū vel superioris vel inferioris vel conuertibilis ad subiectum, & q. si ambo termini fuerint cōnotatiū, puta prædicatum & subiectum in prædicatione de qua fuerit questio, connotatio subiecti ordine naturæ presupponatur ad connotationem prædicati.

¶ Quod si contra hoc arguas de illa, albedo est pars que est directa cui uidetur cōuenire regula illis limitibus coarctata & nō uidetur cuius prædicabilis sit nisi proprij, et tamē prædicatum nō est pprī subiecti nec superioris nec inferioris ad subiectum, ergo dicta non coherent. Respondeo ad præsens illam esse prædicationem accidentis, quod iam iam monstrabitur in sequenti capite cōtra cōter loquētes. ¶ Infertur etiam hanc esse prædicatione proprij, rationale est risibile: eōq. est doctrinalis & cōnotatio subiecti presupponitur ad connotationem prædicati. Similiter & hæc, alia est risibile: & hæc, substantia est risibilis: sunt n. hæc predicationes doctrinales & similes his demonstrat Arist. in posterioribus in tertia figura demonstratione particula ri: hanc n. demonstrat figura habet tres angulos, ubi passio-

inferioris demonstratur de superiori.

\*Patet etiam ex hac doctrina secundi dubij dissolutio, illi. n. termini risibile & fleble non possunt ullo pacto constitutere prædicationē directā & doctrinalē: cū prædicetur cōnotatiū de æque cōnotatiuo, & cōnotatio unius nō presupponatur ad cōnotationē alterius, q. iam ex mente Aristo, suāsimus esse necessarium.

\*Sed p. dissolutione tertij dico cōsequenter ad ea que diximus in fine prædicationū nullum terminū cōnotatiuum dici posse (peripathetice loquendo), pprī passionē respectu alterius, siue pprī: nisi cōnotatio talis termini qui dicitur pprī presupponat naturali ordine cōnotationē alterius, hoc dixerim propterly corpus naturale q. est subiectū huius pprī passionis corruptibile: ratio huius est: quia si aliquis terminus dici debet, pprīa passio alterius, cum ipso poterit efficere prædicationem doctrinalem pprī, sed nō efficit: eo q. nō seruatur directus ordo naturæ, ut monstrauimus, igitur, nec placet mihi quod Georgius in hoc dicit, ui delicit, ad hoc q. aliquid sit pprī respectu alterius termini, requiri q. ipse sit cōnotatiū si is qui dicitur esse subiectū sit absolutus, uel si fuerit cōnotatiū terminus qd est subiectū, q. terminus qui fuerit pprīa passio sit magis cōnotatiū: hoc est habeat plures cōnotations distincte q. subiectū: nā statim sequitur contra ipsum primū inconveniens, quod adducebamus quādo examinabatur in primo dubio ueritas illius regule uulgatissimæ, quod nullus unq sapiens debet concedere. Quare cōnotatiibus pluribus uel paucioribus spretis si hoc seruatur: q. cōnotatio pprī passionis (siue fuerit terminus minus uel magis cōnotatiū) presupponat cōnotationē uel cōnotations ipotatas p. aliū terminū qui d'r subiectū: ita q. p. dissimilitudines descriptiūas talis termini q. dicitur esse subiectū ualeat alī modo a priori demōstrari de illo aliis terminis, hic talis erit pprīa passio & pprī alterius.

Quo fit imptiūs quodāmodo esse ad prædicationē directā in male supaddi indissimilitudine cōi quādo d'r q. ad eā sufficit q. prædicetur magis cōnotatiū de cōnotatiuo: qā multe sunt tales que nō sunt directæ nec doctrinales: stan dū igitur est i ultima dissimilitudine prædicationis directæ quā nos dedimus.

¶ Sequitur ultio, q. modus prædicādi huius uniuersalis nō est prædicari cōuertibiliter: sed est prædicari accidētāliter, hoc est iportādo dispositionē l. modū dispōnis respectu rei significati p. subiectum, & cum hoc intransmutabiliter.

Atq. hæc de proprio

### Caput quintum de accidente.



Ccidēs est quod adeat atq; abest si ne subiecti corruptiōe. Diuiditur autē in duo: aliud n. est separabile, a liud inseparabile. Atqui dormire quidem separabile est: nigrū autem esse coruo, Aethiopicū inseparabiliter accidit. Mente tamē cogitatione ut coruus albus & Aethiops non niger sine subiecti corruptione cōcipi potest.

test. Diffiniunt et et hoc pacto: Accidens est quod inesse ac non inesse eidem potest: aut quod neq; genus: neq; sp̄s, neq; differentia, neq; propriū est, sēper aut est in subiecto. Determinatis aut. vniuersis qua sunt p̄posita: genere inq̄ specie. differentia. proprio. accidenti. Dicendum est quae nā communia que propria ipsis insunt.

## Familiaris expositio.

Vniuersale accidēs qd numerū quinariū in vniuersalib⁹ complet, sicut est alijs quoad naturā posterius, sic in ipsa autoris cōsideratione posterius est. Tractans ergo autor de eo tria agit. primo ponit vñā cōmūnem diffinitionē. Secundo ponit quandā diuisionē & satis facit tacite obiectio ni quæ poterat suboriri circa diffinitionē accidentis. Tertio ponit alias duas accidentis descriptiones. Primā diffinitionē in primis intentionibus facile sic intelliges. est dispositio vel modus dispositionis quæ pōt inherere subiecto quod est ens cōpletū, & non inherere manēte eodē subiecto quātū ad substātiā, dicitur ens cōpletū vt excludātur formæ substātiāles. Ad modū huius explanabis secundā diffinitionem in primis intentionibus sive realiter, quā explanationē ter tia diffinitionē nō tam plane admittit, eo q; in illa ponuntur nomina secundarū intentionū, hæc tamen declaratio quæ circa res versatur ad præsentē considerationē nō multū atinet, nisi inquantū ex ea possumus accipere in nostro intellectu logicam interpretationē. quā in secundis intentionibus iuxta Thomā sic accipito, est conceptus obiectiū alicuius dispositionis vel modi dispositionis singularis p̄ ductus ab intellectu. I. derelictus in ipso secundū hāc rōnem formatus q; pōt talis dispositio adesse & abesse subiecto &c. Dicitur singularis, quia nō requiritur q; sit cōmūnis, sed istius singularis accidentis, is. n. conceptus singularis accidentis si habeatur rō ad substātiās est vniuersale accidens: esto q; sub se nō habeat singularia accidentia de q; bus inquit p̄dicetur, atq; huiusmodi p̄dicatio debet exerceri incocretis vt adnotauimus in questione. Quod si alicui videatur secundū Thomā non dari conceptū obiectiū rei singularis, q; pro nūc nolo disputare: referat id ad conceptū formalem ipsius accidentis. Sed iuxta Scotū logi cō loquendo, est quēdā secundā intentionē fundata in aliquo cōceptu obiectiū alicuius accidentis derelicta ibi excōparatione qua intellectus comparat albedinem in ordine ad subiecta respectu quorū habet indifferētiā ad eē in illa quā tū est ex parte talis. Sed secundū nominales, accidens est terminus qui potest vere affirmari & vere negari de subiecto ipso subiecto supponente, adesse. n. logice ē vere affirmari: abeā, vere negari, corrūpi, est nō suppōtere manere, ē supponere metaphorice loquēdo. Sed sup illā determinationē diffinitionis, scilicet sine subiecti corruptione, quidā dicūt q; determinat ly. abesse, & nō ly adesse, vt sub accidenti cōprehendant hæc nomina. mortuū. cōbusum, vnde licet nō possint verificari subiecto supponente, possunt tamē nō verificari, & sic possunt abesse sine corruptione subiecti, nō tamē adesse sine corruptione, sed iam ly Chymera esset accidens eo q; pōt abesse, nisi velint dicere q; ly pōt capitū loco de ly, cōtingit, vt videtur explanare diffinitionē secunda, mo

do Chimera nō cōtingit abesse imo necesse est abesse, sed si capiantur hi termini, cōseruari viuere. & similes qui videtur esse termini accidentales illi nō possunt abesse sine subiecti corruptione, sed esto q; possit dici ab his q; hi termini non sunt proprie accidentia, & sic possunt se tueri. aliter dicunt cōmūniter loquentes q; bene supponūt subiecta in illis propositionibus. homo est mortuus, domus est cōbusa cū ampliatiōe intrinseca, nec hoc inconuenit, inconuenire tamē si cū extrinseca ampliatiōe id fieret, quia tūc multa concluderētur esse accidentia quæ non sunt. Ego tamen potius dicere hos terminos nō esse accidentales vt in p̄predicationib⁹ tenuimus. Sed quādo audis verificari: intellige id debere fieri in p̄predicationē de mō loquēdi cōsuetō, ita vt si fuerit affirmatiā p̄dicatū nō distribuatur, & si fuerit negatiā p̄dicatum negetur & distribuatur. (Diui ditur autē in duo.) diuidit accidens in inseparabile, & in separabile, quæ diuīsio in rebus facile intelligitur, sed in secundis intentionibus ly separabile, sumitur pro termino cōnotatiō qui pōt vere affirmari & vere negari de subiecto, ly inseparabile, pro termino qui non pōt vere negari, Sed statim subcurrat dubiū, quia cū dictū sit accidens ab esse posse sine subiecti corruptione quomodo dicitur in hac diuīsione q; est aliquod accidens inseparabile ob id doctissimus Faber inquit primā & secundam descriptionem debe re intelligi de accidente separabili. Tertiā vero de accidenti in cōmūni & sic disoluit ipse obiectiō. Sed salua pace tāti viri non videtur satis docte dictum. Primo. quia Arist. primo Thopīcorū capite. iij. vbi agit de p̄dicatis ponit secundā diffinitionē & tertiā, & loquens de ijs inquit secundā esse meliorē quā tertia, q; nō esset si illa diffinitionē etiam diminuta, & manifestū est q; Arist. determinās de p̄dicato accidentis determinat ibi de ipso i tota sui cōmūnitāte & vt distinguitur ab alijs p̄dicatis, tumetiam quia ordo litterā ipsius Porphyrii insinuat Porphyriū velle seruare diffinitionē primā postq; Cōmētatur ipsam: quod nō opus esset si de accidente separabili intellegireretur. glosat. n. Porphyrius ly. adesse & abesse nō debere intelligi per potētiā naturālē, sed q; pōt intelligi adesse & abesse salua qd ditate & existētiā subiecti. (dixit existētiā, quia nō sufficit q; salua quidditatē possit intelligi quia tūc risibile esset accidens respectu hominis & homo respectu animalis in Socrate.) Ita vt in virtute idem sit dictū q; pōt ad esse & abesse idest non repugnat. sed si vera sunt quæ naturales neotherici narrat nigredo a coruō pōt separari si vngatur pinguedine cattī, dicunt insuper per nonnullos dies ab eorum exortu coruos albos esse atq; ob id patres eorum ab eis vietum denegare putates pullos degenerasse quousq; succedēte tēpore nigricāt, interinq; pulli aere pasci. q; videtur sentire Psalmographus in quarto psalmo vesprorum sabbati, qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum in uocantibus eum, aiunt ēt cutem Ethiopis albicari si lacte asina per aliquot dies perluat: secundum quos non dicetur accidens separabile vel inseparabile quia illud possit separari & hoc non, sed quia illud facile, hoc vero difficile: quare hæ tresdiffinitiones non differunt ex hoc q; prima & secunda minus cōmunes sunt quā tertia, sed primā & secunda cōvertibiles censeo & longe clariores quā sit tertia quia

vit inquit Arist. plura ponuntur in tertia definitione quae naturam diffiniti non explicant, item quia datur per negationem neque habet aliquid possumi nisi ultimam particularum. Semper autem est in si b[ea]t[u]m o. i. semper naturaliter loquendo non est sine subiecto, sed logice sic, semper est in subiecto. i. semper presupponit quod aliis terminis significatis subiectum supponat ad hoc quod ipse supponat, reliqua clara sunt, atque hoc de primo libro.

## Quæstiones.

**I**uxta materiam quinti vniuersalis quasdam moueo questiones. Prima a quo sumatur ratio generis et differentie in accidentibus. Secunda quomodo generetur vniuersalia in his. Secundum, utrum ne accidens habeat diffiniri per additamentum. Tertio, quid requiratur ad hoc quod aliqua sit prædicatio accidentis ut distinguitur contra proprium.

## Decissio quætionum iuxta Tho.

**I**uxta primum et secundum digerentur sectarum diuersitates, que solite sunt tractari sancti Tho. opusculo primo de ente et essentia lectio vndeclima. qdilucidare videtur praesentem difficultatem, inquit n. q. non eodem modo ponuntur in genere accidentia, et substantiae cōposita, eo quod in substantiis cōpositis: cum materia et forma faciunt unum per se, ex eorum cōiunctione resultat una natura reponibilis in prædicamento, quare (inquit) nomina illa quae hanc naturam significant proprieponuntur in prædicamento ut homo et animal. forma autem et materia reductive sicut principia, sed quia ex accidenti et subiecto non sunt per se; non resultat ex eis aliqua natura cui generis intērio possit attribui. quare (inquit) nomina accidentalia non ponuntur proprie in prædicamento ut albū et musicū, sed solum secundum quod in abstracto significantur ut musica et albedo, quae cū sint simplices et icōposite esse tamen non poterit sumi genus a materia: nec differentia a forma, inquit igitur quod sumitur genus ex ipso modo essendi, nam cum ens secundū prius et posterius participetur a dece generibus, et secundū diuersos modos essendi, participatur a quantitate secundū quod est mensura substantiae, et a qualitate secundum quod est dispositio substantiae, quare sumetur in quantitate a modo essendi quod habet quantitas, et in qualitate a modo essendi quod habet qualitas, et sic de alijs. Differentia vero sumetur in eis ex diuersitate principiorū ex quibus causantur, et quia causantur quodammodo a suo subiecto ab ipso sumetur differentia: quod apte ostendunt omnes accidentium descriptions in quibus tanquam differentia ponitur subiectū, sic n. dicimus similitas est curvitas nasi, et subiungit, quia sunt aliqua accidentia que presupponunt alias tanquam principia. ut relatio quae habet per principio actionem et passionem et quantitatē, unum accidens sumit differentiam ab alio, et per consequens diffinitur per aliud. et apponit ulterius, quod si aliquando sumatur differentia aliquorū accidentiū per eorum effectus ut diffiniendo albedinem per disgratiū visus, hoc est quia latet nos eorum principia pticularia. Dico notāter pticularia, quia non sufficit scire eorum principium cōmūne, quod est eorum subiectū ad diffinitionē eorum

venandam, hec in virtute diuus ille et profundissimus Doctor, ex quibus verbis multa colliguntur quae satis latū in via peripathetica campum apperiunt.

**P**rimo habes, quare haec vocabula homo et animal ponantur in prædicamento et non nomina cōcretua significativa accidentia, ac subinde quod sola abstrata in terminis cōnotatiuis in prædicamento sunt reponibilia, in quo conuenit etiam Scotus.

**H**abes secundū responsionē ad dubitationē, videlicet, quae liter et a quo sumatur generis ratio et differētia in his, et quomodo nulla est in his compositio.

**H**abes tertio quod ens secundū prior et posterior descēdit in ix. genera accidentiū secundū quod talia magis et minus approximant ad substantiā, quare analogice dicitur ens non solum de substantiā et accidenti, verum et de ipsis accidentibus inter se, quod bene nota.

**H**abes quarto. quod unum accidens sumit differentiam ab alio.

**H**abes deniq[ue] quinto, quod valde est notandum, quod omnia accidentia non sunt differentia a subiecto cōmuni, quia tunc fere eadē esset differentia omnium accidentium, sed a certa dispositione ipsius subiecti, quae quia latet nos plurimi circumloquimur illā per effectus, et hoc prope semper contingit in accidentibus cōbus quae non determinant sibi particulare subiectū ut albedo et nigredo, in accidentibus autem quae determinant sibi pticulare subiectū, ut similitas quae non est nisi in naso, flaciditas quae non est nisi in auribus, toruītas quae non est nisi in supercilio et sic de alijs: notissimum est principiū differētiae, quia notū est nobis suum peculiare subiectū, in alijs aut non sic, atque per hoc rescindes innumerous tribulos tristess, lupinos quae hanc imaginationem peripatheticam possunt pungere.

**H**ec doctrina facile demonstrat accidentis differētia non esse de essentia ipsius accidentis, quia cū sumatur vel a subiecto vel a dispositione certa subiecti: semper subiectū est extra essentiam accidentis, quare et differētia assumpta ab ipso, non n. hic teneo (estilo quod via Aristotelica procedamus) quod essentia accidentis sit inherētia ad subiectum neque adhuc ipsa aptitudo, alias n. diffinitio accidentis non daretur per additamentū, cuius oppositū expresse Arist. viij. Metaphysices asserit, quod si datur per aliquod addititū sive extrarū ad diffinitū debet dari, hanc n. vocant Metaphysici diffinitionem per additamentum.

**E**x his omnib[us] facile colliges secundū dubietatis dissolutiō nem, quod est quod suo modo sit genus et differētia in accidentib[us], omnis diffinitio accidentis datur per additamentū sive in cōcreto sive in abstracto, patet. quia omnis talis datur per differētia quae sumetur ab aliquo extriseco naturae ipsius accidentis, ergo datur per additamentū. Hec decissio Aristotelē habet fautorē qui vij. Metaphysices tex. Cōmen. xvij. dicit substantias diffiniri quidditatue, accidentia vero per additamentū. Vbi Cōmetator expresse habet hec verba, Ne cesset dicere in diffinitionibus essentialiter ex substantia et accidente eas recipere additionē, et ponit exemplum utrumque desimitate in cuius diffinitione ponitur nascus. et subiungit clarus, quod diffinitio similitatis non potest clare significare ipsam sine hoc quod significet suum subiectū. Nec potest aliquis dicere

discre qd loquitur philosophus & Cōmētator de accidētib⁹ in concreto : quia ibi loquitur de eis vt sunt in p̄dīcamento reponibilia & sunt diffinibilia. mō cōstat talia realiter lo quēdo nō pōi in p̄dīcamēto. ergo de abstratis est homini bus sermo. sed iam probatur qd de eis loquātur vt p̄tinēt ad p̄dīcamēta. Cōmētator, n. super p̄fato libro Cōmēto xvii. hēt hēc verba, cū declarauit Aristoteles qd diffinitio vera : est substātiarum tantū. quia habet genera & differentias in suis diffinitionib⁹ nō reperitur additio, accidētia vero non habēt vnde habeat xprias diffinitiones, qd in suis diffinitionib⁹ accipiuntur diffinitiones suorū subiectorū quae sunt aliae nature. & explicans se Cōmētator Cōmento decimo nono in principio dicit, si alia p̄dīcamēta habent diffinitionē, necesse est vt in illis sit additio supra naturā diffiniti, vt diffinitio q̄titatis & iparis. ecce qd a pte Cōmēt. qd volebamus insinuat, cōfirmat hoc Aristoteles repetitū exēplū in physiciis, i. p̄dīcamētis, i. Metaphysi ca, Porphyri⁹ ēt in hoc tractatu, qd quoties diffiniuit similitē diffiniuit i. abstrato & p̄ subiectū. ergo siue accidētia su mantur in abstrato siue in cōcreto semper diffiniūtur per additionē, hoc tamen interest qd quādo diffiniuntur in abstracto ponit solet in diffinitione tāquā differētia subiectū, sicut curitas nāsi respectu similitatis, sed quādo diffiniūtur in cōcreto nomina significatiā subiectū ponitur loco gene ris, sic dicēdo sumū ē nāsi curu⁹, cui⁹ diuersitatis rō hēc possit esse, \* quia quādo accidēt sumitut in cōcreto, id qd signifatur per illud significatur ad modū substātiarū cōpositarū, significant n. formā vt in materia, substātiā aut cōposita sumit gen⁹ a materia, vt dictū est, & sic nomē sumptū a materia est genus in illis, vt in diffinitione hominis animal ponit genus qd a materia sumit. ergo cū subiectū importet materiā: nomē significans ipsum obtinet locū generis. quādo aut sumitut abstractiū, sumitut ipsa forma in se : & sic a materia eius nō sumitut generis rō. ex quo sequtur qd quando diffinitur in cōcreto id a quo sumitut genus erit extra substātiā accidētis. quādo aut in abstracto id a quo sumitut ratio differētiae erit extra, atq; hēc de duob⁹ dubijs in via Aristoteliſ & sancti Thomæ.

## Sententia Scoti.

In doctoris subtilis schola vt plerūq; repetitū est cum in accidētibus (est qd cōpositionē physicam nō admittat) sit & reperiatur cōpositio Metaphysica : erit in quocūq; accidētī realitas & realitas quarū vna se habet vt pfectibilis in illo priori antequā cōtrahatur : alia vero vt pfectiens, a pfectibili sumetur rō generis, a pfectiente vero sumetur rō differētiae. vt in albedine a coloreitate sumetur genus & ab innōta realitate sumetur differētia semp. n. gen⁹ sumitut a pfectibili & materiali, differentia vero a pfectiente & formalī, atq; hoc mō vniuersale accidēt sumitut quādo est quid. i. quādo cōparatur ad ea quae sunt sibi quidditatine inferiora: se per est cōmunicabile vt quod, eo mō sicut humanitas respectu suorū singulariū & individuorū, verūtamen quādo cōparatur in ordine ad ea respectu quorū dicitur accidēt de quibus hēt denominatiue p̄dicari: accidēt substātiue sūptū res singularis est vt hēc albedo, quare est incōmunicabilis

vt quod, est tamen cōmunicabile. vt quo, eo quod natū est plura indifferenter denominare, cum n. vniuersalitas sit detur in cōmunicabilitate qualis est cōmunicabilitas talis fundabitur ibi vniuersalitas, fundatur ibi vniuersalitas de nominatiua & non essentialis ergo ad hāc fundandā sat erit cōmunicabilitas vt quo, quare impertinet est cōmunicabilitas vt quod, estoigitur qd sit i cōmunicabile vt qd hēc albedo & res singularis manet, tamē alia cōmunicabilitas quae pōt esse fundamētu p̄ximū vniuersalitatis denominatiue, cuius vniuersalitatis singularia erunt singularia p̄dīcamēti substātiā quae sunt vtroq; mō incōmunicabilia vt quo & vt quod, quia n. nō repugnat huic albedini quo ad inclusa in sua essentiā denominare potius hoc subiectū quā illud & sic de alijs: fundabit in se rationē vniuersalis de nominatiui, similiter dicatur de quocunq; alio colore singulari, dico singulari, quia nulla natura vniuersalis coloris pōt dici cōmunicabile vt quo propriæ, sed rōne singularis coloris in quo includi videtur ipsa natura vniuersalis coloris, illud. n. qd actu et realiter denominat, cū aliquo mō agat singulare debet esse & de se hoc, Nec obstat qd per naturā nō possit plura denominare hec albedo copulatiue, quia sa tis est in ipsa esse potentia Metaphysicā siue nōrepugnatiā ex parte sue essentiæ. non n. includit aliquid in sua cōpositione Metaphysica qd illud prohibeat, atq; hoc de primo. ¶ Ad secundū qd cōsequēter in hac via videtur dicendū hoc est, qd accidēt qdlibet potest dupliciter cōsiderari, aut incōcreto aut in abstracto, si capiatur incōcreto cū accidēt cōcernat subiectū eo mō quo se habet & significatur, habet & debet explicari per diffinitionē, quare cum significetur vt est in subiecto apponitur subiectū in diffinitione & sic opus est additione, nō qd subiectū sit de intranea significatiōne ipsius termini cōnotatiui incōcreto: nam secundū Scotū in ante p̄dīcamētis albū solam significat qualitatem, non tātū vt significatiū principale verū vi significatum totale: qd si dat nobis intelligere subiectū nō est ex vi significatiōis nominis, sed mediate quia id est in quo subiectatur totale significatiū, & sic in diffinitione ponitur subiectum nō tanquā aliquid importatū in diffinitione: sed tanquā ali quid quietatiū ipsius intellectus, nō n. quiescit intellectus super descriptione accidentis cōcretiū sumptū nisi ipsum subiectum in descriptione intelligat: opus ergo est additione nein huiusmodi explanatione, & si vsquā a philosophis & sapientibus diffinitiones aliquae date in abstracto habeant terminū significante subiectum: capientur loco diffinitionū in cōcreto assignatarum, vel ponentur huiusmodi termini propter penuriam vocabulorū exprimētiū veras dif ferētias accidentiū quae vt in plurimū sicut sunt nobis in cognitiōe sic & in nomine. Sed si accidēt sumatur abstractiū (vt debet sumi ad diffinitionē) cum in tali sit Metaphysica cōpositio: sicut in quacūq; substātiā: erit in illis realitas qua sumetur genus proprie & differentia p̄prie, quare in illis erit diffinitio propria sicut in substātijs, nō ergo opus erit tuncēporis additione, est n. regula apud hos infallibilis qd omne cōpositum Metaphysicū est proprie diffinibile, erit ergo diffinitio albedinis color. a. vt ly. a. sit nomen differentiae in nomine, & sic dices de alijs accidentibus.

V N D E C I M A Q V A E S T I O .

**T**EX hoc sequitur de omni re cōposita Metaphysice esse de monstrabilem demonstratione propter quid & potissima suam propriam passionem . Hac iuxta Scotum .

Sententia Nominalium.

**N**ominales fere eadem habent sentire cum sancto Thomā. quare de eis nulla mentio particularis habenda est nisi q̄ cōcretiuā nomiā accidentalia ponit̄ isti in predicationē. **S**uper dubio tertio, hoc est quod cōmūniter practicatur, qđ ad hoc q̄ aliqua sit accidentis predicatione oportet q̄ p̄dicatione vere possit affirmari & vere negari ipso p̄dicatione & subiecto in negatiua distributo & subiecto supponēte. Dicitur vere quia false non sufficit, sic n. hec esset accidentalis homo est animal. Dicitur p̄dicatione distributuā q̄ non sufficit in distributuā, alias h̄c esset accidentalis, homo est homo, homo est substantia. quia cum affirmatiua sit vera poterit etiā negatiua verificari illo mō sic, homo substantia nō est. Dicitur subiecto supponēte, quia nō supponente quacūq; p̄positio negatiua poterit ī materia naturali verificari. Dicitur subiectum distributuā, quia non apparet (inquiunt) maior ratio q̄ requiratur p̄dicatione distributio q̄ subiecti. propter quā condicionē nolunt h̄c esse accidentem p̄dicationem, albedo est pars, quia esto q̄ negatiua possit verificari vbi p̄dicatione distributio, non tamen vbi subiectum distributio, h̄c enim nequit verificari nulla albedo est pars, quia si albedo est, vt debet esse, ad hoc vt subiectum supponat illa habet partes & sic falsa, ac pro inde dicunt illa esse p̄dicationem proprij, similiter et hanc. a. est. b. in casu q̄ imponatur ly. a. ad significandi in complexe sicut risibile vel hinnibile & ly. b. sicut hinnibile vel rūdibile, quam dicunt esse proprij p̄dicationē in quibus termini sunt impertinentes. Sed ego non video quare pri ma non sit accidentis predicatione, esto n. q̄ illa condicio esset bene posita, manifestū est q̄ p̄dicatione illa, albedo est pars posset dici q̄ est accidentis, quia poterit p̄ potentia diuinam albedo quae sit omnis albedo ad punctū reduci, nec partes graduales habere, quo dato negatiua verificatur vt volūt. Insuper q̄ non possit negari p̄dicatione de subiecto illo, mō nō ē q̄ p̄dicatione importet p̄prietate, sed quodāmodo accidit, eo q̄ posita albedine ponitur pars naturaliter loquendo, non ergo respiciunt isti tantū ad causam veritatis vel falsitatis propositionis. i. ad ipsas res, sicut ad ipsam veritatē vel falsitatē, qđ oportebat, pr̄sentiū in hac materia, nam cū p̄dicatione accidentalis xp̄rijs sumat denominationem ab accidente & a xp̄rio p̄dicatione debet significare accidentis vel modum accidentis respectu subiecti, vel xp̄riū. **S**eu modum xp̄rijs, ad hoc q̄ dicatur accidentis vel xp̄rijs p̄dicatione, superfluo igitur (vt pace istorum loquar) ponitur illa particula de subiecto distributo, quia ea remotanū lūm sequitur inconveniens. Nec valet quod quidam arguit de hac, animal est risibile, quia sequeretur quod d̄ esset accidentis p̄dicatione, quia cīmnes cōditiones habet dēpta illa quod nō potest verificari p̄dicatione de subiecto distributo, quod videbatur falsum, sed facile interimitur sequella, quia t̄sumpta p̄dicatione nō est directa tanquā directa qđ op̄auisset quare illa nec pertinebit ad propriū nec accidentis. Ad id aut̄ quod dicitur quod non est maior ratio quod de-

beat p̄dicatione distributuā in negatiua quā subiectum, negatur, & rō est, quia cōditiones p̄dicationis accidentis de h̄ent sumi ex diffinitione ipsius accidentis logice capti ( illic n. debent habere vigērē p̄fata cōditiones,) mō in diffinitione sic dicitur, q̄ terminus accidentaliter significans is est quia potest vere negari de subiecto, ergo ipsum oportet negari & non subiectū, sed non proprie negatur quādo nō distribuitur in negatiua p̄dicatione, igitur, tumēt quia quādo non distribuitur p̄dicatione in negatiua nō sit propositiō cōsueta, quod oportet ad propositiones doctrinales, & tamen sine distributione subiectū sit consueta, & nō est facta mētio de negatione subiectū in diffinitione accidentis ab autore signata, h̄e erūt igitur discriminis rationes.

**S**ed si lubet addere illam particulā de subiecto distributo addatur in hoc sensu, quod oportet q̄ p̄dicatione possit vere negari de quoq; pro quo supponit subiectū, q̄ longe differēt ab eo q̄ isti dicunt, vt patet in illa, albedo ē pars, vbi contingit quod nos dicimus & non quod illi dicunt, atq; eapropter accidentis p̄dicatione p̄t nuncupari, Sed statim est scrupus de ista. a. est. b. s̄p̄ius iam repetita, quia tunc illa non esset accidentis sed proprij, cuius oppositum dīctum est. Dicerem tunc illā nec esse xp̄rij nec accidentis nec alicuius p̄dicipabilis p̄dicatione, & ad regulā in qua totū es offensum est, hoc ultimā videtur mihi esse dicendū debe re intelligi quando p̄dicatione componitur ex terminis importatib; res vel modos se habendi ad decem p̄dicamenta ptinentes. Ex quibus sequitur h̄ec propositione. a. est. b. in casu q̄, ly. a. imponatur ad significandum aliquid cōnotando q̄ sit omnis homo & ly. b. ad significandum aliqd cōnotando q̄ sit omne animal, propriellius p̄dicipabilis esse p̄dicatione esto qđ sit directa, si velis tamen eam reaucere improprie crit accidentis p̄dicatione, cōuertens aut̄ improprie dicimus illam proprij, quia est directa & non est accidentalis, cū nō possit p̄dicatione vere negari de subiecto ambobus supponentib;.

**S**ed quāres, an complexio impedit q̄ aliqua p̄dicatione sit alicuius p̄dicipabilis, vulgo dicitur q̄ id q̄ impedit q̄ ali quis terminus ponatur in p̄dicamento; id impedit ne fiat alicuius p̄dicipabilis p̄dicatione, siquidē p̄dicationes imitari debent p̄dicamenta cum ad illa ordinētur, & complexio distans quacūq; illa sit impedit ne aliquis terminus ponatur in p̄dicamento, vividebitur in p̄dicamentis, ergo hoc impedit aliquā p̄dicationē esset ne pertinet ad aliquod p̄dicabile, verum ex mente antiquorū cum per complexum Aristoteles intelligat nomen habēs partes, & per incomplexionem nomen prorsus carens partibus, & in divisione p̄dicamentorum Aristoteles derelinquit cōplexa tanquam inutilia & complexetur incomplexa: mere incomplexum ponitur in p̄dicamento, & sic qualibet incomplexio impedit ne aliqua p̄dicatione sit alicuius p̄dicipabilis, & consequenter dici poterit q̄ cum in p̄dicamento non ponantur nisi nūmina & ea tantum quae significant veras res & determinate non trascendentaliter: propositiones etiam constituta ex talibus ad nullum p̄dicipabile pertinebūt vt sunt h̄e, h̄o est non albus, Sortes est possibilis, Martinus est imaginabilis, Chymera est Chymera. Atq; h̄ec de questionib; totius libri.

## SUPER SECUNDO LIBRO UNIVERSALIVM.

Annotationes super secundo libro  
vniuersalium Porphyrii.



Vper secundo libro vniuersalium vt nihil a nobis nō extricatum euadat, notabo aliquot passus per viginti duo capita. Porphyrii, in quib⁹ aliqua difficultas lateat vel aliqua noua veritas studentium oculis iuxta Porphyrum doctrinam patefiat, cetera relinquens oculis velliporum peruvia. Habet Porphyrius in secundo capite vbi ponit cōmunitates generis & differentie. q. genus & differentia cōueniunt, quia vtrūq; continent speciem, q. intelli ge continentia superioritatis & prædicationis, sed differē ter, quia differentia non cōtinet tot species quot continent genus, rationale (inquit) et si non experitia rationis, angelū tamen & hominem quae sunt species cōtinet. & per rationale intelligit ipse q. pōt vti ratione, vt paulo inferit dicit. Ex quo patent tria. Vnum q. animal de angelis dicitur. Secundum q. differentia de qua tractat Porphyrius nō conuertitur cum specie cuius est differētia, Tertium q. Porphyrius non disiniuit differentiam genericam, quia illa cū genere conuertitur. hęc autem de qua hic loquitur non conuertitur cum non cōtineat tot species quot genus, quare falsō dicitur a cōmuniter loquētibus ibi diffinire Porphyriū differentiam genericam, sed differentiam medium superiore ad speciem & inferiorē ad genus. Habet etiam ibi vnuū notandum q. rationale habet species subse, q. multum fauet nominalibus.

In tertio capite confirmat quod dictum est, q. genus cōtinet differentiam, differentia vero non continent genus, q. nō cēt si esset termini cōvertibiles, qd̄ corroborat. xij. capite vbi dicit differentia esse priorem ad speciem, subiungens q. sublata differentia tollitur species non tamē cōuertitur,

In quarto capite dicit cōmune esse generi & speciei totum quid esse & esse prius vnumquodq; respectu illorū de quibus dicitur, qd̄ sicut intellige. Nomen genericū est totūquid speciei. i. est nomen q. in diffinitione speciei tantū predicitur inquit de specie, nam differentia in quale dicitur. species etiam respectu individuorū hoc habet, Scotice referatur hoc ad naturas, vt nouisti.

In v. capite inquit speciem de genere nō predicari, qd̄ intellige directe & doctrinaliter, nam vere predicari nihil prohibet.

In vi. capite ait differētiam & propriū & que cōmunicari his quibus cōcatur, i. aequē predicari, nec cū his aduer-

bijs magis & minus ex quo habes q. esto q. ponatur pprū esse accidēs quoddā fluens a principijs intrinsecis iuxta sanctū Thomā, nō debet cōcedi esse remissibile nec intensibile, vt nōnulli male cōcedūt. quod confirmat xvij. capite dicens species & propria & que cōmunicari, q. ēt afferit vlt̄mo capite huius vbi dicit, hoc differre accidens & pprū q. illud suscipit gradus, hoc vero non.

In xvij. capite ponens differentiā inter differētia & accidens inquit, q. differētiae contrarie nūquā miscētūr, contraria vero accidentia nōnūquā miscētūr, q. facit ad opinionē cōmūne circa cōpatibilitatē cōtrariarū qualitatū.

In xviii. capite ait Porphyrius spēm esse diuersum & pprīo, qd̄ pbat per hoc q. sunt diuersæ diffinitiones, qd̄ vide tur fauere opintoni sancti Doctoris.

In xxij. capite dicit, cōmune esse pprīo & accidenti in separabili & sine ipfis nō sint ea quibus insunt, vbi videtur sentire accidēs inseparabilē nō posse separari p naturā, sed iuxta veritatem non neugnat diuinæ potentie q. accidens inseparabile tollatur realiter & logice & adhuc naturaliter si vera sunt illa antidota philosophorū, Quare loquebatur Porphyrius vt gentilis philosophus & parum expertus. Sed de textus expositione & toto opere hactenus.

### Operis peroratio.

Peruentum est studio selector ad optatam curriculi nostri metam, vbi tenui, vt potuimus, calamo que ad notitiam huius libri videbātur attinere maxima genit⁹ nostri in fraude perstrinximus, Reliquū est vt si propositū nostrū ( p viribus forte impar ) nostro studio & diligentia minime perfecimus & in enodādis huius libri obscuris sentētijs in alijs quo defuimus; nobis atq; humana imbecillitati cui pprū errare decipijs semper fuit perbeginne imputato, si autē quid profecimus: dei munus est, illi laus, illi gloria, illi gratiarū actio, a quo tanq; a perenni fonte omne datū optimū, & omne donū pfectum in hac lachrymarū valle deriuatur, & est benedictus in secula seculorum. Amen.

### Autoris distichon ad Zoilum.

En pateo durus, membrana arroditō dente,  
O he procedis, v̄is sine febre mori?

### AVTOR.

Quę tibi mens potuit suadere ignare malorum:  
Vt mea nunc spernas scrinia parue liber?  
Et properes temere iamiam volitare per auras.  
Cum possis tecum tutior esse domi.  
Nescis heu nescis misera fastidia vulgi,  
Et cupis hec damno nescie scire tui.  
Nam si hominum mores persistant, & tempora, crede  
Quod cineres functis, non tibi vita dabit.

### AD LIBRVM SVVM

Millia crabronum venient tibi cuspide nudo;  
Thæseus si desit: quam male tutus eris.  
Sed si tantus amor fugiendi & tanta cupido,  
Monstrāq; sic spernis. dī tibi sint faciles.  
Sit felix faustusq; dies auibusq; secundus:  
Ultima quo captas bassia & ipse viā.  
Sed sedent isthæc immis infixa medullis:  
Qui varias ibis nunc peregrine vias.

I propere in nostros sacros supplexq; penates:  
 Quos colit alta cohors : quos zebedeus alit.  
 Atq; deum primo venerare profectus ad aras,  
 Et genio liquidum sepe refunde merum.  
 Complexusq; pedes reuerenter adora Iacobum,  
 Quicquid & in sacris splendet imaginibus.  
 Præsulis extemplo scandes tu limina comptus :  
 Ut placidus sacris oscula des manibus.  
 Præsto aderunt patrui nutrit quos casta Minerua,  
 Flectito tu his vultus sic te Iesus amet.  
 Et gratare velis quod dant tibi viuere, & ut sis  
 Inter socraticos bibliotheca suos.  
 Post ubi in antiquum fueris penetrare receptus  
 Sit mora nulla tibi longa terenda via est.  
 Est urbs Hesperie nostris Salmantica dicta :  
 Quam tingit Tormis, sat celebrata viris.  
 Fons ibi Castalius colit que Timbreus apollo,  
 Hic Heliconiadas sepe bibisse ferunt.  
 Huc venies iubeo superata ambage viarum :  
 Si laxare cupis tedia mille vie.  
 Protinus Antoni nostri te ad limina confer,  
 Si sapis, hic unus est tibi certa salus.  
 Auillecis habet, dedit hoc cui nomen Hiberus,  
 Numina quem redamant dulcia Pieridum.

### ERRATA,

¶ Intellige per f. folium. per c. columnam. per l. linea.

¶ F. 1. l. 2. 9. vbi est (tempore) lege temporis. f. 2. l. 4. vbi dicit (vetti?) lege veti? f. 5. c. 1. l. 20. vbi est (auctorito) lege aduertito. f. 6. c. 1. l. 19. vbi dicit (ab) lege ad. f. 6. c. 4. l. 26. vbi est (inuit) lege insinuat. f. co. c. eadem. l. 31. vbi est (Sed rōne quoru) lege res rōne quarū termini. f. co. c. eadē. l. 34. vbi est (per se) lege pro se. f. 11. c. 1. l. 32. vbi est (alij) lege alijs. f. co. c. 4. l. 20. vbi est (vixerit) lege vixit. f. 12. c. 1. l. 33. vbi est (sortes sic est sortes) lege sortes si est sortes. f. 14. c. 1. l. 1. vbi dicit (termini ille) lege prædicatio illa. & f. co. c. eadē. l. 2. vbi dicit (prædicatio subiecti) lege cōnotatio subiecti. f. co. c. 2. l. 34. vbi dicit (quidem) lege quidam. f. co. c. 3. l. 2. 7. vbi dicit (paulum) lege paululum. fo. co. c. ea. l. 36. vbi est (platini) lege Plotini. f. 16. c. 2. l. 49. vbi dicit (viuu) lege vnum. f. co. c. 4. l. 18. vbi dicit (quidem modus) lege quidem modus. f. 17. c. 4. l. 1. vbi dicit (deuum) lege deuum. fo. 20. c. 3. l. 12. vbi dicit (ret) lege reti. f. 25. c. 1. l. 5. vbi dicit (redit) lege redditur. fo. co. c. 3. l. 45. vbi dicit (vocabulis) lege vocabulorū. f. 28. c. 4. l. 23. vbi dicit (aumerat) lege anumerat. f. 33. c. 2. l. 52. vbi dicitur (insumationem) lege insumationem. fo. co. c. 3. l. 44. vbi dicit (noiores) lege notiores. f. 36. c. 3. l. 49. vbi dicit, (voce) lege voci. f. co. c. ea. l. ea. vbi dicit (sumpti) lege sumpti. f. 37. c. 1. l. 12. vbi dicit (iuxta conuenientia) lege conuenientia. fo. co. c. ea. l. 13. vbi dicit (extrinsece) lege extrinseca. & ibidē vbi dicit (intrinsece) lege extrinsece. f. 38. c. 2. l. 32. vbi ait (nō sunt) lege nō sunt. fo. co. c. ea. l. 50. vbi ait (multū dictantes) lege dictantes. fo. co. col. ea. l. 53. vbi dicit (pictū) lege pictam. & ibidē. l. 54. vbi dicit (vo) lege viuo. f. 42. c. 2. l. 21. vbi dicit (q. ea quae significat & c.) deficit significat. f. 42. c. 3. l. 34. vbi dicit (qd' reperitur) lege quæ reperitur & ibidē. l. 35. vbi ē (ad hac) lege ab hac. f. 43. c. 1. l. 16. vbi est (affect) lege effect? &

Qui tetricæ impedit noctes lucesq; Minerue,  
 Et seruat sanctæ foedus amicitie.  
 Hoc tibi erit signum querens ne incertus aberres,  
 Limina post Marie castalidumq; torum.  
 Hinc ortum versus duo compita findito velox.  
 Leuāq; prospicies e regione lares.  
 Quos Bartholus amat : quosq; incoluere periti :  
 Hic hic (non fallor) conuenies hominem.  
 Est cui turba virum gignit quam Palladis arte,  
 Qui excipient te eti puluerulentus eas.  
 At mihi cum claros vultus spectare licebit :  
 Hoc pater imprimis dicit auere iubet.  
 Quod si forteroget, facet an Ramus virgo,  
 Viuere me in fausto fidere non fileas.  
 Nil mihi cum Creso, nam circum pulpita nostra  
 Et steriles cathedras bassias sola crepant.  
 Tertia res hec est maneas ne inglorius ora  
 Corrigat ut lusus huius arundo tuos.  
 Quod si post longas libeat contingere terras :  
 Sponte cothurnatis subiace colla viris.  
 Vaniloquos vappas & iniquæ mentis asellos  
 Desere : & insanos capripedesq; deos.  
 Sed quereris verbis solum q. iussus abire es,  
 Niltibi quod detur maius habemus, abi.


ibidem. l. 2. 7. vbi est (indivisibilia) lege inuisibilia. & ibidē lin. 18. vbi est (intellectu) lege intellecta. f. 4. c. 1. l. 5. vbi di cit (tuetiam quia q. aliquid esset in deo) lege tuetia quia se queretur q. aliquid esset in deo. fo. eo. c. 2. l. 3. vbi est (quoquo mo) lege quoquomō. f. 4. c. 4. l. 10. vbi dicit (qualitas) dic qualitatis. f. 4. c. 1. l. 25. vbi dicit (in ens) lege in ente. l. in ly. ens. fo. co. c. ea. l. vltima. vbi est (veritates) lege veritatis f. 4. c. 3. l. 6. vbi dicit (cōsilio) lege quo. f. 5. c. 1. l. 16. vbi ē (prima) lege a prima. f. 5. c. 1. l. 10. vbi est (& vdemus) le ge Eudem⁹. f. eo. c. 2. l. 34. vbi est (tale) lege talis. f. 5. c. 2. l. 28. vbi est (sublata stratio) lege sublata est ratio. f. 5. c. 3. l. 40. vbi est (& nec) lege & hec. f. 5. c. 2. l. 2. vbi est (propria) lege prima. f. 5. c. 2. l. 52. vbi est (perluat) lege plusatur. f. 5. c. 3. l. 12. vbi est (secundū) lege et. & ibidem. l. 17. superfluit (qui).



GARNATAE ANNO M.D. XXXVII.







1900-1905





H. S. T. C.

Caja

Nº Caja

A - 80

Nº Caja

A - 80